UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Toschi, Domenico

[Coloniae Agrippinae], 1623

M.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95018

Visual Library

6 *decis.34.in princ.* † Extende in eo, qui debet soluere cambia; & non soluit; quia tenetur ad interesse. Rota Ianuen. *decis.1.num.41.& seq.*
7 *ver.prima ratione.* † Extende in eo, qui acceptauit ordinem, & fuit morosus in emendo, vel faciendo, quod debuit. Rota Ianuen. *decis.24.nu.7.* & quia non seruauit mandatum, *decis.Ianuen.68.num.5.*
8 † Amplia; quia imo interesse debetur sine interpellatione ab eo, qui accepit mandatum aliquid faciendi, si non fecit, cum primum
9 facere potuit. Rota Ianuen. *decis.68. num.6.& seq.* † Limita; quia non debetur interesse à moroso, quando habuit sequestrum, vel præceptum iudicis, ne solueret. Rota Ianuen. *decis.61. num.3.& 4.*
☞ Vide, *Præceptum iudicis operatur multa. Concluſ. 479. cum Concluſ. ibi*
10 *prox. seq.* † Extende in eo debitore, qui fuit impeditus à Principe.
11 Rota Ianuen. *decis.211.nu.3.* † Limita; quia circa interesse soluendum, siue ex damno, siue ex lucro proueniat, quod minus est probatum, taxatur; quia omnes testes conueniunt in minori summa. *Decis.Ianuen.139.in fin.* Vide plene Anton. Gabriel. *lib.3. tit. de solutio. concluſ.10. Creditor, qui est solitus lucrari.*

Ludus, & alea quare prohibiti, & quando permittantur. Concluſ. 456.

1 LVDVS † vel alea quare sint prohibiti. Arch. *c.Episcopus, distinct.*
2 *35.* Oldrad. *consil.80.in fin.* incip. *Talia sunt.* † Regulam facias, quod omnis ludus de iure communi est prohibitus, in quo quis
* committit se sorti, & fortunæ, communem * dicit Clar. *in §. ludus,*
3 *in princ.* per text. *in l. alearum vsus. C. de religio. & sumpt. funer.* † Extende, vt procedat, nedum si mera sors operetur, sed etiam si adsit
* mixtura sortis, & artis, communem * dicit Clar. *d.§. ludus, num.2.*
4 *ver. hæc autem.* † Amplia; quia prohibito ludo prohibetur etiam mutuum ludenti, ideo mutuans de iure non potest repetere pe-
* cunias mutuatas secundum * communem, & est text. clarus *in l.*
5 *alearum vsus, C. de relig. & sumpt. funer.* † Contrarium seruatur de
* consuetudine; quia datur repetitio, & actio secundū magis * com-
6 munem. Clar. *d.§. ludus, num.8. ver. item mutuans.* † Amplia; quia pro ludo non datur actio, quando est ludus prohibitus, & conse-
7 quenter non valet transactio. Clar. *d.§. ludus, in fin.* † Pœna ludi prohibiti est arbitraria, ideo extra ordinem punitur. Clar. *d.§. lu-*
8 *dus, num.6. ver. sed quæro.* † Secunda pœna est, quod vincens in ludo
* reprobato tenetur restituere perdenti, communem * dicit Clar.
d.§. ludus, num.7. ver. item vincens. licet dicat non seruari de consue-
9 tudine. † Declara; quia si consuetudo admittit ludum prohibitum, prout est ludus taxillorum, tunc vincens non tenetur resti-
* tuere perdenti, etiam in foro conscientiæ, communem * Theologorum, Canonistarum, & Legistarum dicit Clar. *d.§. ludus, n.7.*
in fin. licet dicat, quod de consilio melius, & tutius sit dare paupe-
10 ribus. † Limita; quia ludi, qui appellantur scommissæ, sunt liciti; quia contractus, qui periculo fortunæ subiiciuntur, sunt permissi
* secundum * communem, Clar. *d.§. ludus, num.5. ver. quæro etiam.*
11 † Limita; quia vbi solum ingenium versatur; & non sors; prout in ludo schachorum, licitus est ludus. Clar. *d.§. ludus, num.2. in fi. ver.*
12 *vbi vero,* & ibi apostilla *in ver. licitus.* † Extende; quia etiam clerici possunt ludere ad schachos. Clar. *d.§. ludus, nu.3. ver. quæro nunquid.*
13 † Restringe; quia non potest de iure communi ludi etiam ad ludos permissos vltra 1. scut. pro singula vice, licet de iure consuetu-
14 dinis non seruetur. Clar. *d.§. ludus, num.2. ver. scias tamen.* † Limita; quia pilæ ludus est antiquissimus, & permissus absque distinctione, siue cum manu, siue cum segipillo ludatur. Ang. *consil.397. Quidam puer.* † Et ideo non tenetur actione iniuriarum ille, qui luden- 15
do ad pilam percussit aliquem præter intentionem suam. Angel.
d.consil.397. per tot. maxime *num.3. ver. præmitto etiam, vsque in fin.* vbi,
quod non est apta ad nocendum pila principaliter. † Extende; 16
quia statutū inducens pœnā contra eum, qui percusserit aliquem
cum instrumento apto manifeste ad nocendum, nō habet locum
in eo, qui percussit cum pila; quia principaliter non est apta ad no-
cendum. Angel. *d.consil.397. per tot.* vbi est casus. † Limita; quia lai- 17
ci possunt licite inducere ludos torneamentorum, giostrarum, &
similium; quia vbi versatur corporis agilitas, ludus est permissus,
communem * dicit Clar. *d.§. ludus, num.4. ver. item quæro.* *

Ludus quando excuset delictum, vel non. Concl. 457.

LVDVS † Niuis consueuit parere rixas, & ideo cum sit ludus 1
noxius; est prohibitus, saltem clericis, ideo clericus percu-
tiens clericum cum sanguinis effusione in ludo niuis incidit in ca-
nonem. Calder. *consil.539.* alias 7. *de sent. excom.* † Delictum igitur 2
commissum in ludo permisso ex leuitate iocosa non est punibile.
† Et ideo ludens ad pilam, si percutiat aliquem, non punitur, vt 3
in Concluſ. prox. præced. num.15.& seq. † Limita, nisi delictum exce- 4
dat iocum, & ludum permissum; quia si rixantes non steterunt
in terminis ludi permissi, puniri debent. Calderin. *dict. consil.539.*
alias 7. *de sent. excom.*

Lumen maius offuscat lucem minorem. Concluſ. 458.

LVMEN † maius offuscat lucem minorem, *cap. solitæ de maiorit.* 1
& obed. † Amplia; quia licet nemo mutando domicilium per- 2
dat originale, quin teneatur ad omnia onera, fallit, quando quis
transfert domicilium ad ciuitatem dominantem, ita Ang. Nicol.
in subscriptione ad *consil. Socin.302. lib.2. ver. non enim obstat,* & in vl-
tima subscriptione, quæ est *consil.303.* vbi late. † Extende; quia 3
quando aliquid conceditur inferiori, semper concessio debet in-
telligi, ne superior includatur, ne aliquid contra superiorem exer-
ceat, vel contra subditos superioris concedentis. Socin. *dict. con-*
sil.302. num.6. Felin. ibi in subscriptione, & alii, qui ponunt mul-
ta exempla, quæ videas. Vide, *Dignum magis trahit ad se minus* ☞
dignum. Concluſ.435.

Luxuriosa, & turpis vita qualiter probetur. Concluſ. 459.

PROBATVR † luxuriosa, & turpis vita filiæ exhæredatæ à patre 1
per famam publicam, & per probationem, quod iuuenes pas-
sim ad iuuenculam accedebant. Bald. *consil.253. Filia familias, circa*
princip. lib.2. † Exosa est legibus luxuriosa vita, ideo Imperator *in* 2
auth. quib. mod. natur. effic. sui, dicit, quod non dat legem luxurian-
tibus, sed pudicis, *in §. penult. ver. nam si hoc,* & gloss. ibi *in ver. legem,*
dicit, quod non dat legem luxuriantibus ad priuilegium; sed be-
ne ad pœnam. † Vide tamen; quia aliquando plus nocet castitas, 3
quam luxuria, gloss. *in c. quia circa,* per illum text. *de bigam.* vbi,
quod is, qui luxuriatus est cum mille mulieribus, non efficitur
bigamus, & tamen contrahens matrimonium cum vidua, vel
cum duabus virginibus est bigamus. Vide, *Delictum* ☞
quandoque affert commodum.
Concluſ.179.

M.

Machinatio quid sit. Concluſ. 1.

1 MACHINATIO † est ordinatio dolosa consistens in arte verborum. Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. machinantur.* vbi ponit plura exempla; videlicet; quando fiunt ligæ; & societates prohibitæ prætextu boni, vel sub colore licito, item si exercitui Princi-
pis negant progressum, prætextu boni, videlicet, quod non liceat introducere tot armatos, & alia similia; quia tales dicuntur oc-
☞ culti rebelles. Vide, *Rebellis qui dicatur, & quando. Concluſ.44.*

Magistratus delinquentes quando teneantur omnes in solidum, vel non. Concluſ. 2.

1 PLVRES † officiales si sunt delinquentes ex dolo, conueniri po-
test quilibet in solidum, & non pro parte tantum; quia dolus
hoc operatur, secus si ex sola culpa; quia tenentur omnes pro vi-
rili. Bald. *consil.329. Quidam priores, in princ. lib.4.* allegat *l. magistra-*
☞ *tibus. ff. de magistrat. conuenien.* Vide, *Delinquentes plures an teneantur*
in solidum, vel pro rata. Concluſ.186. † Amplia; quia idem est, quan- 2
do obligantur ex maleficio; quia tenentur in solidum, secus si ex
quasi maleficio. Bald. *d. consil.329. ante med. ver. item quando plures,*
lib.4. † Limita, quando ex culpa, & quando ex quasi delicto de- 3
linquunt. Bald. *d.consil.329. lib.4.* † Limita, quando delinquunt, 4
vt priuati, puta, contra libertatem Ecclesiasticam, puta si laici
Priores grauant clericos ad onera; quia cum censeantur vt priua-
ti, ex quo nullam habent iurisdictionem, tenentur in solidum,
vno tamen soluente cæteri liberantur. Bald. *consil.329. per tot.* vbi
est casus, *lib.4.* † Limita; quia officialis interponens decretum in 5
contractu minoris læsiuum, tenetur minori ad damna in subsi-
dium. Alexand. *consil.103. Visis scriptis, num.6. ver. octauo quia. lib.2.*
† Declara; quia limitatio procedit circa ea, quæ facit sine obliga- 6
tione præcisa, vt quia tenetur ex officio, sed si ex particulari obli-
gatione conuenitur; tenetur directe, & principaliter, non in sub-
sidium. Alexand. *d. consil.103. col. fin. ver. non obstat, quod primo debent.*
lib.2. Vide, *Officiales quando teneantur ex delicto familiæ suæ, vel non.* ☞

Con-

Conclus. 99. Vide, *Officiales qui non possint obligari, & contrahere, & qui possint. Conclus.* 100.

Magistratus durante officio non possunt multa, quæ a liis sunt permissa. Conclus. 3.

1 MAGISTRATVS † gerens in ciuitate, prohibetur acquirere ex donato, & quocunque contractu, ne studio acquirendi amicitias, vel inimicitias faciat, & iustitiam subuertat. *l.* 1. §. *donationes. C. de contr. iudic. tutel.* Roman. *consil.* 509. *Circa propositum, num.* 13. *ver. iis tamen*, vbi, quod fauorem publicum respicit hæc prohibitio. & *num.* 12. dicit iuramentum non conualidare. † Extende; quia neque talis contractus conualescit; licet desinat esse officialis, nisi de nouo ratificetur, vel fiat durante habilitate. Roman. *d. consil.* 509. *num.* 2. *ver. secundo probatur.* Vide, *Officiales qui possint obligari, & contrahere, & qui non. Conclus.* 100.

Magna res, & parua ex quibus dicatur. Conclus. 4.

1 MAGNA † res, vel parua iudicatur secundum qualitatem personarum. Oldrad. *consil.* 359. *Expræsenti, num.* 11. *ver. nec huic obviat.* Lap. *alleg.* 59. *circa fin. ver. & causæ dicuntur*, vbi, quod causa pauperis decem scutorum dicitur magna, & causa Regis de castro dicitur parua. Vide, *Præiudicium tertii quando non sit considerabile.*
2 *Conclus.* 493. † Et ideo ad probandum, an agatur de magno, vel modico præiudicio, consideratur qualitas eius, de cuius præiudicio agitur. Alexand. *consil.* 17. *Viso instrumento, num.* 5. *ver. quinimo*
3 *consulo, lib.* 4. † Ad effectum deferendi, vel non deferendi iuramentum, quia causa sit magna, vel non. Vide, *Iuramentum in sup-*
4 *plementum. Conclus.* 539. † Amplia in quantitate; quia an dicatur magna, vel parua, attenditur qualitas personarum. Bald. *cons.* 181. *Primo quæro. num.* 2. *v. r. sed de significatione, lib.* 3. & statur arbitrio iudicis. Iason *in l. si constante. num.* 149. *ff. solut. matrimonio.* apostill. ad Matheil. *sing.* 1. *nu.* 16. *& seq.* Bart. *in authent. nisi breuiores. C. de sentenc. ex breu. recitan.* Rom. plene *consil.* 346. *num.* 5. allegat not. *in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor.* Menoch. *de arbitr. casu* 145. *num.* 4. Abb. *in cap.* 1. *num.* 7. *de dilatio.* & est gloss. *in cap. fin. de re iudic. in* 6. *in ver. illustrium*, plene Crau. *de antiq. temporis.* §. *quia in libro.* 1. *part. num.* 4. al-
5 legat Gem. *consil.* 85. *in fin.* Guid. Pap. *quæst.* 564. *in fin.* † Extende; quia qualitas personarum facit habere interpretationem, quando res sit magna, vel debeatur tota, aut è contra. Oldrad. *cons.* 159.
6 *ver. circa tertium.* † Vide gloss. *in l. sed & si susceperit.* §. 1. *in ver. modica. ff. de iudic.* vbi dat exemplum de Comitissa Matthilda, quæ donabat modicum terræ Ecclesiæ, & erat spatio triginta milliarium; quia erat modicum respectu personæ loquentis, vbi Bart. *num.* 4. dicit, quod duo millia florenorum est modica quantitas in Rege, & Castre. ibi in fin. dicit, quod ista Comitissa fuit de anno 1063. & fuit filia Regis Italiæ deuota Ecclesiæ, & fecit bellum cum Im-
7 peratoribus. † Amplia; quia dicitur magnum, vel parum præiudicium versari, vt liber probet, vel non, secundum qualitatem personarum, rerum, & locorum. Crauett. *de antiq. temp.* §. *quid in*
8 *libro, num.* 4. *part.* 1. Guid. Pap. *decis.* 564. *in fin.* † Amplia; quia magna, & maxima læsio dicitur illa, quæ est parua in vno anno, quan-
9 do est perpetua singulo anno Brun. *consil.* 41. *num.* 38. † Amplia; quia pater potest legare filio spurio alimenta, si non excedat in magna quantitate, Prælatus potest donare pro seruitiis habitis, si non excedat in magna quantitate, & hæc magna quantitas resi-
10 det in iudicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. cas.* 434. *per tot.* maxime
11 *in fin.* † Extende in feudo, quando dicatur tenue, vel pingue, aut magnum; quia arbitrio iudicis committitur, considerata qualita-
12 te personarum. Menoch. *cas.* 214. *in fin. ver. dubitatur.* † Et dives, & pauper dicitur secundum conditionem personæ, & relinquetur arbitrio iudicis, *l. sed & si susceperit.* §. 1. vbi Ang. in fin. dicit notan-
13 dum, idem de summa parua, & magna. † Amplia; quia semper dicitur magnum præiudicium, quando agitur de translatione, vel perdendo dominio vtili. Alexand. *consil.* 17. *Viso instrumento, nu.* 12. *lib.* 4. vbi apostill. *in ver. dominii*, dat concord. & reprobat Alciat.
14 contrarium tenentem. † Et summa scutorum 28000. dicitur inter Illustres Barones summa excessiua. Grammat. *decis.* 103. *nu.* 53.
15 *& seq.* † Item summa 12000. florenorum dicitur magna, & agi de magno præiudicio. Abb. *consil.* 53. *Attingendo, num.* 3. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Imo summa 10000. inter nobiles est magna summa. Curt.
16 Iun. *consil.* 141. *num.* 4. *& seq.* Vide, *Iuramentum in supplementum quibus casibus sit deferendum, vel non. Conclus.* 540. vbi plenius, quæ magna, & parua summa dicatur. † Enormissima læsio, quæ excedit dimidiam, dicitur magna summa habito respectu ad rem ipsam, in qua est facta læsio. *l.* 2. *C. de rescin. vendit.* Vide, *Excessus immoderatus, &c. Conclus.* 431. † Amplia, vt idem sit in delictis; quia graue 17
delictum dicitur ex qualitate pœnæ, & grauius, & grauissimum, licet non possit dari certa regula. Farinac. *q.* 18. *num.* 88. *& seq.*
† Amplia; quia grauissimi præiudicii dicitur causa matrimonialis. 18
Curt. Iun. *consil.* 170. *num.* 25. † Amplia; quia magnum, vel paruum 19
præiudicium consideratur habito respectu ad concedentem, ideo Rex potest concedere, & Papa, & Dux, castra in feudum; quia si non fiat alienatio in totum, dicitur modicum præiudicium, nisi essent castra magnæ importantiæ, ita Iaf. *consil.* 10. *num.* 4. *ver. præterea, lib.* 3. vide Ruin. *consil.* 31. *circa fin. & consil.* 131. *lib.* 1. *& consil.* 25.
lib. 2. vbi declarat eodem modo. † Amplia; quia vbi agitur de de- 20
cisione causæ, consuetudo decisiua dicitur respicere magnum præiudicium, secus si ordinem. † Amplia; quia solemnitas magna 21
dicitur illa, quæ inducitur ex lege particulari, ideo vt tali solemnitati derogetur per consuetudinem, dicitur agi de magno præiudicio Abb. *d. consil.* 53. *in fin. ver. nec potest dici, lib.* 2. & idem etiam dixit *consil.* 31. *col.* 2. *in princ. ver. dico enim. eod. lib.* † Limita, quia 22
modica, & minima non habentur in consideratione. Vide, *Minima; & modica habent multa specialia. Conclus.* 238. Vide, *Maioritas quid sit, & quid importet. Conclus.* 19. † Limita; quia magna, vel 23
parua quantitas iudicatur secundum arbitrium boni viri. Bald. *d. consil.* 181. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *ver. & primo videtur, lib.* 3. vbi ponit multas expositiones. † Limita; quia modicum, & paruum præ- 24
iudicium dicitur, quando res agitur de pia causa ad piam causam in eodem subiecto, prout quod Hospitale faciat eleemosynam vno modo, vel alio. Abb. *d. consil.* 54. *Videtur primo, col. fin. in princ. lib.* 2.
† Extende; quia vbi agitur de diuisione, dicitur agi de modico 25
præiudicio. Bart. *in qua. sua* 7. *Mulier habens in fin.* † Possessorii causa dicitur modici præiudicii. Crauett. *consil.* 158. *num.* 12. Vide, *Pos-* 26
sessorii causa dicitur modici præiudicii, & habet multa speciali a. Concl. 445.
† Limita; quia modicum præiudicium dicitur, quando agitur de 27
re, quæ est solum in spe, quod possit esse mea; vel sit futura mea. Bart. *d. q.* 7. *Mulier, in fin. ver. ibi enim de modico.*

Magnum & paruum præiudicium diuersimode iudicatur. Conclus. 5.

SI † agitur de magno præiudicio, dispositio hominis intelligi- 1
tur de primo actu. *l. homes.* §. *hoc sermone ff. de verb. significat.* secus, si agatur de modico præiudicio. Anton. de Butr. *consil.* 30. *num.* 1. *in fi. ver. iura autem.* † Solemnitas non præsumitur extrinseca per 30. 2
annos, quando agitur de magno præiudicio, secus; si agatur de modico; quia præsumitur solemnitas sententiæ extrinseca per lapsum decem annorum. Crauett. *consil.* 317. *num.* 2. plures allegat apostill. ad Anton. de Butr. *consil.* 32. *in ver. extrinseca*, apost. ad Alex. *consil.* 17. *num.* 8. *in ver. propositum, lib.* 4. & Alex. *consil.* 45. *Visa facti, in fin. lib.* 3. vbi plena apostill. *in ver. præsumuntur.* † Non statur asser- 3
tioni Episcopi, neque alterius, quando agitur de magno præiudicio. Abb. *consil.* 52. *Attingendo, num.* 3. *col.* 8. *in princ. lib.* 2. † Relocatio 4
tacita, quæ inducitur finita locatione, habet locum quando agitur de modico præiudicio, secus si de magno præiudicio. prout, quod fiat ad decem annos, per quam transfertur vtile dominium, quod est magni præiudicii. Alex. *consil.* 17. *Viso instrumento, num.* 12. *lib.* 4. vbi apostill. *in ver. dominii.* † Iuramentum in supplementum defer- 5
tur actori, si semel probauit, quando agitur de modica summa, vel modico valore, & præiudicio, secus si de magno, iuxta not. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Vide, *Iuramentum in supplementum quibus casibus sit deferendum, vel non. Conclus.* 540. † Minima, & modici præ- 6
iudicii non habentur in consideratione, secus si grauia. Vide, *Minima non habentur in consideratione. Conclus.* 239.

Maiestas quid sit, & de multiplici maiestate. Conclus. 6.

MAIESTAS † dicitur quasi maior potestas, & quis non dicitur 1
lædere maiestatem, neque committere crimen læsæ maiestatis, nisi sit subditus illius, contra quem bellum, vel inobedientiam indixit, aut cum illius inimicis se coniunxit. Oldrad. *consil.* 43.
ver. circa sextam, vsque in fin. vbi ampliat etiã procedere non obstante, quod offensa fuerit parata cũ subditis, vel si haberet offendens feudum ab offenso; vbi loquitur de Rege feudatario Imperii, qui bellum fecit contra Imperatorem, quod non inciderit in crimen læsæ maiestatis; quia nõ erat subiectus Imperio. † Et quod maie- 2
stas dicatur maior potestas. Ægid. *consil* 15. *n.* 7. vbi, quod Reges dicuntur omnes habere maiestatem, & loquitur de Rege Apuliæ, qui recognoscit Ecclesiã Romanam, & tamen habet maiestatem,

† Maie-

3 † Maiestas multiplex: Prima est Dei. *l. non distinguamus. §. sacerdotio ff. de arbitr.* Bald. *consil. 59. in princ. Licet eleganter, lib. 1.* † Item Papæ, qui est Vicarius Dei in terris. *clem. 1. de iudic.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in princ. in ver. totius orbis, num. 9. & seq. ver. dic ergo, & in ver. per edictum. num. 10. ver. dico ergo.* Aret. *consil. 58. in princ. clemen. pastoralis. de re iudic.* Bart. *in extrauag. qui sint rebelles. in ver. rebellando, n. 7. ver. si quid aliquis homo.* sequitur Bosi. *tit. de crim. læs. maiest. num. 107. & seq.* nam si imperium est ab Ecclesia, & Papa, vt *in ver. Imperium qualiter sit à Deo, & populo. Conclus. 31.* ergo, & ita Bart. vbi supra *in extrauag. qui sint rebelles n. 6. & seq. ver. sed si aliquis*, vbi plene apostill. *in ver. rectores*, dat plurimos concord. quod disposita in Imperatore circa crimen læsæ maiestatis, & eius officiales procedunt in Papa,
5 & eius officialibus, & rectoribus. † Extende in officialibus, & rectoribus tam Romanæ Ecclesiæ, & Papæ, quam Imperatoris. Bart. *in d. extrauag. qui sint rebelles; in ver. rebellando*, sequitur Alex. *consil. 13. num. 4. lib. 6.* & ibi in apostilla *in ver. pertinent*, citat Alex. *consil. 103.*
6 *in fin. lib. 1.* † Secunda Imperatoris. *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* Bald.
7 *d. consil. 59. in princ. lib. 1.* † Adde, quod maiestas Imperatoris vbique est; quia non diuiditur, sicut nec character, sed tamen vbique non habet imperatoriam administrationem, prout in terris Ecclesiæ, vel Regni Franciæ, quia quoad iurisdictionem reputatur priuata
8 persona Imperator. Bald. *consil. 37. Imperator habet, lib. 4.* † Tertia est Prætoris. *l. pen. ff. de iust. & iur.* Bald. *d. consil. 59. in princ. lib. 1.*
9 † Quarta est maiestas ciuitatis Romanæ. *l. bona ciuitatis. ff. de verb.*
10 *signif.* Bald. *d. consil. 59. in princ. lib. 1.* † Aliarum vero ciuitatum excepta Romana non est aliqua maiestas, & ideo quæcunque municipia, quantumcunque egregia sint, maiestatem non habent, quia loco particularis personæ habentur. Bald. *d. consil. 59. in princ. lib. 1.* vbi quod ciuitas Florentina nō habet maiestatem, nec committens in eam committit crimen læsæ maiestatis, nisi respectu
11 subuersionis, vt subtraheretur à Principatu, sub quo erat. † Idem in ciuitate, & Duce Ianuæ; quia non cadit læsa maiestas in primo
12 capite. Castillio. *consil. 10. num. 71. vsque in fin.* † Contrarium Alex. *consil. 13. Consideratis, num. 3 & 4. ver. accedit. lib. 6.* vbi, quod contra Rempublicam committitur crimen læsæ maiestatis, & omne castrum dicitur habere Rempublicam, ergo, vbi apostilla citat Soc. *consil. 22. lib. 1.* Bald. *in rub. de testib. cogen.* & iterum Alex. *num. 11. & 12.* vbi supr. quia habens merum, & mixtum imperium condemnat
☞ in hoc crimine; & confiscat bona. Vide Conclus. prox. seq. Vide, *Maiestatis læsæ crimen contra quos committatur, vel non. Conclus. 8.*

Maiestatis læsæ crimen incurritur multis modis. Conclus. 7.

1 PLVRIBVS † modis incurritur crimen læsæ maiestatis, ait Clar. *in §. læsæ maiestatis*, vbi ponit duodecim exempla infrascripta.
☞ Vide, *Rebellis, & proditor quis dicatur, vel non. Concl. 44. & Concl. 45.*
2 † In subdito, qui tractauit contra personam domini, vel contra
3 statum Principis, vel Reipublicæ. † Qui occupauit tyrannice do-
4 minium ciuitatis, vel patriam oppugnauerit. † Qui armatus in bello venit contra suum Principem, vel pacem, & amicitiam cum
5 hostibus domini habuerit. † Qui tentauit tanquam hostis occupare castra, vel ciuitates domini, vel castra ipsa inuaserit, seu occu-
6 pauerit. † Custos castri, qui illud tradidit hostibus Principis, vel
7 vendidit. † Qui pontem existentem in territorio Principis manu
8 armata dolo malo destruxit. † Qui secreta domini sui reuelauit.
9 † Qui de Principe suo oblocutus est. Hos omnes casus habes a-
10 pud Clar. *in §. læsæ maiestatis.* † Vide omnino *extrau. ad reprimendum, & extrau. qui sint rebelles*, vbi dilatatur materia huius criminis, vt omnes sint rebelles, & infideles Imperii, qui quomodocunque publice, vel occulte contra honorem, & fidelitatem Imperii rebellionis opera faciunt, & contra Imperii prosperitatem aliquid machinantur contra Imperium, vel officiales in iis, quæ ad commissum officium pertinent, rebellando, & ibi plene Bart. maxime
11 *in d. extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando.* † Sed dictæ constitutiones factæ contra Regem Robertum Siciliæ Regem fuerunt reuocatæ per *Clemen. pastoralis, de re iudic.* vt prima apost. ad Bart. super *d. extrauag. in ver. Henricus*, & plenius *in ver. & rebellando, nu. 7.*
12 *& seq.* † Eximens captum, quando est confessus, vel conuictus de delicto, incidit in crimen læsæ maiestatis. Bart. *in l. 4. ff. ad l. Iul. ma-*
13 *iest.* Ias. *in §. pœnales. Instit. de actio. num. 104.* † Et quod eximens de manibus curiæ confessum, vel condemnatum de crimine incurrat pœnam criminis læsæ maiestatis. Alex. *consil. 13. Consideratis. n. 9.*
14 *in fin. ver. commissum etiam diceretur, lib. 6.* † Extende idem in eo, qui interfecit sine causa bannitum captum, vel detentum in manibus iustitiæ, quia punitur nedum de homicidio, sed de læsa maiestate. Bart. *in l. 3. §. transfugas, in fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. in fin.* vbi, quod consanguinei venenantes consanguineum iustitiandum, vt effugiat illud dedecus, puniuntur pœna parricidii. † Attentans ali- 15
quid contra Regem, & Principem. Ægid. *consil. 15. num. 8. in fin. ver. & primo videtur.* Vide alios casus *in ver. Maiestatis læsæ crimen quando* ☞ *habeat locum. Conclus. 7.* † Scribens litteras ad inimicos domini sui 16
reuelantes secreta, vel se transferens ad illos incurrit tale crimen
læsæ maiestatis. Cæpoll. *consil. 17. Crimen num. 29. & 30.* † Interci- 17
piens litteras Concilii, vel Papæ, aut Legati, aut priuati, vt hostibus aliquid machinando ostendat, incurrit crimen læsæ maiestatis. Rom. *consil. 365. Quæritur primo, in princip. & fin.* † Et sola viola- 18
tio securitatis concessæ per Principem inducit crimen læsæ maiestatis, ideo si Concilio generali, cui concessa est securitas, fit violentia, vel litteræ intercipiantur, violator, etiam Legatus incurrit
crimen læsæ maiestatis. Rom. *d consil. 365. in princip.* † Amplia; quia 19
nedum offendens Principem, sed etiam offendens consiliarios eius, & ideo offendens Cardinalem incurrit crimen læsæ maiestatis. Clar. *d. §. læsæ maiestatis, n. 4. ver. quæro nunquid*, vbi dicit* com-* munem Bero. *consil. 114. num. 49. & seq. lib. 1.* vbi, quod oppugnantes, & facientes contra honorem, & iurisdictionem Papæ deprædantes, deuastantes, & oppugnantes ciuitates, castra, & loca Ecclesiæ Romanæ sunt in primo capite læsæ maiestatis, maxime
num. 53. † Extende, vt procedat etiam in offendente officialem 20
Principis, vt contigit in persona domini Andreæ de Isernia; qui fuit trucidatus in ciuitate Neapolis, dum esset consiliarius Reginæ Ioannæ XI. Clar. *d. §. læsæ maiestatis, n. 5. ver. quæro etiam.* † Decla- 21
ra tamen; quia si interficitur consiliarius ex alia causa (quam principis) puta propter particularem inimicitiam, tunc incurritur crimen læsæ maiestatis. Clar. vbi supra *num. 5.* vbi tamen dicit, quod
immo indistincte, siue ex vna causa propter Principem, siue propter se ipsum, semper læditur maiestas loquendo, vt ipse dicit in officiali consiliario assistente ad latus Principis. Gig. *de crimin. læs. maiest. lib. 1. quæst. 6.* † Extende; quia offendens Vicarium Impera- 22
toris, prout Dominum della Scala, incidit in crimen læsæ maiestatis. Cuman. *consil. 153. Ad primum, per tot.* Vide Capic. *decis. 130. n. 45. & seq.* vbi quod Dux Camerini in terris ecclesiæ est loco præfecti prætorio, & sic de aliis principibus inferioribus. † Amplia; 23
quia crimen læsæ maiestatis incurrunt, qui extrahunt, vel extrahere tentant confugientes ad ecclesiam, plene Gig. *tract. de crimin. læs. maiest. in 1. part. quæst. 10. in princip.* vbi alios plurimos citat. Vide, ☞
Maiestatis læsæ crimen incurritur multis casibus. Conclus. 7. † Declara; 24
quia quatuor sunt species incurrentium læsam maiestatem, videlicet quatuor modis incurritur, per modum antecedentis, prout mandatum, consilium, persuasio, & similia, per modum inhærentis, tempore, quo delinquitur, præstando opem, vel auxilium, per
modum consequentis, quando præstatur consilium ad euadendum, receptatio per modum alterius concessionis, si quis nō vult venire ad testificandum super crimine, vel aliquid procurat ad fauorem rei criminis, ne puniatur, vel vt euadat, aufugiat. Bart. plene super *extrau. ad reprimendum, in ver. tangit*, & ibi apostill. dat concord. † Declara tamen vt procedant dicti casus, quando scienter, 25
secus si ignoranter quis dat consilium, vel receptat. Rom. *cons. 473. Circa propositam.* † Dupliciter committitur crimen læsæ maiesta- 26
tis; videlicet in primo capite, si machinatur contra personam Principis, & consiliariorum assistentium Principi, & crimen dicitur perduellionis, in secundo capite committitur, quando non contra personam Principis, neque consiliariorum, & isto casu improprie, & large est crimen læsæ maiestatis, & non perduellionis, late Ægid. Bellam. *consil. 15. n. 9. ver. sed contrarium*, vbi quod consiliarii debent esse de assistentibus, & principalibus, non de inferioribus. Castillion. *consil. 10. n. 70. & 71. ver. circa secundum, vsque in fin.* plenius Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando*, vbi quod contra Principem in primo capite non distinguitur, contra officiales intelligitur solum in iis, quæ ad prosperitatem Imperii, & ratione officii spectant principaliter, secus si ratione officii in causis particularium, quia largo modo rebellis est, sed nō in læsa maiestate. Vide Conclusionem proxime præcedentem, & duas prox. ☞
præced. † Amplia in iudice excedente suam iurisdictionem, & 27
exercente in iudices superiores, vt per Guido. Pap. *decis. 423. in princip.* licet apostil. ibi damnet, quia non animo vsurpandi iurisdictionem Principis id fecit. † Et quicunq; sibi vsurpat iurisdictionem 28
Principis committit crimen læsæ maiestatis. Gigas *d. tract. quæst. 22. in fin.* vbi loquitur in gerente se pro Rectore loci, & vide omnino Menoch. *cas. 320. de arbitr.* vbi distinguit quinque casus, in quibus vsurpans iurisdictionem, vel dignitatem, aut nomen dignitatis, incurrit crimen læsæ maiestatis, per quod pœnā incurrunt, quandoque capitis, quandoque bonorum, arbitrio iudicis, & ponit multa exempla, vide latius Capic. *decis. 130. nu. 21. & seq. ver. tertium dubium.* † In hoc articulo duæ sunt opiniones, vna, quod *l. 3. ff. ad l.* 29
Iul. ma-

Iul. maiest. dum requirit dolum malum, intelligi debeat, si animo vsurpandi iurisdictionem Principis. Bart. *in l. omnes populi. n. 14. ff. de iust. & iur.* vbi Caccial. *num. 22.* Ial. *num. 31.* & alii allegati infra. *Conclus. 9. n. 4.* vel quod hominem occiderit, seu occidi mandauerit. Io. de Isern. quem allegat, & sequitur Caccialup. *d. l. omnes populi. n. 22. & in l. imperium, nu. 14. ver. si vero non occidisset. ff. de iurisdict. omn. iud.* cum aliis allegatis *infra num. 32.* vbi volunt, quod intelligatur de vsurpatione iurisdictionis criminalis, secus si de ciuili, vel bas-
30 si. † Alia est opinio, quod eo ipso, quod quis vsurpat iurisdictionem Principis, assumendo sibi nomen magistratus, & eo nomine aliquid faciat, dolo malo faciat, siue sit in criminali, siue in ciuili, & sic simpliciter loquitur text. *in d. l. 3. in fi. ff. ad l. Iul. maiest.* vbi Ang. simpliciter loquitur, & Bart. clare Cuman. *in l. 1. circa fin. ff. eod.* vbi expresse dicit *l. 3.* habere locum in eo, qui sibi magistratum assumit, clarius probat Rayner. de Forli. *in d. l. 1. & 3.* vbi adducit text. *in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.* ibi, cuiusue opera, consilio, dolo malo, quo quis magistratus Populi Romani, quæ imperium, potestatemue habet; occidatur & dicit verbum, *magistratus*, de minimo intelligi, ve differat ab Imperio, & potestate occidendi, & vtrunque æqualiter terminatur, & ita intelligit Ægid. Bellam. *consil. 40 num. 14. & seq. ver. circa octauum.* Tholos. *decis. 401.* & pro hac parte faciunt su-
31 pradicti *in ver. falso assumens.* † Declara; quia est verum, quod vtroque casu est crimen læsæ maiestatis, sed tamen in maiori delicto inesse debet pœna maior; in minori minor secundum arbitrium iudicis, ita Ægid. Bellam. *d. consil. 40. n. 14. & seq. ver. circa octauum*, maxime in fin. Menoch. *casu 320. n. 11.* vbi, quod assumens no-
32 men inquisitoris falso, est pœna arbitraria puniendus. † Declara; * quia conclusio * communis est, quod ad hoc, vt sit locus pœnæ capitis contra vsurpantem iurisdictionem, necesse est, quod vsurpatio sit contra Principem de iurisdictione criminali, & maiori, si vero est de iurisdictione minori tunc pœna est arbitraria, ita Capic. *decis. 130. n. 21. & seq. ver. tertium dubium*, quem sequitur Decian. *tract. crimin. part. 2. lib. 7. cap. 9. n. 5.* vbi alios citat Burſat. *consil. 157. num. 29.* Menoch. *casu 320.* maxime *num. 3.* plene Caccialup. *in repet. Omnes populi. num. 32. ff. de iust. & iur. & in l. imperium, n. 19. ff. de iurisd.*
33 *omn. iud.* † Extende; quia eximens confessum, vel conuictum de quocunque crimine, incidit in crimen læsæ maiestatis, idem in eximente notorium delinquentem, vel etiam captum in flagran-
ti, Bart. & alii *in l. 4. ff. ad l. Iul. maiest.* Vide, *Eximens captum qua pœna,*
34 *& Cond.* 587. † Adde tamen, quod crimen læsæ maiestatis committitur in personam non habentium maiestatem, quando sunt assistentes consiliarii supremi Principis, ita Ægid. Bellam. *d. consil. 15. num. 8.* & ibi dicit, quod habet locum in magistratu Populi
35 Romani, non in aliis magistratibus. † Mutuans, vel accommodans rebelli pecunias, vel aliud; dicitur præstare auxilium, & com-
36 mittit hoc crimen. Gig. *d. tract. quæst. 34. per tot.* † Falso assumens sibi nomen magistratus Principis. *l. 3. in fin. ad l. Iul. maiest.* & per illum text. assumens falso sibi nomen eius, quod dari solet à Principe, prout de Comite Palatino, qui legitimat bastardos, de Notario, qui rogat instrumenta, dat exemplum Bald. *in l. data opera, num. 50. C. de in. qui accusar. non poss.* quia dicit puniri, quia Principem offendunt, sequitur Menoch. plene *casu 320. num. 8. & seq.* & de assumente sibi nomen nobilis, cum non sit. Tiraquell. *de nobilit. cap. 13.* vide circa assumentes sibi nomen militis, vel medici, vt pœna mortis puniantur, *l. eos. §. fin. cum ibi not. ff. de falsi.* plenius, qui dat alia exempla, *casu 318. num. 19. & seq. & casu 320. num. 8. & seq. & casu 498.* Felin. *in proœm. decret. num. 37. & seq.* & de eo, qui finxit se fiscalem, vt ingrediatur domum puellæ, vt incidat in læsam maiestatem, Franc. Mar. *decis. 514. nu. 3. circa fin. part. 1.* vbi etiam, quod
37 incidit in falsum. † Et quod pœna rebellis puniatur. Bald. *con-*
38 *sil. 363. Venerabilis, num. 2. in fin. & num. 3. lib. 3.* † Carceres arcis Principis frangens, & aufugiens tenetur pœna læsæ maiestatis. Bertazol. *consil. 35. num. 25.* allegat pro hac parte plures, sed ipse tenet contrarium, quia alio modo; prout ibi plena apostill. dat concor.
39 † Prohibentes Barones, ne vasalli recurrant ad supremum Principem, incurrunt læsam maiestatem. Capic. *decis. 130. num. 10. &*
40 *seq.* vbi limitat, nisi hoc de iure posset facere. † Amplia; quia licet maledicens Principi puniatur, vel non, iuxta text. *in l. 1. C. si quis Principi, aut Imperat. maledixerit*, quia si ex leuitate, non curandum, si ex fatuitate, miserendum, si ex iniuria, condonandum, considerata qualitate personæ, tamen quando per viam libelli famosi, di-
citur crimen læsæ maiestatis, gloss. *in l famosi, in ver. parendum. ff. ad*
Iul. maiest. in fin. Vide, *Maleficium quid sit, & comprehendat. Conclus. 24.*
41 † Proditor, vel oppugnator loci, vel patriæ, aut castri, cui subest, dicitur committere crimen læsæ maiestatis, & si locus non recognoscit superiorem simpliciter, si vero recognoscit superiorem, filii non possunt puniri, sed tamen patitur committens omnem pœnam etiam confiscationis bonorum. Alex. *consil. 13. in princ. lib. 6. & num. 8. & seq.* † Rebelles, & infideles Imperii, videli- 42
cet omnes; qui contra honorem Papæ, & Imperii, publice, vel occulte, opera infidelitatis faciunt, seu rebellant, vel qui contra Rectores Papæ, vel Imperii machinantur. Alex. *d. consil. 13. nu. 4. lib. 6.* † Et quod sola conspiratio contra Principem inducat crimen læ- 43
sæ maiestatis. Alexand. *consil. 23. Consideratis. nu. 7. in fin. ver. præterea, lib. 6.* † Limita; quia contra Tyrannum non committitur crimen 44
læsæ maiestatis. Catald. *inter consilia crim. lib. 1. consil. 55. per tot.* vbi contra tyrannum Vicarium in Vrbe Firmana. Alexand. *consil. 13. num. 2. lib. 6.*

Maiestatis læsæ crimen contra quos committatur, vel non. Conclus. 8.

CRimen † læsæ maiestatis committitur solum contra Prin- 1
cipem supremum, vel eius officiales ipsis rebellionem faciendo respectu status ipsius Principis, vel eius Imperii Calder. *cons.* 484. alias *6. de accus.* Bald. *consil. 58. Punctus talis, in fin. ver. in contrarium, lib. 1. & consil. 59. eod. lib. in princ.* † Et hodie per *extrauag. ad reprimen-* 2
dum, est dilatatum in omnes, qui publice, vel occulte opera faciunt contra honorem, & fidelitatem, vel contra Imperii prosperitatem, & machinantur contra Imperium, vel officiales rebellando. † Et quod crimen læsæ maiestatis committatur solum con- 3
tra Principem, & Rempublicam Romanorum ad effectum, vt post mortem possit memoria damnari, & possint bona post mortem confiscari. Bald. *consil. 59. Punctus, seu facti, lib. 4.* vbi, quod contra alias Respublicas extinguitur delictum morte. Ang. *consil. 223. Casus talis est, in princ.* Socin. *consil. 265.* vbi late Ant. de Butr. *consil. 61. in princ.* † Contrariũ, quod imo crimen læsæ maiestatis vere com- 4
mittatur contra Principem non recognoscentem de facto superiorem, communem * dicit Boss. *tit. de crim. læs. maiest. n. 51.* † Decla- * 5
ra tamen; quia si causa ventilaretur in statu Principis nõ recognoscentis superiorem, res est clara; quod haberet locum, si vero causa cognosceretur coram Imperatore, vel supremo Principe, seruaretur contraria. Boss. *d. tract. n 51.* † Declara tamen, quod contra 6
Reges, etiam si habeant ab Imperatore, vel ab Ecclesia Regnum, prout Rex Siciliæ, & Apuliæ, qui habent ab Ecclesia, habent maiestatem, & in eos committitur crimen læsæ maiestatis, ita Ægid. Bellam. *consil. 15. n. 7. & 8.* vbi late. † Declara; quia crimen læsæ ma- 7
iestatis in primo capite non committitur, nisi contra Principem supremum nõ recognoscentem superiorem, & illos, qui assistunt lateri eius, & propterea propter immanitatem, & grauitatem criminis punitur sola cogitatio deducta ad actum ab extra, prout si communicauit cum amicis, vel iurauit, vel aliquid loquutus est, & puniuntur filii, sed contra inferiores, prout Dux Ianuæ, vel frater eius, committitur solum crimen læsæ maiestatis in secundo capite, & habent in hoc secundo capite locum regulæ iuris communis, prout in aliis delictis; quia sola scientia non punitur, & communem * dicit Castill. *consil. 10. In facto proponitur, in fin.* † Et in isto * 8
secundo capite si feudatarius deliquit, feudum reuertitur ad agnatos vocatos, quando feudum est antiquum, & Princeps inferior offensus non est; qui feudum concessit, quo casu si concessisset, ad dominum reuerteretur. Castill. *d. consil. 10. in fin.* Vide, *Maiestatis læ-* 9
sæ crimen habet multa specialia. Conclus. 13. † Extende; quia imo habet locum etiam in Principe recognoscente imperium, quando habet iura Imperatoris in suo Ducatu, prout Dux Mediolani. Boss. *d. tract. de crimin. læs. maiest. num. 54. & seq.* vbi, quod de consuetudine ita seruatur, & quod esset reuangare mundum, si contrarium diceremus. † Regulam facias, quod contra Papam; Impe- 10
ratorem, & regem, seu summos Pontifices, Imperatores, & reges maximos incurritur hoc crimen, quod intelligit Bart. de regibus Romanorum *in extrauag. ad reprimendum. in ver. reges.* † Eandem re- 11
gulam, quod crimen læsæ maiestatis committitur proprie contra supremum principem, prout in Papa, & Imperatore, & etiam contra reges, & alios superiores, & ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem, ponit etiam Clar. *in §. læsæ maiestatis. num. 2. ver. committitur autem*, vbi dicit * communem, & quod nullus contra- * 12
dicit. † Imo Ant. de Butr. *consil. 61. in princip.* quod solum committitur in dominum supremum mundi, prout Papa, Imperator, & in consiliarios assistentes lateri eius, nõ in aliis, & licet propter contingentiam facti, Ant. de Butr. non loquatur de Papa, sed de Imperatore, tamen multo magis in Papa, & consiliariis Papæ, prout sunt Cardinales, ita Bero. *consil 114. nu. 49. & seq. ver. secundo præ-*
suppono, lib. 1. † In aliis vero Pontificibus recognoscentibus superiorem, communis * opinio est, quod non habet locum crimen * 13
læsæ maiestatis de iure. Ruin. *consil. 3. nu. 12. lib. 5.* sed tamen de consuetudine seruatur contrarium. Socin. Iun. *consil. 105. num. 24.*

lib. 3.

lib. 3. in tantum, quod etiam de iure communi ista hodie sit communis * opinio, late Clar. qui alios etiam citat, & ita seruari debere dicit, vbi est consuetudo *in d.* §. *læsæ maiestatis, n.* 2. *ver. dubium est.*

14 † Et ideo Duces, Comites, & alii Barones Regni Franciæ non habent maiestatem, & quoad eos nõ committitur crimen læsæ maiestatis, ita Ægid. Bellam. *consil.* 15. *num.* 7. *in fin.* & vide plenius infra

15 *n.* 29. *& seq.* † Contrarium, quod crimen læsæ maiestatis committitur etiam contra principem inferiorem Imperatore, commu-

* nem * dicit Alex. *consil.* 13. *Consideratis, in princ.* vbi loquitur in Comitibus de Manfredis Regiensibus, qui licet respectu Montis Richi, & Albineæ recognoscant Papam, tamen vasalli eorum rebellantes committunt crimen læsæ maiestatis, ex quo habent merũ,

* & mixtum imperium in dictis castris, *lib.* 6. vbi *n.* 2. dicit * commu-

16 nem. † Amplia in tantum, vt sententia lata post mortem ex crimine læsæ maiestatis sit ipso iure nulla, nisi esset crimen contra Cæsarem, vel Rempublicam Romanam, aut ex statuto permissu Cæ-

17 saris. Ang. *d. consil.* 223. *num.* 2. † Amplia; quia insequens hostiliter Cardinales dicitur committere crimen læsæ maiestatis, Calder.

18 *d. cons.* 484. *in fi.* alias 6. *de accusat.* † Declara tamen, quod debellans castra Archiepiscopi Rauennatensis, licet Archiepiscopus sit cardinalis, tamen nõ incurritur pœna, tanquam contra Cardinalem; quia non contemplatione Cardinalatus, sed alterius dignitatis sit

19 rebellio. Calder. *d. consil.* 484. alias *de accusat.* † Amplia; quia crimen læsæ maiestatis committitur contra vicarium imperialem. Cuma. *cons.* 153. *Ad primum respondetur.* Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando, num.* 4. *& seq.* vbi, quod intelligitur de omnibus officialibus, qui principaliter pro Imperatore sunt, prout Legati, & Vica-

20 rii. † Extende in consiliariis Principi supremo assistentibus. Ægid.

21 Bellam. *consil.* 15. *n.* 8. † Extende in officialibus Papæ, prout Rectores per Romanam Ecclesiam positi in partibus Italiæ. Bart. *dict. extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando, n.* 6. *ver. sed quid si aliquis, in ver.*

22 *Rectores*, quæ dat plurimos concord. † Restringe; quia in aliis magistratibus non committitur læsa maiestas, excepto magistratu

23 Populi Romani. Ægid. *d. consil.* 15. *n.* 8. † Amplia; quia quando est contra supremũ Principem, filii efficiuntur insuccessibiles, quando est in primo capite, secus si in aliis capitibus. *l. quisquis. C. ad l. iul. maiest.* vbi Bart. & alii. Angel. & Salyc. *in l. fallaciter. C. de abolitio.* Alex. *consil.* 103. *in fin. lib.* 1. Socin. *consil.* 275. *lib.* 2. *& cons.* 121. *lib.* 4. Angel. *consil.* 223. *Pro decisione.* Dec. *consil.* 410. Ias. *consil* 86. *In causa Reu. lib.* 3. quicquid in contrarium tenuerit Socin. *consil.* 21. *lib.* 1.

24 † Limita; quia in tyranno non habet locum crimen læsæ maiesta-

25 tis. Alex. *d. consil.* 13. *in princ. lib.* 6. † Limita; quia crimen læsæ maiestatis non committitur in quocunque Principe, sed solum in Imperatore, & Republica Romana, vel supremo Principe non recognoscente superiorem, *clemen. pastoralis, de re iudic.* vbi Anchar. Alex. *consil.* 13. *lib.* 6. Ruin. *consil.* 3. *lib.* 5. plene Gig. *de crim. læs. maiest. lib.* 1. *quæst.* 28. vbi, quod committitur, si contra Regem Franciæ, & Rempublicam Venetiarum, qui non recognoscunt superiorem. Gomez. *de delict. cas.* 2. *n.* 10. apostill. ad Alex. *consil.* 13. *n.* 3 *ver. verum,*

* *lib.* 6. vbi reprobat Alex. & dicit veriorem * istam opinionem, &

26 dat concord. † Declara; quia licet crimen committatur læsæ maiestatis etiam contra Principem recognoscentem superiorem, tamen post mortem damnari non potest, neque filii puniri debent, ita Grammat. *decis.* 6. *n.* 17. *& seq. vsque in fin.* vbi late, & isto casu dicitur impropriè committi crimen læsæ maiestatis, ideo pœnæ ad filios non extenduntur. Gig. *dict. tractat. lib.* 1. *q.* 29. vbi, quod de fa-

27 cto ita seruatur. Alex. plenius *consil.* 13. *in princ. lib.* 6. † Imo non habet locum confiscatio bonorum, quando crimen læsæ maiestatis non committitur in supremum superiorem. Anton. de Butr. *consil.* 61. *in princ.* quia *authen. bona damnatorum. C. de bonis proscript.* corrigit confiscationem, nisi in crimine hæresis, & læsæ maiestatis vere, & ita ibi apostilla *in verb. Damnatorum*, dicit, quod totus mundus seruat, nisi ex dispositione statuti, vel consuetudinis aliud ca-

28 ueatur. † Vide plene Capic. *decisione* 130. *in princ.* vbi, quando contra supremũ Principem, & assistentes lateri eius, & quando contra Rempublicam, & qualiter contra alios Principes, & officiales maiores, vel minores, & pœna tam in primo, quam secundo capite, & concludit, quod est mortis, & confiscationis bonorum, eo excepto, quod in secundo capite memoria non damnatur, neque

29 filii priuantur. † Bart. *in extrauagan. qui sint rebelles, in ver. rebellando, n.* 3. *& seq. ver. sed an hæc constitutio*, dicit, quod non habet locum in Regibus, neque in Ciuitatibus liberis; quia ipsi non exercent iurisdictionem nomine Imperii, sed proprio nomine, & propter se; quia in eis habet locum ius antiquum *l. amissione*, § *qui deficiunt, ff. de capit. dimin.* & ibi apostill. in *ver. contrarium*, & in *ver. propter se.*

30 † Limita; quia debellans castrum Archiepiscopi Rauennatensis non dicitur committere crimen læsæ maiestatis, quod non cadit contra inferiorem habentem iurisdictionem. Calderin. *dict. consil.* 484. alias 6. *de accusat.* † Contrarium, quando essent subditi

31 castri ipsius domini, quia ne dum incidunt in crimen læsæ maiestatis rebellando facto exequuto; sed etiam solo consilio habito de rebellando. Alexand. *consil.* 13. *Consideratis, num.* 6. *ver. tertio præsuppono, lib.* 6. † Extende; quia crimen læsæ maiestatis non cadit

32 in aliquam ciuitatem, quantumcunque magnam, excepta ciuitate Romana; nisi quatenus crimen committeretur ad subtrahendam ciuitatem à Principe, & illius obedientia, in quem cadit crimen læsæ maiestatis. Bald. *consil.* 59. *Licet eleganter, lib.* 1. & idem Bald. *consil.* 58. *colum. fin. ver. in contrarium, eod. lib.* 1. † Restringe, nisi

33 castrum, vel locus; in quo non cadit crimen læsæ maiestatis, rebellaretur à Republica Romana, vel Principe, cui subesset; quia sicut cadit læsa maiestas in Principe, ita in loco, qui ab eo aufertur.

Bald. *d. consil.* 59. *num.* 2. *ver. quia ergo, lib.* 1. † Limita; quia crimen

34 læsæ maiestatis non cadit contra ciuitatem Florentinam, licet aliqui fuerint coniurati velle per vim ingredi ciuitatem, & opprimere partem Guelpham dominantem Bald. *d. consil.* 58. *in fin. ver. in contrarium, & consil.* 59. *per totum, lib.* 1. † Extende, vt idem sit in

35 ciuitate Lucana. Angel. *consil.* 223. *in princip.* qui hoc limitat, nisi ex concessione Cæsaris adesset statutum contrarium disponens.

† Extende in ciuitate Mutinæ. Ancharan. *consil.* 287. *Iste B. per tot.*

36 † Extende idem in ciuitate Castelli, quando dominatur prose;

37 quia non cadit crimen læsæ maiestatis. Castrens. *consil.* 171. *Visa, & ponderata, col. fin. num.* 6. *lib.* 1. † Declara; quia si iusto titulo quis

38 dominatur, committitur crimen læsæ maiestatis, secus si iniuste. Castrens. *d. consil.* 171. *in fin. num.* 6. *lib.* 1. † Declara, quia oppugnans

39 patriam, licet non incurrat crimen læsæ maiestatis verum; & proprium, tamen quoad illam patriam comparatur crimini læsæ maiestatis. Castrens. *dict. consil.* 171. *in fin. lib.* 1. allegat *l. minime. ff. de religio. & sumpt. funer.* & text. cum gloss. *in leg. final. circa finem. C. de abolit.* Idem in ciuitate Ianuæ, & Duce ipsius. Castill. *consil.* 10.

num. 71. *vsque in fin.* Vide, *Maiestas quid sit, & de multiplici maiestate. Conclus.* 6. *num.* 11. † Idem in Marchione Montisferrati. Castil-

40 lion. *d. consil.* 10. *num.* 71. *vsque in fin.* licet forte supponat contrarium. † Idem in Duce Mediolani, quod non incurratur crimen

41 læsæ maiestatis, vt possit post mortem damnari, etiam stante decreto Mediolani, quod incurratur pœna læsæ maiestatis; quia non reperitur qualitas, quod post mortem possit condemnari. Ruin. *consil.* 13. *num.* 12. *vsque in fin. lib.* 5. † Extende; quia cri-

42 men læsæ maiestatis non committitur in Rempublicam, nisi sit Respublica Romanorum ad effectum, vt post mortem memoria damnari possit. Bald. *consil.* 59. *Punctus, seu facti narratio, lib.* 4. Ang. *consil.* 223. *in princ.* † Limita; quia contemnens iussum Principis si

43 condemnatur tanquam rebellis, & inobediens, non tamen dicitur condemnatus ex crimine læsæ maiestatis; quia inspicitur causa criminis, vt dicatur læsa maiestas in facto, non in contumacia non obediendi. Bald. *consil.* 271. *Quæritur, vtrum, lib.* 2. † Limita;

44 quia ex sola pœna imposita crimini læsæ maiestatis non dicitur quis vere reus talis criminis; quia opera faciunt reum talis criminis, non pœna, ita Bossius *de crimin. læs. maiest. n.* 62. *& seq.* vbi, quod dubium imo est, an talis pœna valeat. † Limita; quia non com-

45 mittitur crimen læsæ maiestatis, ex eo quod subditus recedit à suo Principe, sed solum quando insurgit cõtra Principem. Grammat.

* *decis.* 6. *nu.* 16. *& seq.* † Limita, quia non subditus non potest com-

QVANDO† concurrunt plura mala, & vnum euitari non po- 1 test, minus malum est eligendum, *cap. duo, distinct.* 13.† Am- 2 plia, si quis est inter excommunicationem, & peccatum, debet potius pati se excommunicatum, quam peccatum committere. Ioan. de Imol. *consil.* 125. *in. fin.* † Amplia; quia qui debet pati da- 3 mnum alternatiue prudenter agendo, debet semper eligere minus damnum; quia minus malum est. Ægid. *consil.* 9. *num.* 11. *in fin.* †Amplia; quia licet impœnitenti non parcatur quoad culpam; 4 tamen parcitur quoad pœnam, vt minus malum euitetur, *c. denique Sacerdotes*, vbi gl. *in ver. venia*, 4. *distinct.* †Extende; quia licet hæ- 5 retico relapso non parcatur, *c. ad abolendam, de hæret.* tamen parcitur ob maius malum vitandum, seu vt scandalum tollatur; quia de rigore iuris non auditur de misericordia pœnitens, ad tollendam autem stragem multorum recipitur, *cap. constitueretur*, 50. *di-* *stinct.* & propius *cap. apostolicæ sedis, in fin.* 23. *quæst.* 4. † Et Princeps, ac 6 multitudo non puniuntur, quando timetur scandalum, vel maius malum. Felin. *in cap.* 2. *in* 9. *& 20. speciali scandalis, de præscr.*† Am- 7 plia; quia mali tolerantur cum bonis, quando non potest de eis fumi iudicium sine detrimento bonorum, *cap. multi corrigantur*, 2. *quæst.* 1. vbi multa similia ex Euangelio. Vide, *Periculum vitandum,* ☞ *ibi cautius agendum. Concl.* 281. Vide, *Permissa sunt multa prohibita per modum tolerantiæ. Concl.* 301. Vide, *Tolerantia quid sit, & operatur mul-* *ta. Concl.* 324.

Malignitas est tollenda, nec danda licentia malignandi. Concl. 27.

MALIGNITAS† est tollenda, nec licentia malignandi est con- 1 cedenda, hoc est priuandi aliquem suo per damnificationem. Calderin. *consil.* 309. alias 6. *de feud. circa med. ver. & si aliud ac-* 2 *ceremus.* †Dicit Propheta: *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, substinentes autem dominum, ipsi hæreditabunt terram.* Vide, ☞ *Discordiarum seminatores exosi, & tollendi. Concl.* 453.

Malus semel semper præsumitur malus, & qualiter procedat. Concl. 28.

SEMEL† malus semper præsumitur malus in eodem genere ma- 1 li, *c. semel malus, extra, de Reg. iur. in* 6. Ægid. Bellame. *consil.* 56. *n.* 4. Vide, *Bonus quilibet præsumitur, & quando secus. Concl.* 123.† Secus 2 est in diuerso genere mali, secundum* communem. Clarus *quæst.* 2 * 21. *colum.* 2. *ver. scias tamen*, vbi dicit* communem.† Extende in vsurario; quia qui semel fuit vsuratius, præsumitur perseuerasse. 3 Vide, *Præsumitur in dubio contra delinquentes, & solitos delinquere. Con-* ☞ *cl.* 618. † Extende in eo, qui semel fuit negligens probare inter- 4 mino remissoriæ concessæ, quia non datur secunda remissoria, ex quo præsumitur in eodem genere negligens, & malus. Ægid. Bellamer. *consil.* 36. *num.* 4.† Extende; quia maritus præsumitur tam- 5 re in vxorem, si semel læuisse probatur, nisi è contra emendatio probetur. Card. Zabar. *consil.* 9. *Primo præsuppono, in princ.*† Extende 6 in falsi crimine; quia semel malus in eodem genere mali præsumitur malus, & est indicium ad torturam. Alexand. *consil.* 77. *n.* 7 *ver. quintum, lib.* 1.† Extende in blasphemante; quia de præterito præsumitur in præsenti; quia emendatio non præsumitur, nisi 8 probetur. Anch. *consil.* 415. *Primum dubium, n.* 3.† Extende; quia illa, q̃ solo cursu temporis non mutantur, non præsumuntur mutata, sed durare, prout excommunicatio, infamia, & similia. An- 9 char. *consil.* 415. *num.* 3. ideo infamis alias præsumitur hodie.† Extende; quia auia semel male administrans bona pupilli semp est suspecta de mala administratione; quia semel malus in eodem genere mali, &c. Io. de Imol. *consil.* 78. *n.* 6. & 7.† Declara, nisi esset 10 decreta tutela eidem auiæ per prætorem; quia cessaret mala præsumptio; secus si esset decernenda. Ioan. de Imol. *d. consil.* 78. *num.* 7. *ver. nec obstat prædictis.* †Amplia, vt procedat, quod semel malus 11 semper malus, procedat etiam si interueniat sanatoria; quia non ex toto radicatur, prout in spurio, qui est infamis, & non est integer testis; quia licet legitimetur, non tollitur ex toto infamia, ga assimilatur morboso curato à morbo, cui remanet cicatrix, vel radix mali, ita Bald. *in. 1. final. in* 2. *not. de translat. Episc.* pro singulari tradit Marsil. *sing.* 273. *Notissimum, in princ.* maxime *n.* 6.† Idem in 12 Iudæo facto Christiano; quia in casibus, in quibus non admittitur Iudæus contra Christianum, non admittetur etiam, postquam effectus est Christianus propter remanentem aliquam reliquiam.

liquiam. Marsil. *d. singul. 273. n. 7.* †Idem in periurio post peractam
14 pœnitentiam. Marsil. *d. singul. 273. num. 7.* †Idem in inimico post
15 reconciliationem. Marsi. vbi supra. †Declara tamen, vt non pro-
cedant prædicta in homine illustri, in religioso, neque viro sum-
16 mæ virtutis, ita Marsil. *d. singul. 273. nu. 8. & seq.* †Declara; quia ta-
lis quis præsumitur, qualis per triennium fuit, bonus, siue malus
17 fuerit. Dyn. *Reg. semel malus, de Regul. iur. in 6.* † Amplia; quia semel
odiosus in vno præsumitur in eodem genere odii perseuerare. A-
18 lexand. *consil. 144. Post redditum, n. 3. ver. pro hoc facit, lib. 2.* †Extende;
quia si odium est irrationabile, præsumitur durare in illo genere
odii, & etiam in aliis. Alexand. *consil. 144. num. 4. ver. odium, lib. 2.*
19 † Limita; quia semel percutiens aliquem alapa non præsumitur
malus in homicidio, vel alio diuerso delicto. Grat. mat. *decis. 25.*
20 *num. 7. & seq. per totam.* †Limita; quia procedit regula quoad ani-
mum, non autem quoad factum; quia semel malus præsumitur
semper malus in animo suo, non autem præsumitur factum ma-
lum commisisse. Bald. *consil. 459. Visa dicta petitione, num. 6. & 7. lib.*
21 *4.* & latius *num. 12. ver. nec obstat.* † Limita; quia malus semel si re-
ducat se ad bonum, & emendationem, fingitur nouus homo, &
ideo sibi non nocent commissa in præteritum circa malos mores
quoad tempus futurum, sed quod præterita consumpta tantum.
22 Roman. *consil. 236. Vt præmissa, num. 5. ver. sed tex. habeo.* †Et quando
præsumitur emendatus, sunt opiniones, quod non præsumatur,
nisi probetur emendatio, alii contra, & plene declarat Mascard.
concl. 465. Criminosum esse emendatum, & qualiter probetur. Vide ple-
nius eundem Mascardum *concl. 600. Emendatum*, vbi, quid si con-
fessus Sacerdoti, non tamen in foro fori præsumitur emendatus.
☞ Vide plenius, *Testes non idonei, & qui non admittantur ob crimen, &*
23 *culpam propriam. Concl.* 207. †Limita; quia quicquid præsumatur,
non potest tamen se qui condemnatio. Bald. *d. consil. 459. n. 6. & 7.*
24 *lib. 4.* †Limita, quando probaret bonam famam per triennium, &
sic emendationem; quia tunc illa regula non habet locum. Clar.
* *in prax. quæst. 21. col. 2. ver. bene verum est*, vbi dicit * communem, &
notandam; quia posset facere magnum honorem, & est dictum
Rom. *consil. 236. Vt præmissa consultatio, n. 6. ver. sed casum rotundum,*
25 vbi apostilla *in ver. triennalis*, dat multos concord. † Limita; quia
peccator præsumitur emendatus in dubio, quando super delicto,
vel peccato non est lata sententia, vel non conuictus; secus si es-
set condemnatus, ita Iul. Clar. *in §. final. quæst. 24. num. 16 in fin.* vbi,
quod emendatio præsumitur, nisi probetur continuatio, nisi es-
set conuictus ante præcedentem accusationem, vel oppositio-
* nem, & dicit * communem; loquitur tamen in teste ad effectum
validitatis examinis.

Malos ad quid creatos, & cur substineantur. Conclusio 29.

1 MALOS, † & bonos creari, & esse admittit Dominus Deus
noster; quia, vt inquit tex. *in c. secundum carnem, 23. q. 4.* qui
creauit bouem, creauit & culicem, & in magna domo conueniunt
2 vasa aurea, lignea, & fictilia. †Et Deus malos substinet, vt vel con-
uertantur, vel vt exerceant bonos ad bonum, ita B. Augustinus in
tract. sup Psalmos: *Exaudi Deus orationem meam*, ibi, *ne putetis gratis*
malos esse in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum, omnis malus aut
3 *ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur.* †Et
aduersitas, quæ bonis, & iustis euenit, probatio virtutis est, vt di-
cit Romanus *consil. 522. Beatissimus, num. 7.* vbi ponit plura exem-
pla de hæreticis, quos Deus permittit, vt ea, quæ nescimus, tunc
diligenter discutiamus, forum enim mentis nostræ ad accenden-
dum non potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius simia praui-
tatis, *24. quæst. vlt. c. final. incipit.* Ideo item Deus permittit] Roma-
num Pontificem aliquando multa mali fieri in diminutionem, &
scandalum Ecclesiæ suæ, vt excutientes à nobis fumum negligen-
tiæ Ecclesiam roboremus, *Beati, qui patiuntur persequutionem pro-*
pter iustitiam, &c.

Mandatum procuræ multiplex. Concl. 30.

1 MANDATVM † procuræ multiplex; quia aliud est generale,
aliud speciale, aliud singulare. Bald. *consil. 110. Decreto Domi-*
2 *nicauetur, col. 2. vltra med. ver. præterea iste procurator, lib. 1.* †Generale
mandatum duplex est, aliud indefinitum, & indeterminatu, vel-
uti si prioribus detur generale mandatum faciendi omnia, quæ
spectant ad ciuitatem. Bald. *consil. 379. Quando super facto, n. 4. v. ge-*
3 *nerale autem, lib. 3.* † Aliud est generale limitatum ad certam caus-
sam, & certum negotium, veluti si detur generale mandatum ple-
nissimum circa negotium certæ nauis, vel certi mercimonii, quia
istud dicitur restrictum, & extra ea, ad quæ restringitur, non ex-
tenditur. Bald. *d consil. 379. nu. 5. ver. secundo modo, lib. 3.* †Singulare 4
mandatum vt dicatur, requiritur, quod exprimantur omnia sin-
gulariter, videlicet, causa, persona, quantitas, & omnes circum-
stantiæ, ita quod omnis generalitas excludatur. Bald. *d. consil. 110.*
col. 2. vltra med. ver. præterea iste procurator, lib. 1. †Et non dicitur sin- 5
gulare mandatum, vbicunque est æquiuocum, & potest pluribus
modis interpretari. Bald. *consil. 110. col. 2. circa fin. ver. vnde quando-*
cunque lib. 1. †Declara; quia æquiuocum mandatum debet decla- 6
rari à mandante. Alex. *consil. 146. circa fin. lib. 5.* †Mandata omnia 7
rediguntur ad tres species; aut mandatum est iurisdictionis; aut
arbitrorum; aut simplicis procuratoris, secundum Castr. *consil. 118.*
Quod dicit Dominus, in princ. vbi, quod alia omnia mandata rediguntur
ad vnam ex tribus speciebus. † Mandatum iurisdictionis aut 8
est ordinarium, aut delegatum, ordinarium dicitur, quando alicui
datur mandatum in eo, quod ipse habet à lege, & tunc dicitur po-
tius mandatum excitans iurisdictionem, q̃ iure ordinario habet,
c. licet, cum ibi not. de off. ordin. Castr. *d. consil. 118. in princ. lib. 1.* & isti
possunt alium substituere, seu delegare. † Si v. datur iurisdictio 9
ei, qui non habet, tunc dicitur delegatus, *l. 1. ff. de offic. eius*, & talis
delegatus non potest alium substituere, nisi sit delegatus à Prin-
cipe, vel ex causa absentiæ certis casib⁹, vt ibi not. Cast. *d consil. 118.*
in princ. lib. 1. † Mandatum arbitri est strictum, & non potest sub- 10
delegare. Castrensis *d. consil. 118. in princ. ver. si vero comparamus, lib. 1.*
† Mandatum vero procuratoris ad negotium, quod non habet 11
certam, & limitatam formam, vt quia debet aliquid iudicio suo
expedire, & censetur electa industria personæ, & non potest sub-
stituere. Castr. *d. consil. 118. in prin. lib. 1. ver. si vero mandato.* Vide, *Pro-*
curator potest substituere, & quando secus. Concluſ. 849. & Concluſ. 850.
† Mandatum multiplex; quia aliquando gratia constituentis, ali- 12
quando aliena gratia, aliquando mea, & aliena gratia, aliquando
constituentis, & constituti, & tertii, exempla vide *in l. mandatum, ff. mand.* & quando mandatum fit super re spectante ad vtrunque,
dicitur tunc gratia mandantis, & mandatarii. Alex. *consil. 41. Viso*
puncto, in princ. ver. & attento, quod, lib. 3. † Aliud mandatum est pu- 13
rum, aliud in diem, aliud sub conditione, *l. 1. ff. mand.* † Mandatum 14
differt à persuasione; quia mandatum ad delictum tunc dicitur,
quando fit ad satisfaciendum voluntate mandantis. Persuasio ad
delictum tunc dicitur, quando is, cui persuadetur, facit ad sui pri-
prii commodum, & non curatur de verbis in psuadendo. Alex.
d. consil. 127. n. 5 lib. 4. & plenius *consil. 128. Quoniam abunde, in princ.*
eod. lib. 4. & consi. 129. Pulchre, n. 6. ver. quintuo, lib. 4. quod est Ant. de
Prato Veteri. † Extende in tantum, quod accusatus de mandato 15
ad delictum non potest condemnari non probato mandato, sed
persuasione, vel instigatione. Alex. *d. consil. 128. in princ. lib. 4. & consi.*
129. n. 6. eod. lib. 4. quod est Ant. de Prato Veteri. † Extende; quia 16
non cadit mandatum, quando negotium, vel delictum est ad
commodum mandatarii, non autem mandantis; quia dicitur
consilium, instigatio, vel inflammatio. Bald. *in l. ob hæc verba, num.*
3 ver. reuoco in dubium. ff. de ijs, qui not. infam. Vide, *Mandatum non com-*
prehendit negotia mandatarij cum mand. nte. Concl. 56.

Mandatum ex quibus tacite inducatur. Conclusio 31.

AD † judicia mandatum inducitur eo ipso, quod quis scit, & 1
patitur causam suam agitari ab eo, qui non habet manda-
tum, Calderin. *consil. 106. in fin. ver. immo plus*, alias 4. *de procurator.*
Afflict. *decis. 308. num. 6.* Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 104.*
num. 3. Vide, *Scientia, & patientia quando inducat consensum. Concluſ.*
69. † Dominus sciens causam suam agitari nomine suo per Ti- 2
tium; & permittens censetur dare mandatum Titio ad illam cau-
sam. Roman. *consi. 170. Sciel ant, in prin.* vbi apostilla *in ver. prabuisse*,
citat plurimos, & dicit * communem, Calderin *d. consil. 106.* alias *
4. *de procurat. ver. præterea*, plene Vant. qui plures citat *titul. quibus*
mod. sententia nulla, num. 94. vbi dicit * magis communem. † Ex- * 3
tende in gestore negotiorum generali; quia eo ipso, quod scio, &
patior eum locare bona mea, censeor approbare, Castrensis *consil.*
1. Si iste verius, lib. 1. † Et mandatum datur etiam sola patientia, *l. qui* 4
patitur. ff. mand. Alexand. *consi. 162. n. 2. lib. 5.* Ancharan. *consil. 62. n. 1.*
Alexand. *consil. 157. num. 10. & seq.* maxime *num. 12. lib. 2.* †Extende 5
in socio calculante, & administrante scientibus, & patientibus
aliis sociis; quia probatur mandatum. Alexand. *consil. 80. Viso*
processu, num. 9. ver. & per hoc etiam patet, lib. 4. † Declara tamen; 6
quia procedunt extensiones, quod mandatum inducatur ex
scientia, & patientia, quando probatur de tempore, de quo
facta fuit obligatio, alias non releuaret. Alexand. *dict. consil.*
80. *n.*

7 80.*n.*9.*ver.quia ad hoc respondeo.*, *lib.* 4.†Extende in mandato officialis, vel iudicis delegati, vel subdelegati; quia si dominus est præsens, & patitur eum se exercere pro iudice, vel delegato, aut subdelegato, censetur dare mandatum. Alex.*consil.*157.*Viso instrumento*,*num.*10.*& seq. lib.*2. Vide, *Officiali statur in ijs, quæ spectant ad*
☞ *officium suum. & quando. Concl.*102.†Extende, & fac regulam summariam ex Bart.*in l. post dotem. ff. solut. matrim.* quam colligit Alex.
8 *d.consil.*80.*n.*10.*ver.secundo respondeo*,*lib.*4. quia scientia, & patientia mea, quod tu facias negotium, quod ad me spectat principaliter, inducit mandatum meum; secus si negotium spectat ad gerentem principaliter; quia scientia, & patientia mea non inducit mandatum; si vero negotium est commune; quia spectat ad me, & ad te gerentem, tunc distinguitur; quia si præcedit voluntas mea, propter q̃ tu facis me sciente, & patiente, & inducitur mandatum; aut præcedit factum tuum, propter ꝙ inducitur scientia, & patientia mea, & non inducitur mandatum, nisi in quantum
9 gerebas nomine meo, me sciente, & patiente †Extende; quia in iudicialibus est verum, quod si quis gerit negotia mea me sciente, & patiente, videor dare mandatum; in extraiudicialibus vero non videor dare mandatum, nisi in ijs, quæ sunt ad mei fauorem,
10 ita Alex.*d.consil.*80.*n.*11.*ver.tertio respondeo*,*lib.*4.†Extende; vt procedat etiam in iudicialibus, quando dominus scit, & patitur causam suam agi à falso procuratore; quia adhuc censetur dare mandatum. Alex.*d.consil.*157.*num.*12.*ver.benefacit*,*lib.*2.vbi citat ad hoc Innoc.*in c. ex parte decani, de rescript.* & alios plures, in specie Rotam *decis.*39.*per prædictam Conclusionem* alias 455.*de procurat. in nou.* & plures concord. citat apostil. ad Alexand.*consil.*80.*Viso processu*,*num.*12.*in ver.dummodo*,*lib.*4. & iterum Alex.*consil.*128.*Sin 10.in fin.*
11 *lib.*6.†Contrarium tenet ipse Alexand.*d.consil.*80.*n.*12.*lib.*4.vbi, quod procedit, quando procurator habet mandatum, sed excedit illud sciente, & patiente domino; secus si omnino est falsus procurator, & apost.*in ver. dummodo*, dat plurimos concord & Alex. dicit ita procedere text.*in l.*1.§.*Magister autem ff. de exercit.* super quo contraria extensio fundatur, & respondet *d.l.*1.§.*scientiam ff. de tribut.* quod non inducitur mandatum ibi, quia alias dominus tenetur in solidum, & tamen solum tenetur ꝙ sua rata attribuere, *at l.qui patitur. ff. mand.* non procedit, nisi quando sit actus vtilis
* domino scienti, & patienti, *&* n.14. dicit * communem esse contra Innoc *d. cap. ex parte Decani, de rescript.* & idem etiam tenet per omnia Alex.*consil.*84.*Super consultatione*,*in princ. lib.*5 vbi apostilla
12 *in ver.mandati*, dat concord.†Declarat Alex.*consil* 80.*num.*14.*lib.* 4.quod sola scientia, & patientia etiam in iudicio non præiudicat domino scienti, & patienti, nisi quando constat de expensa, vel tacita ratificatione, vel nisi ille actus sit vtilis, quando ille agens nullum habet mandatum; secus si habet mandatum, & excedit.
13 †Et procedit declaratio, etiam si causa sit summaria, & de plano commissa, & sola facti veritate inspecta; quia non tollitur probatio, neque tolluntur ea, q̃ respiciunt defensionem. Alex.*d. consil.*
14 80.*in fin. lib.*4.†Declarat idem Alexan.*consil.*191.*Perpetuo*,*num.*6.*ver. hoc expressius, lib.* 6. quia si fertur sententia contra falsum procuratorem meum, & habeam scientiam talis sententiæ, & non appello, non dicor approbare, immo sententia est nulla, & possum dicere de nullitate per mille annos, & ratio potest esse; quia ignoraui eum agitasse causam, & quia scio ex tali sententia ius
15 meum durare; quia non est procurator. † Amplia, vt idem sit in ratificatione; quia eo ipso, quod scio aliquid nomine meo gestum, & non contradico, dicor ratificare. Oldrad.*consil.*199.*nu.*7. qui loquitur in spolio nomine meo commisso. Castr.*consil.* 1.*n.*3.
☞ *& per tot. lib.*1. Vide, *Ratificatio gestorum contra mandatum, non indu-*
16 *citur, & quando secus. Concl.* 13. †Extende idem, si scio substitutum à meo procuratore, qui non habebat facultatem substituendi, substituere; quia videor dare mandatum, seu ratificare substitutio-
17 nem. Cald.*consil.*106.alias 4 *de procurat.*†Extende etiam in procuratore reuocato; quia si post reuocationem scio, & non contradico ipsum se gerere, vt ꝓcuratorem, videor dare mandatum. Roman.*consil.*76.*In causa nobilis, num.*2. Alex. *consil.*128. *Sentio insuper,*
18 *lib.*6.*in fin.*†Extende; quia siue reuocatio sit expressa, siue tacita, si post reuocationem quamcunque scio, & patior procuratorem reuocatum agere, videor nouum dare mandatum, exemplum; procurator meus decoxit, eo ipso, quod scio eum decoctum, videor reuocare, & censetur reuocatus, si postea perseuerat agendo pro me, & scio, non possum allegare reuocationem, *l. si ab arbitro*, & ibi Dd. *ff. qui satisd. cogan.* Baldus *in l.*1.*C. de feriis, in fin. ver. tertius*
19 *casus.* † Extende idem, quando procurator habet mandatum limitatum, & excedit fines mandati; quia si dominus scit, & non contradicit, obligatur, & censetur dare mandatum magis amplum, gl.*in c. cum olim, in ver. potiorus*, & ibi Abb. & Fel. *de offic. deleg.* facit tex.*in l. final. ff. quod cum eo, c. fin. de iureiur. in* 6. & *c. fin. vt lite non conteſt.* Alexand.*consil.*80.*Viso processu*,*n.*9. & *seq. vers.* & *pro hoc*,*maxime n.*12.*lib.*4. Bart.*in l. fin. C. de erogat. milit. anno. lib.*12. Alexand.*in l. sæpe*,*num.*87.*ff. de reiudic.* Jas.*in l. si procurator rem*,*nu.*8.*in* 7 *fallent. C. de procurat.* Curt. Jun.*in l. diligenter*,*num.*7.*ff. mandat.* Guid. Pap.*dec.* 173. plene apostill. ad Alexand.*d.consil.*80.*nu.*12.*lib.*4.*in ver. dummodo*, vbi citat concord.†Restringe, & declara multis modis, de 20
quibus per Alex.*d.consil.*80.*n.*9.*& seq. per tot. lib.*4. vbi dicit ita demum induci mandatum ex sola scientia, & patientia, quando negotium spectat ad scientem, & patientem, item quando extra iudicium negotium est ad fauorem tacentis, & patentis; item qñ in iudicio aliquid fit; item in præposito nauis fauore publico; item quando præcedit voluntas, vel mandatum non sufficiens, istis casibus inducitur mandatum, & scientia, & patientia, extra istos casus secus est. † Declara totam istam materiam; quia si tu 21
facis aliquid in re, quæ spectat ad me, & ego scio, & patior, & videor dare mandatum, *l. qui patitur. ff. mand.* si vero negotium spectat principaliter ad gerentem, non videor dare mandatum, ita, spectat negotium ad vtrumque, scilicet ad te gerentem, & ad me scientem, & si voluntas mea præcessit factum tuum, propter q̃ illud fecisti, & tunc voluntas mea præcedens inducit mandatum; si è contra factum præcedit, non inducitur mandatum, ita Alex. *d.consil.*80.*Viso processu num.*10.*ver. secundo respondeo*,*lib.*4.vbi subjungit, quod isto casu, si nomine meo gerebas, & sciebam, & passus sum, inducitur mandatum, etiam si negotium spectabat ad vtrunque. † Amplia; quia annuens capite, vel humeris, censetur 22
mandare, & consentire etiam in delictis Baldus *consil.* 256. *Quanquam allegationes ci ca med. ver. sed quando vnus*, *lib.*2. vbi, quod licet non possit puniri, tanq̃ mandans, nisi constet, quod delinquens alias non erat facturus; tamen dicitur consensisse. †Amplia, quia 23
si dominus esset præsens in judicio, quando falsus procurator se gerit pro procuratore, induceretur mandatum. Joan. de Anania *consil.*104.vbi Bologn.*in apostill. n.*3.*ver. p'us d.co.*†Extende in con- 24
juncta persona; quia in ea mandatum inducitur, & præsumitur. Bologn.*d. addit. ad consil.*10.*de Anan.*104.*n.*3.†Extende in valde amico. Bologn.*d. consil.*10.*de Anan.*104.*n.*3.*in fin.* licet non firmet pro absoluto; quia allegat contrarios. † Amplia; quia mandatum fa- 26
ctum ad litem prosequendam inducit ratificationem gestorum ante mandatum, & sic inducit mandatum etiam à principio litis. Bald. & Angel.*in l. Iulianus* vbi Jas.*n.*4.*ff. qui satisd. cogan.* Alex.*consil.* 122.*& consil.*146.*lib.*5.†Extende idem, si quis sine mandato meo 27
egit contra meum debitorem & habuit ab eo fidejussores, si pendente judicio mandaui, vt ageret contra debitorem, ratificantur fidejussio, & acta. Alex.*d. consil.*146.*lib.*5.†Declara; quia ex man- 28
dato subsequuto inducitur ratificatio gestorum; quando dominus sciuit; secus si ignorauit, vel scire non potuit, vt quia actꝰ fuit gestus ante factum mandatum, puta per decem dies ante, & dominus constituit eundem procuratorem post decem dies, sed in partibus remotis, in quibus impossibile esset, quod scire potuerit intra decem dies. Castr.*in l. si is. ff. de except. rei iudic.* †Imo etiam si 29
esset in loco, in quo potuisset scire, si non probatur scientia, præsumitur ignorantia. Vide, *Ratificatio quid sit, & quæ requiranur in*
☞ *ratificatione, vt valeat. Concl.*8. & vide *Concl.*13.†Amplia, quia ꝓba- 30
tur mandatum per productionem Scripturarum. Ripa *in ruor. de acquir. possess. col.*2.*ver. primo ergo sit regula.*†Declara, dummodo ꝓ- 31
ducantur ab extraneo, non à familiari, ne detur occasio furandi Scripturas. Rom.*consil.*446.*n.*11. *& seq. per tot.*†Amplia; qa man- 32
datum inducitur ex præsentia, & patientia. Afflict.*dec.*308.*Franc. Ferr. nu.* 8.†Declara; quia in iudicialibus procedit simpliciter, in 33
extraiudicialibus in ijs, quæ concernunt fauorem scientis, & patientis. Alex.*consil.*80.*Viso processu*,*nu.*11.*ver. tertio respondeo*,*lib.*4. † 34
Extende etiam in mandato generali aliquando præsumpto, quia non præsumitur reuocatum. Afflict.*dec.*308.*num.* 10. *& seq.*†Ex- 35
tende; quia si testator præsente fratre, & tacente legat alimenta Titio, videlicet pro medietate super suis bonis, pro alia medietate super bonis fratris, censetur frater dedisse mandatum, & licet legatarius non possit agere contra fratrem personali, sed contra hæredes testatoris, bene poterunt hæredes agere contra fratrem actione mandati; quasi hæredes sint à testatore grauati mandato fratris præsentis, & tacentis. Bart.*consil.*211. *Quidam sibi filius, in pr.* maxime *num.*3.*lib.*1.†Extende; quia si filius agit, vel gerit negotia 36
patris sciente, & patiente patre, inducitur mandatum. *l.*1.*in princ. ff. mand. Inst. de oblig. quæ ex consensu, in princ. l. qui patitur. ff. mand.* Inn. *in c. ex parte Decani, de rescript.* sequitur Dec.*cons.*77.*col.*2.*ad fin.* Afflict.*dec.*308.†Extende; etiam si dominus per suam comparitionem 37
reuocasset tacite procuratorem, per *c. si quem de procur. in* 6. quia si postea idem procurator reuocatus reassumat causam sciente, &

patiente

patiente domino, inducitur mandatum. Roman. *cons.* 76. *In c- usa nobilis, nu.* 2. vbi apostill. *in ver. reuocatum*, dat concordantes, quod 38 ceasetur renouatum. † Extende, vt idem sit in syndico; quia si qs gerat se pro syndico Communis publice præsentibus & scientibus Communitate, vel Capitulo inducitur syndicatus. Affl. *d. de-* 39 *cis.* 308. *n.* 8. † Extende in castaldione; quia si gessit se pro tali sciente, & patiente domino, dicitur castaldio. Affl. *d. decis.* 308. *n.* 10. Ex-40 tende † in institore, si quis gerat se pro tali, sciente, & patiēte do-41 mino. Affl. *d. decis.* 308. *n.* 11. † Extende in filiofamilias gerente negocia domini sciente, & patiente patre; quia inducitur mandatū. 42 Affl. *d. decis.* 308. *n.* 5. *& per tot.* † Extende, quia prædicta procedunt ēt ad obligandum dominum; ideo pistor, qui erat solitus mittere famulum suum ad vendendum panem, & seruus accepta pecunia mihi promisit tot panes singulo die, tenetur dominus pro 43 eo. Affl. *d. decis.* 308. *n.* 11. *v.* 5. † Restringe; quia vbi cessat præsentia, & patientia, non potest præsumi mandatum, Alex. *cons.* 36. *Visis ijs, que, in princ. ver. non obstat, quod aliqui, lib.* 1. sequitur Affl. *dec.* 308. *n.* 9. 44 † Restringe in institore; quia multa requiruntur, vt obliget dominum accipiendo pecunias mutuo; quia non sufficit commisso facta generalis, vt incumbat negocio banchi. neq; qs sciente, & patiente domino famulus gerat negocia banchi. Alex. *cons.* 44. *n.* 5. *& seq. per tot. lib.* 2. Vide, *Institor quis dicatur, & quando obligetur ipse,* 45 *vel dominus. Concl.* 224. † Amplia multis casibus, de quibus plenissime Vrsil. in addit. ad *d. decisionem Affl.* 308. vbi plurima cumulat. 46 † Amplia; quia inducitur mandatum etiā per verba opprobriosa; nam si dico, *cōstituo Titium asinum meum, & dilapidatorē ad causam,* erit procurator in causa. Alex. *cons.* 44. *Viso, & discusso, n.* 4. *lib.* 2. Am-47 plia; † quando procurator nomine domini scripturas, & instrumenta produxit; quia præsumitur procurator. Vant. *de nullit. titul.* 48 *quibus mod. sen. nulla reparetur, nu.* 96. † Amplia, si dominus causam cœptā à prætenso procuratore est prosequutus. Vant. vbi supra 49 *n.* 103. *ver. tacita vero.* † Idem, si dominus constituit procuratorem eundem, qui causam cœpit; quia censetur ratificare gesta per eū. 50 Vant. vbi supra, *n.* 103. *ver. idem forte.* † Idem, si dominus simpliciter appellasset à sententia lata contra se comparente illo prætenso procuratore. Vant. vbi supra *n.* 103. *ver. idem etiam.* † Declara; qa 51 prædicta procedunt, siue prætensus procurator nullum mandatum haberet, siue etiam haberet, sed non legitimum. Vant. vbi su-52 pra *n.* 104. † Amplia; quia sicuti per dictos modos inducitur mandatum; ita etiam per eosdem modos, & per expressam ratificationem sanabitur processus factus ab asserto procuratore, contra quem pars, quæ succubuit, de mandato opposuerat. Vant. *d. tit. quib. mod. senten. nulla reparetur, n.* 105. *ver. si vero.*

Mandatum non præsumitur, nisi probetur, & quando secus. Concl. 32.

1 MANDATVM † non præsumitur, nisi probetur, vt infra *n.* 11. & debet produci mandatum, alias iudicium est nullū. Vide, *Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta, & quando* 2 *secus. Concl.* 62. *n.* 53. *& seq.* † Extende; quia qui vult agere pro tertio, debet docere de mandato; *l.* 1. *in princ. ff. si pars hæred. pet. l.* 1. *in princ. si vsusfruct. pet.* Bald. *in l. cum seruum.* vbi alii Doct. C. *de seru. fugit.* Cor. *cons.* 65. *col. pen. vol.* 1. nam exceptio, *tua nō interest.* semper repellit actorem à limite iudicii in ciuilibus, *l. si pupilli* §. *fin.* & ibi Bart. *ff. de negoc gest. l. nam, & postea, in princip. ff. de iureiur.* an. Modern. *in l. elegan-* 3 *ter.* §. *si quis post ff. de cond. indeb.* Vide, *Interesse non habens non auditur. Concl.* 315. † Extende; quia qui dicit habere mādatum, debet hoc 4 probare; *ca. de procur. l.* 1. C. *eod.* † Extende, vt procedat, etiam si in sententia dicatur, quod fuit lata contra procuratorē, quia debet probari; quia imo sententia esset nulla. Abb. *cons.* 7. *Tria. col.* 2. *n.* 3. *lib.* 5 2. † Extende; quia non sufficit, quod Notarius dicat se habuisse mandatū, quoad præiudicium eorū, qui non interfuerunt. Alex. 6 *cons.* 6. *Ponderatis, n.* 5. *& 6. ver. nec obstat. lib.* 4. † Imo si Notarius scribat, quod talis produxit mandatum suum in actis, non probat mandatum, nisi totus tenor sit registratus. Alex. *d. cons.* 6. *nu.* 7. *&* 8. *ver. vnde facit, lib.* 4. vbi plus dicit, quod ēt si esset insertus totus tenor mandati, & registratus, non probat mandatum, nisi quoad præsentes productioni, qui non opposuerunt, secus quoad alios. 7 † Declara; quia probatur mandatum inter præsentes contrahētes, qñ Notarius inter eos asserit, *vt constat de mandato per me Notarium viso, & lecto, vel penes me dimisso*; & idem, quando producitur, & registratur præsente parte; secus quoad alios nō præsentes. Alex. 8 *d. cons.* 6. *Ponderatis, n.* 5. *in fine, cum seq. ver. nec obstat, lib.* 4. † Amplia; quia neque mandatum præsumitur ad delinquendum in criminalibus, ēt si delictum sit commissum à famulo eius, qui dicitur mandasse. Bald. *cons.* 98. *Bertonus de Ceuo, in fin. num.* 8. *ver. illud est cer-*

tum, lib. 1. † Amplia; quia si reperiuntur acta contra me facta ab 9 asserto procuratore meo, de cuius mandato nō constat, non mihi præiudicant talia acta, nisi doceatur de mandato. Angel. Aret. *cons.* 132. *In casu prædicto, n.* 16. *& seq. ver. nec obstat dictæ domine.* † Extē- 10 de; quia nec etiam supplicatio porrecta nomine meo, & aduersarii mei contra me, non præsumitur nomine meo contra me, sed potius, quod nomen meum fuerit ibi conscriptum malitiose, & vsurpatū per assertum procuratorem meum, de cuius mandato non constat, mihi non nocet. Angel. Aret. *d. cons.* 132. *num.* 16. *& seq. versic. nec obstat, & num.* 19. *versic. nec dicatur. quod illa supplicatio.* † Am- 11 plia; quia mandatum non præsumitur, nisi probetur; quia cum sit facti, debet probari ab eo, qui allegat. Dec. *cons.* 437. *Quæritur breuiter, col.* 1. Felin. *in cap. sicut. col.* 17. *de re iudic.* & est ratio supra *n.* 1. † Extende; quia iudicium redditur nullum factum ab asserto 12 procuratore, si non constat de mandato. Vide, *Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta, & quando secus. Concl.* 62. *num.* 53. *& seq.* † Extende; quia etiam si habeat mandatum reuoca- 13 tum; quia per reuocationem factam etiam iudicio pendente finitur iudicium, quando mandans est actor. Rom. *cons.* 374. Amplia; † quia mandatum maxime ad delinquendum non præsumi- 14 tur, nisi probetur, etiā si delictum committatur per famulū. Bald. *cons.* 98. *Bertonus de Ceuo. num.* 8. *versic. illud est certum, lib.* 1. *& cons.* 383. *num.* 5. *versic. illud est certum, lib.* 5. † Restringe, nisi præcedant con- 15 iecturæ, prout est inimicitia, alloquutio secreta cū famulo paulo ante delictum. Bart. *in l. si ventri. §. eorum, ff. de priuil. credit.* Bald. *consil.* 382. *In quæstione, in princip. lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *consil.* 250. † Amplia; quia non creditur procuratori, vel mandatario asse- 16 renti se habere mandatum, vel fecisse aliquid de mandato sui principalis, ad obligandum mandantem, nisi mandatum, vel cōmissionem ostendat. Alex. *consil.* 32. *num.* 7. *lib.* 2. post Bartol. *in l. deferre, ff. de iur. fisc.* ea ratione; quia dicenti incumbit onus probandi. *l.* 2. *ff. de probat.* † Extende in tantum, quod is, qui contrahit cū 17 aliquo tanquam procuratore alterius non viso mandato, dicitur in mala fide; *l. si ff. pro emptor.* per quem text. ita Bartol. *in l. cum vir, circa fin. ff. de vsur.* Alexand. *consil.* 55. *colum.* 2. *lib.* 2. Crauet. *cons.* 260. *num.* 3. *vbi limo credens.* Vide, *Credulus nimis esse debet nemo, & quando secus. Concl.* 1071. † Amplia; quia mandatum irrationabile non pre- 18 sumitur datum officiali, nisi probetur per scripturam. Alexand. *cons.* 75. *Videtur in præsenti consultatione, lib.* 5. *num.* 18. Grammat. *decis.* 36. *num.* 26. † Restringe, vt non procedat, quando dominus est 19 præsens in loco; quia tunc creditur officiali asserenti aliquid de mandato domini publice, ex quo dicens contrarium potest certiorari. Grammat. *d. decis.* 36. *num.* 26. *&* 27. † Amplia; quia licet in 20 aliis ex diuturnitate temporis præsumatur solemnitas, tamen mandatum non præsumitur interuenisse in actu ex quacunque diuturnitate temporis etiam mille annorum. Bald. *in l.* 2. C. *si ex fal. instrum. & in l.* 1. C. *de reb. alien.* sequitur Alexand. *in l. sciendum, colum.* 4. *ff. de verb. obligat.* Curt. *cons.* 48. *colum.* 6. *in princ. & cons.* 49. *col.* 14. Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, n.* 19. *lib.* 4. Iason *in l.* 1. *colum.* 6. *ver. limita. C. qui admitti.* Decius *consil.* 215. Socin. *consil.* 254. *Visa, num.* 5. *lib.* 2. Alexand. *consil.* 121. *Perspecto, lib.* 6. *per tot.* Felin. *in cap. sicut, num.* 39. *de re iudic.* Balb. *tract. at. de præscriptio. in* 1. *par. tertia partis princip.* vbi latissime, Brun. *in tract. de form. & solemnit. in tit. de probatio. for. fol.* 8. Affl. *decis.* 345. *num.* 8. Castren. *consil.* 12. *Tota disputatio, ver. sed si dico. lib.* 1. Dec. *consil.* 437. *Quæritur breuiter.* plenius Alexand. *consil.* 35. *lib.* 7. *& consil.* 110. *Visis acutissimis, col.* 3. *ver. nec obstat, quod sua, lib.* 1. *& cons.* 81. *colum.* 4. *lib.* 3. *& consil.* 1. *colum.* 5. *lib.* 4. & latius *cons.* 6. *Ponderatis ijs, col. pen. eod. lib.* 4. *& cons.* 191. *Perspecto instrumento, lib.* 6. Socin. *consil.* 47. *In causa Bernardini, lib.* 1. *& cons.* 120. *In præsenti, in pr. eod. lib.* 1. Dec. *consil.* 522. *In causa electionis colum.* 1. Affl. *decis.* 273. *In quadam causa*, Iason *consil.* 140. *lib.* 4. Marsil. *in l. si quis nec quæstio. nu.* 103. *ff. de quæst.* & hanc magis * communem dicit Gabr. *lib.* 2. *conclus.* 1. *de procurato.* & cō- * munem * dicit Curt. Iun. *cons.* 312. *nu.* 49. *& seq.* vbi, quod per mille annos non præsumitur, plenissime Alex. *cons.* 191. *Perspecto, nu.* 4. *& seq. ver. nec obstat longitudo, lib.* 6. vbi plenissima apost. *in ver. mādatum*, citat pro vtraque parte. † Contrariam opinionem, quod 21 imo præsumatur mandatum, tenet Curt. Sen. *cons.* 76. vbi per plura fundamenta probat hanc partem, & allegat Bald. *cōs.* 189. *in primis videndum est, lib.* 3. & dicit, quod ibi melius loquutus est Bald. quam in aliis locis. Bald. *in l. sciendum, in prima limitat. ff. de ver. obl.* p tex. *in l. si filius, C. de petit. hæred.* Curt. Sen. *d. cons.* 76. *Super motiuis, ver. sed præmissis.* Dec. *cons.* 486. *Visis, & consideratis, colum. pen. num.* 11. *& cōsil.* 638. *colum.* 2. Purpurat. *in auth. si quis in aliquo, col. final. C. de edend.* Casiad. *decis.* 3. *de procurat.* & quod mandatum præsumatur, & notariatus per lapsum centum annorum. Dec. *cons.* 36. *Et pro tenui, n.* 8. *& cons.* 638. *Cōmunitas, col.* 1. Alex. *cons.* 101. *Super primo n.* 9. *cū seq. lib.* 7. Corn. *cons.* 171. *Videtur in hac, n.* 8. *& 9. lib.* 1. Affl. *decis.* 245. *Magnifici*

* *nobiles, nu.*3.& hanc dicit * communem Boer.*decis.*281.*nu.* 15.*& sequent.* vbi citat pro vtraque parte,& dicit hanc veriorem, & hãc de consuetudine seruari dicit Speculat.*in tit. de instrum.editio.* §.*re-*
* *flat.* licet Bart.& alii *in auth.si quis in aliquo,* dubitent * communem,
22 Gab.*de procurat.concl.* 1.† Declara; quia si vltra diuturnitatem téporis concurrunt aliæ præsumptiones, præsumitur mandatum. Dec.*cons.*36.*& cons.*486.Curt.*cons.*76.*col.pen.& fi.* Gozad.*cons.*11.*In hac causa.n.*13.Boer.*decis.*281.*n.*17.Chassad.*decis.*3.*de procurat.* Alex.
*cons.*35.*Consideratis,n.*4.*lib.*7. vbi apostill.*in ver.mandatum.* citat eun-
23 dem Alexand.*cons.*191.*lib.*6.† Declara idem,quando non est verisimile,quod dicens se procuratorem mentiatur,vt quia persona religiosi,vel grauis,& honesta est; concurrente diuturnitate
24 temporis.Dec.*cons.*36.*Et pro tenui,num.*8.*ver.*2.*respondetur.*† Declara igitur,quia si fiat expressa enunciatio mandati,& instrumenti super eo confecti,& Notarii inde rogati,tũc bene probatur mãdatum ex diuturnitate temporis,imo etiam si sola enunciatio fiat,tunc præsumatur.Dec.*cons.*36.*Et pro tenui.num.*8.Gozadin.*cons.*
96.*Circa primam,num.*16.*ver.ad contraria.*Abb.*cons.*18.*Primum,quod Communitas,col.*3.*lib.*2.Cassador.*dict.decis.de procurat.*Curt.Senior
*d.cons.*76.Purpurat.*dict.authen.si quis in aliquo,n.*56.C.*de iden.*Blanch.
25 *in tract.de arbitr.quæst.*9.*n.*100.Boer.*decis.*281.*Venditio.n.*17.† Contra declarationem,quod imo etiam si enuncietur mandatum;nõ præsumatur ex diuturnitate temporis.Ale.*cons.*110.*Visis acutissimis,colum.*3.*versicul.nec obstat quod sua,lib.*1.*& consil.*81.*colum.*4.*lib.*3. imo plus dixit idem Alexand.*cons.*35.*lib.*7. quod non præsumitur mandatum ex diuturnitate temporis,etiam si in Instrumento,in quo quis asseritur procurator,Notarius attestetur se vidisse,& legisse instrumentum,& *cons.*1.*& cons.*6.*Ponderatis iis,col.pen.lib.*4.dicit,quod non probaretur,etiam per alia verba enunciatiua faciẽtia mentionem de mandato.Socin.etiam *cons.*47.*In causa Bernardini.& cons.*120 *Cum in præsenti, lib.*1.Dec.*cons.*522.*In causa electio-*
26 *nis,col.*1.Affl.*decis.*273.*In quadam causa.*† Declara;quia procedit declaratio,quando sumus in antiquis.Bald.*consil.*337.*In primis videndum,n.*15.*& seq.vers.quoad secundum.lib.*1.Iaf.*cons.*81.*In hoc puncto, col.*2.*lib.*1.*& cons.*65.*col.*2.*& 3.lib.*3.Decius *cons.*13.*col.pen.& cons.*146.*col.*
27 *pen.*Boer.*decis.*281.*n.*17.vbi dicit hoc verius esse.†Declara;quia enunciatio sola cum antiquitate temporis inducit præsumptionẽ mandati,etiam si lapsi sunt triginta, vel quadraginta anni,quando in pluribus instrumentis enunciatur quoad omnes; itẽ quoad bonam fidem inducendam; item quando sola enunciatio fit in instrumento quoad partes enunciantes,ita plene Boer.*d. decis.*281.*n.*15.*& seq.* & idem dicit quoad omnes, quando mandatum est enunciatum,& totum insertum.Vide infra *nu.* 63 *ver. Limita,*
*28 *quando totus tenor,* vbi dicit * communem.†Extende; quia nedũ ex antiquitate temporis non præsumitur mandatum, sed neque præsumitur sequuta ratificatio,nisi de ea doceatur.Iaf.*d.cons.*140.
29 *lib.*4.† Contrariũ,quod imo ratificatio præsumatur ex antiquitate temporis,apost.ad Alex.*cons.*191.*Perspecto.n.*4.*in ver. manda-*
30 *tum.lib.*6.*in fine,* citat Dec.*consil.*297.& Gozadin.*cons.*11.*n.*19.† Extende;quia emens ab aliquo vti procuratore domini rei, censetur semper in mala fide,si nõ constat de mandato; quia non præ-
31 sumitur.Curt.Iun.*cons.*312.*num.*50.† Contrarium Alex.*cons.*191.
*Perspecto,n.*4.*&* 5.*lib.*6.vbi,quod ex longo tempore inducitur bo-
32 na fides,si enunciatur à Notario visum.† Extende;quia non presumitur mandatum syndicatus,etiam si in sententia enuncietur, etiam si iudex pronunciauit super mandato legitimo , & ipsos esse tales;quia si non exhibetur,non probatur mandatum.Curt.
33 Iun.*d.cons.*312.*n.*51.*& seq.* & repetit *nu.* 70.† Extende; quia neque creditur Notario actorum attestanti aliquem habuisse mandatum.Curt.Iun.*cons.*312.*n.*68.*& seq.*† Declara totam istam materiam;quia mandatum enunciatum in venditione per Notariũ,
34 & quod ipse vidit,& legit,non probatur etiam ex antiquitate téporis mille annorum quoad absentes, secus quoad præsentes,& in præiudicium eorum;quia Notarius de iis, de quibus non est rogatus,non potest fidem facere.Bene verum est, quod inducit bonam fidẽ,vt emens prescribat etiam contra dominum,qui dicitur de disse mandatum,quantum est respectu bonorũ,sed quatũ est respectu obligationis de euictione secus; quia quoad bona concurrit negligentia domini tanto tempore,quæ non currit quoad euictionem,& alias obligationes,ita Alex.*cons.*191.*Perspecto,colum.*2.*ver.respondeo etiam.& n.*4.*&* 5.*ver.nec obstat.lib.*6.†Declarat apostill.ad Alex.*d.cons.*191.*n.*4.*in ver.mandatum.lib.*6. quod attendatur subiecta materia;quia aliquando præsumitur,aliquando non secundum subiectam materiam,& verisimilitudines,seu
36 non verisimilitudines concurrentes.† Limita; quia mandatum præsumitur multis casibus,de quibus Bolog.*in addit.ad cons.* Ioan. *de Anania* 104. videlicet si dominus scit,& patitur,item in coniũcto, item in valde amico,licet hoc vltimum non firmet.†Exten- 37
de;quia mandatum præsumitur á principio interuenisse in notificatione emancipationis facta, licet ignoretur à quo; quia præsumitur de mandato eius,qui debuit dare mandatum,ex quo tacuit per longum tempus.Cast.*cons.*84.*Visa,in fin.lib.*1.†Extende; 38
quia si reperiatur facta cancellatio debiti cum expressione,quod soluit,vel compositio dici obseruata,habet presumptionem,q sit factacum persona legitima habente mandatum.Abb.*cons.*7.*Tria,*
*col.*3.*ver.ex* 2.*capite,lib.*2.† Limita;quia si aliquis se gerit pro procu- 39
ratore cleri,vel alterius,palam,& publice exigendo, componẽdo, comparendo in iudicio sciente,& patiente eo, pro quo dicitur habere mandatum;quia censetur principalis dare mandatũ.
Abb.*cons.*7.*Tria,col.*2.*nu.*3.*ver.sed ego contrarium,lib.*2.vbi reprobat Bart.& Cyn.contrariũ tenentes;quia non bonis rationibus mouentur,& plura allegat similia ad hoc.† Extende ; quia in arduis 40
ẽt inter duas communitates præsumitur mandatum,& syndicatus eorum,qui negocia gesserunt,& lites palam,& publice;quia præsumitur,quod ciuitates, & vniuersitates habuerint notitiã, & quod propterea tacendo,& promittendo dederint mandatũ, Abbas *cons.*18.*Primo,quod communitas.col.*3.*circa med.ver.item secundo,*
*lib.*2.† Extende;quia imo præsumitur ratificatio facta ab vniuer- 41
sitate principa l,quando habentes mandatum ad compromittẽdum ratificarunt laudum ; quia licet non possint ipsi ratificare, bene præsumitur,quod primo ipsi notificauerint laudum principalibus, & quod eorum ratificatio fuerit approbata; quia hoc euenit à communiter accidentibus. Abb. *dict.cons.*18.*col* 2.*nu.*5.*&*
*6.vers.hoc corroboro,lib.*2.& iterum ibi *n.*7.*ver.*3.*dixi.* Cuma.*cons.*162.
*n.*3.*ver.neque in hoc.*Crau.*cons.*40.*n.*3.† Extende ; quia mandatum 42
inducitur ex eo,quod principalis recipiẽs litteras, vel instrumẽtum,in quo narratur talem vti procuratorem talis aliquid fecisse, si non contradicit.Abb.*d.cons.*18.*num.*6.*lib.*2.Vide, *Litteras recipiens contra se,& non contradicens,quando videatur approbare,& consentire,& quando non.Concl.* 374.† Limita;quia mandatum procurae- 43
nunciatum in instrumento antiquo venditionis Castri præsumitur ex obseruantia;etiam quod asseratur esse rogatum per aliquẽ Notarium incertum,vt quia plures eiusdem sint nominis; quia cum sit impossibile probare propter antiquitatem , non est fides de eo facienda.Bald.*cons.*337.*In primis videndum.n.*15.*& seq.ver.quoad secundum,lib.*1.† Extende;quia in antiquis si quis tanquam Ab- 44
bas intetuenit in alienatione bonorum ecclesiæ, vel tanquã syndicus,pt præsumitur talis,quãdo asseruit se talem propter antiquitatem temporis.Iaf.*cons.*81.*In hoc puncto,col.*2.*lib.*1.*& cons.*65.*col.*2.*&*
3.*lib.*3.Dec.*cons.*13.*col.pen.& cons.*146.*col.penult.* † Limita; quia bene 45
præsumitur mandatum in iis,quæ gesta sunt cum expensa ab eo, cuius commodum res expedita cum expensa respicit. Ang.*consil.*
326.*Ex themate,& actis,num.*5.*versicul.qui quidem testes.* Vide, *Præsumitur actus legitime factus.Conclus.*620. † Limita ; quia producens, 46
& habens penes se instrumenta facientia ad causam præsumitur procurator, & ideo admittitur cum cautione. Alciat. *tract.*
*præsumptio.regul.*1.*præsumptio.* 33.*per totam,* vbi declarat Bologn.*in addit ad consil.Ioan.de Anan.* 82.*in fin.* Abbas *consil.*7.*Tria, colum.*3.*in*
*princip.vers.item ex quo libri,libr.*2.† Limita ; quia mandatum præ- 47
sumitur, si dominus scit, & patitur aliquem locare , & exercere negocia sua, vel si ratificat gesta; quia vtro que casu censetur dedisse mandatum. Castr.*consil.*1.*lib.*1.Vide, *Mandatum ex quibus tacite inducatur.Conclus.*31.† Limita multis modis per Gabr.*lib.* 2.*de* 48
procurator.Conclus. 1. maxime, quando interuenit impensa. † Ex- 49
tende, vt idem sit,quando magni labores interuenerunt, & summus in antiquis. Dec. *consil.*36.*num.*8.† Idem in actu ; quem quis 50
sine mandato verisimiliter non exercuisset.Gozad.*consil.*11.*nu.*14.
† Limita,quando adsunt coniecturæ pro mandato, puta obser- 51
uantia diuturna facti,tanquam ab habente mandatum. Cassad. *decis.*3.*de procur.* Mascard. *Conclus.*1004.*num.*50. Grass.*decis.impress.*
133.*num.*5.alias 2.*de rebus eccl.non alien.* † Limita, quando agitur de 52
modico præiudicio.Mascard.*d.Concl.*1004.*n.*41.† Extende; quia 53
ex sola scientia,& patientia præsumitur mandatum,quando agitur de modico præiudicio.Socin.*cons.*82.*num.*19.*lib.*4.† Limita, 54
quia bene præsumitur mandatum in officiali, seu commissario misso,puta à Communi Florẽtiæ,vel à Principe; quia cum gerat pro tali publice,sciente,& patiente Principe,præsumitur exercuisse iurisdictionem,cũ mandato sufficienti.Alexan.*cons.*157.
*Viso instrumento,colum.*2.*versic.respondetur, lib.* 2. nam in istis actibus publicis habentibus tractum successiuum, prout se exercere pro officiali,commissario,prætore,& similibus, præsumitur scientia iuxta not.*in cap.quanto,& in cap.quosdam,de præsumptio.* Glos. & ibi Bald.*in leg.si tutor petitus.Cod.de pericul. tutor.* vbi, quod actus exercitii iurisdictionis in territorio non põt esse, nisi notorius.

Vide,

Vide, *Officiali statur in iis, quæ, &c. Concl.* 102. † Item scientia probatur Florentiæ per receptionem, & repositionem sententiarū, & actorum in Archiuio Communis, *l. quisquis, Cod. de rescind. vend.* & in propriis terminis Socin. *cons.* 94. *lib.* 2. & *cons.* 75. *col. fi. lib.* 1. Castren. 56 *cons.* 94. *nu.* 4 *lib.* 2. facit Alexand. *cons.* 102. *Visis, lib.* 1. † Extende, quia præsumitur mandatum in eo, qui penes se habet acta causæ, & iura principalis, gloss. *in l. fin.* & ibi Doctor. *C. de pact. conuent. & in c. coram de offic. deleg.* vbi Barbat. late Bart. *in l.* 3. §. *causa. ff. de Carbon. edict. & in l. vulgo. ff. de administr. tut.* Aretin. *in* §. *sin autem. in fi. Instit. de* * *satisd.* Ias. *in* §. *sed ista. Instit. de actio*, & est communis * opinio, q per traditionem actorū, & iurium, videtur datum mandatum p- 57 curæ, & talis admittitur cum cautione, licet aliqui in prædictis locis teneant, quod etiam sine cautione rati admittitur, si est bonæ famæ. † Declara, vt per Roman. *singul.* 643. *Nunquid per productionem*, vbi distinguit, quod aut Dominus, vel persona domestica domini dedit iura, & præsumitur mandatum; aut non probatus, quod dominus, neque persona domestica dederit, & non 58 probatur mandatum, quem videas. † Limita vno casu notabili, q̃n quis fuit admissus in iudicio, vt procurator. Nam licet exceptio procuratoris non legitimi possit opponi quandocunq; tamen si opponitur post finitum iudicium, præsumitur mandatum, & onus probandi non mandatum incumbit opponenti, non aũt procuratori, notabile dicit Soc. *reg.* 38. *iurisdictionem prorogare, in fi.* 59 † Limita; quia licet filius non possit adire hæreditatem sine mandato patris; tamen facta aditione per lapsum decem annorum præsumitur mandatum. Curt. *cons.* 20. *feudali*, incip. *Præsupponitur in* 60 *facto.* Boer. *decis.* 281. *n.* 17. † Limita; quia mandatum probatur per verba enunciatiua inter partes contrahentes, prout si dicitur, *talia procurator, vt constat de eius mandato ex rogitu talis*, licet non probetur aliud mandatum, præsumitur, maxime, q̃si ad illum actum, qui geritur, erat necessarium mandatum, *l. optimam, C. de contrah. & committ. stipulat.* vbi Doctor. Bald. *in authent. si quis in aliquo, C. de eden.* Anton. de Butr. *in cap. illud, de præsumpt.* & ibi Abb. *col.* 3. *in secũdo intellectu.* Matthesil. *singul.* 79. *nota, quod quoties.* Alexand. *cons.* 136. *Viso libello, col. pen. lib.* 1. Dec. *in capit. per tuas, colum.* 5. *de probat.* & melius *in capit. cum venerabilis, de except.* Soc. *cons.* 39. *colum.* 2. *lib.* 3. Iason *in* 61 *l. cum quidam, col.* 2. *C. de testam. milit.* Dec. *cons.* 213. *Visis, col. fi. ver. & vlterius, & cons.* 348. *de duobus. colum. fi. & consil.* 389. *Visa, col.* 4. *& cons.* 310. *Visis, colum.* 2. *in fin.* latissime Boer. *decis.* 281. † Contrarium Alex. *cons.* 191. *Perspecto, in princ. lib.* 6. quia non est Notarius rogatus de hoc, Soc. *cons.* 173. *lib.* 2. Socin. Iun. *cons.* 47. *lib.* 1. qui loquuntur, etiã si No- 62 tarius dicat, *à me viso, & lecto* † Declara, quoad præiudicium cõtrahentium, & enunciantium probatur, secus quoad alios, qui instrumento non interuenerunt. *l.* 1. *cum ibi not. C. de procurat. d.* 2. *C. de dedit. diu. Adrian. tollen.* & ita declarant Alex. *d. cons.* 191. *in princip. vers. respondetur etiam aliter, lib.* 6. vbi apost. *in ver. contrarium*, & Soc. 63 Iun. *cons.* 47. *lib.* 1. † Limita, quando totus tenor instrumenti, & mandati est insertus vltra enunciationem; quia tunc probatur & præsumitur. Boer. qui plures citat *d. decis.* 281. *num.* 6. *& per tot. n.* 9. dicit * communem reprobata contraria opinione. † Contrariũ 64 tamen tenent Corn. & alii, quos citat idem Boer. *d. decis.* 281. *nu.* 8. 65 *versic. licet Corn.* † Extende etiam in mandato ad exigendum inser- * to in instrumento receptionis, secundum * communem, Boer. *d.* 66 *decis.* 281. *n.* 13. † Extende etiam in actu iudiciali; quia si est semel ostensum mandatum; & in actis registratum, non tenetur exhibere; quia præsumitur procurator. Boer. *d. decis.* 281. *n.* 9. *ver. imo vi-* 67 *detur, & n.* 10. vbi dicit veriorem. † Contra extensionem Alexan. *cons.* 6. *ver. non obstat, quod in actis. lib.* 4. & secundum istam fuit iudi- 68 catum, vt attestatur Boer. *dict. decis.* 281. *num.* 10. † Extende, quando ille idem, qui constituit procuratorem, fatetur esse suum procuratorem; quia non tenetur docere de mandato. Boer. *dict. decis.* 69 281. *num.* 10. *in fin. cum seq. ver. prædicti is attentus*, vbi distinguit. † Limita in litteris Papæ, in quibus narrat resignationem beneficii factam à tali procuratore; quia probatur, & præsumitur man- 70 datum. Boer. *d. decis.* 281. *num.* 18. *ver. fallit in Papa.* † Extende idem, quãdo Papa, vel Princeps appellat aliquem procuratorem; quia probatur mandatum, maxime, quando de magno præiudicio nõ agitur. Boer. *d. decis.* 281. *in fi. ver. & secundus casus.* Vide Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de procurator. Concl.* 1. *Mandatum non præsumitur.*

Mandatum probatur per scripturam, & testes, & aliis modis, & quid in mandato iurisdictionis. Concl. 33.

1 MANDATVM † potest probari per scripturam, & per testes. Archid. *in prooem.* 6. *decret.* Oldrad. *consil.* 254. *num.* 24. *versicul.* 2 *preterea ad illud.* † Amplia etiam in mandato iurisdictionis; quia si non constat fuisse factam scripturam, potest probari per testes. Oldrad. *dict. cons.* 254. *nu.* 24. qui videtur limitare, vt non procedat, quando probatio mandati circa iurisdictionem fieret ad effectum, vt quis tanquam talis admitteretur; secus ad hoc, vt acta sustineantur. † Extende; quia regulare est, quod mandatũ po- 3 test per testes probari. Boer. *decis.* 281. *in pr. l.* 1. *C. de procurat.* Canonist. *in c. alia*, vbi late Barbat. *de procur.* Bald. *in l. non solum,* §. *alieno, in fin. ff. eod. & in l. falsus. C. de furt.* † Et quæ requirantur, vt probetur 4 sufficiens mandatum procuræ, plene Castren. *cons.* 42. *lib.* 2. vbi, quod mandatum vniuersitatis debet per testes probari hoc modo, quod constituentes præsentes facerent maiorem partem; secundo, quod de tali tempore, quod sit illud mãdatum; tertio deponere debent de facultate data ad illud negotium, alias nõ cõcluderent necessario. † In alio mandato dicit idem Castren. *dict.* 5 *cons.* 42. *in fin. num.* 2. *lib.* 2. ex mente Io. Andr. quẽ citat, tuus testis bene memorabitur, quis, per quem, ad quid, coram quo procurator constituitur, & cum qua potestate, cum qua limitatione, & cum qua relevatione. † Amplia; quia confessio domini et enun- 6 ciatiua, quod talis sit suus procurator, probat contra eum, & ad fauorem procuratoris. Rom. *cons.* 63. *Solum est videre, in pr. lib.* 1. vbi plena apostill. dat concord. *in ver. constituto.* † Extende; quia licet 7 confessio; quam quis facit asserendo eum esse procuratorem, nõ probet eum talem contra tertium, bene probat contra eundem, qui confessus est, vt sit talis. Roman. *dict. cons.* 63. *num.* 2. vbi apostil. *in verb. contra eum.* Bart. *consil.* 73. *Quæritur, vtrum, in fine, lib.* 1. † Am- 8 plia; quia mandatum probatur per verba enunciatiua, & incidenter prolata, ideo si quis asserat in cõtractu cum alio celebrato constituisse talem suum procuratorem, talia verba probant ad fauorem procuratoris, quod fuerit constitutus. *l. ne satisdatio. ff. rẽ ratam hab.* Roman. *cons.* 63. *Solum est videre, in princip.* Boer. *decis.* 281. *Præsupponopримо, in pr.* cum aliis allegatis per apost. ad Rom. *d. cõs.* 63. *in ver. constituto.* † Extende; quia pariter verba enunciatiua ei- 9 us qui asserit se procuratorem talis, probant contra enunciantẽ, quod sit procurator, licet non quoad alios Rom. *d. cons.* 63. *Solum est, in princ.* Ias. *in l. iurigentium* §. *quod fere, colum.* 2. *ff. de pact.* † Decla- 10 ra, quia enunciatiua verba, quod quis constituerit talem procuratorem, vel quod quis sit procurator talis; probant esse procuratorẽ in odium enunciantis, non autem in fauorem. Roman. *d. cons.* 63. *n.* 2. *ver. secundo idem*, vbi apostil. *in ver. contra eum.* † Extende; 11 quia, quod dicitur enunciatiuam, quod sit procurator, probare contra enunciantem, non solum quoad contrahentes; sed etiam quoad extraneos etiam procedit. Rom. *d. cons.* 63. *col.* 2. *ver. nec obstat.* † Amplia, quia mandatum probatur ex instrumento mãdati ex- 12 hibito, cuius vigore idẽ procuratorio nomine exegit pecunias. Rom. *d. cons.* 63. *nu.* 3. *versic. item ad id.* † Extende; quia probatur per 13 libros montis; in quibus describitur procurator, & quod eidẽ vti procuratori fuit facta solutio. Roman. *dict. cons.* 63. *in fin.* † Am- 14 plia; quia mandatum probatur ex quibuscunque verbis aptis ad constituendum mandatum, & ideo si in instrumento cessionis detur facultas cuicunque monacho ordinis, cui fit cessio ad accipiendum, censetur datum mandatum. Rom. *cons.* 202. *Nõ est dubium. num.* 2. *ver. secundo item.* † Amplia; quia probatur mandatum 15 per testes deponentes de possessione certæ personæ; quia dicunt se exegisse, & percepisse fructus nomine illius; quia non requiritur alia probatio mandati, cum ipsi eo nomine fecerint. Fulg. *cons.* 161. *In causa Iacobi, num.* 3. *ver. ad id autem.* † Restringe; quia manda- 16 tum non probatur per testes, licet deponant, quod semper viderunt talem factorem exigere pro Rectore Ecclesiæ; & quod viderunt eidem solui à pluribus census, & canones; quia nisi dicãt, quod sciente, & patiente Rectore, & sic domino, non probant mandatum, & soluentes tali factori non liberantur. Alexan. plene *cons.* 120. *Ponderatis, num.* 4. *& seq. versic. tamen non dicunt, lib.* 5. vbi etiam requirit vltra scientiam, & patientiam, quod negocia sint ad commodum domini. † Amplia; quia mãdatum probatur ex- 17 emplo, & copia, quando Notarius actorum attestatur, quod fuit productum in iudicio, maxime, quando fuit per iudicem pronũciatum super legitimo mandato. Petr. de Anchar. *cons.* 41. *In prima facie videtur, per tot.* vbi, quod saltem onus probandi transfertur in negantem mandatum. Vide, *Exemplũ, & copia non probat, & quãdo secus. Concl.* 550. † Amplia; quia mandatum probatur ex pronũ- 18 cia iudicis super legitimo mandato, quando ad fauorem principalis talis procuratoris fuit pronunciatum; quia sicuti potest principalis petere exequutionem contra condemnatum, quin nõ audiretur, si de mandato opponeret; ita non potest principalis in alia causa dicere illum non esse suum procuratorẽ, maxime stãte sumpto mandati, & quod Notarius attestatur de productione. Petr. de Anchar. *consil.* 41. *Prima facie videretur.* † Restringe; quia 19 sola pronunciatio iudicis super legitimo mandato non probat

mandatum, sed bene probat, quando extat copia producta, & Notarius attestatur de productione mandati. Petr. Anchar. *dict. cons.* 41. vbi late. † Amplia; quia ad hoc, vt constet de mandato procuratoris substituti, debet produci vtrunque mandatum, videlicet principalis procuratoris constituti, & mandatum substitutionis, gl. *in l. cum essent, ff. de seru. rustic. præd.* & not. *in cap. 1. §. licet de procurat. in* 6. Dec. *cons.* 77. *col. fin.* † Limita in mandato Principis secreto; quia non probatur, nisi per scripturam. *l. 1. C. de mand. princ.* Oldrad. *d. cons.* 254. *n.* 24. † Extende in mandato ad exigendum, & recipiendum: quia probatur solum per scripturam. Boer. *dict. decis.* 281. *in princ.* licet in præiudicium confitentis probetur confessione principalis, & quod non probetur, nisi per scripturam hoc casu. Bald. *in l. falsus, col. pen. ver. scias tamen, Cod. de fur.* quod dictum pro notabili sequitur Crem. *sing.* 134. incip. *Si procurator.* Marsil. *in repet. rubr. C. de probat. col.* 7. *ver. teneas tamen menti.*

Mandatum ad homicidium, vel delictum faciendum ex quibus probetur, vel non. Concl. 34.

1 MANDANS † aliquem percuti per hæc verba, *dagli al traditore*, id est, *desproditori*, scilicet, verbera seu percute proditorem. non censetur mandare, quod fiat homicidium; quia verba sunt generalia, & de percussione minori sunt intelligenda. Bald. *cons.* 259. *Verba inquisitionis, in princ. ver. secundo non procedit, lib.* 1. Vide, *Consilium ad malum quando præsumatur, vel dicatur. Conclus.* 763. Vide, *Delinquens, & mandans delinqui an idem maleficium committant, vel non.*

2 *Concl.* 184. † Et dominus nauis si mandat suis nautis, quod reducant ad nauem aufugientem de naui, & ipsi ministri interficiũt non volentem reduci, dominus non tenetur de homicidio, sed illi, qui interfecerunt. Bartol. *consil.* 111. *Factum tale per totum, lib.* 2.

3 † Amplia; quia is, qui accommodauit arma sua alicui, cum quibus homicidium commisit, non dicitur mandasse necopem præstitisse, nec tenetur de homicidio, ex quo nesciuit de homicidio. Bald. *cons.* 250. *In quæstione domini, num.* 4. *ver. sequitur videre, lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *cons.* 382. Et ideo Boer. *decis.* 166. *num.* 2. dicit, quod fuit liberatus gratis, qui accommodauerat balæstram, cum qua

4 commissum fuit homicidium. † Declarat Clar. *§. fi. q.* 90. *n.* 2. *in fin.* quod distinguitur; quia si negasset accommodasse, prout in casu

5 Boer. debuit torqueri. † Amplia; quia ad hoc, vt quis teneatur de mandato ad delictum, necesse est, quod mandatum sit nomine mandantis, alias si mandasset Titio, vt pro Titiomet interficeret, esset consilium, & intraret distinctio, an esset alias facturus. Bald. *in l. ob hæc verba. num.* 3. *ver. reuoco in dubium. ff. de iis, qui not. infam.*

6 † Intelligas distinctionem in solo consulente; quia in mandante non distinguitur, an alias mandatarius esset facturus, vel non,

* sed teneatur eadem pœna ordinaria, est communis * opinio, &

* hæc distinctio communiter * reprobatur. Clar. *in §. fi. quæst.* 89. *in*

* *pr.* vbi plures citat, & plures de * communi attestatur, & dicit, q

*7 est tenenda, & magis * communis, & vera. † Bene verũ est, quod

* distinctio admittitur in consulente, & in exhortante, vt est * cõ-

8 munis opinio, Clar. *quæst.* 88. *in princ.* † Et differunt, & cognoscũtur consilium, & mandatum, quia quando persuasio, rogatio, instructio fit gratia eius, cui fit, semper est consilium; si vero gratia persuadentis, est mandatum. Masc. plene *concl.* 419. *Consilium, num.* 14. & 15. *ver. nec illud silebo.* Vide, *Mãdatum procuræ multiplex. Concl.* 30.

9 † Amplia; quia auxilium, & mandatum ad homicidium non potest probari, si non constet de homicidio. Bald. *consil.* 259. *Verba inquisitionis, circa fin. n.* 6. *ver. sed & illud, lib.* 1. & *cons.* 98. *Bertonus, num.* 8.

10 *ver. illud est certum. lib.* 1. & *cons.* 383. *n.* 5. *lib.* 5. † Et si constat de homicidio, debet etiam constare, quod mandatum præcesserit homicidium; quia istud est de substantia ad mandatum, vt possit sequi condemnatio. Bald. *in l. ob hæc verba, nu.* 2. *in fin. ver. item & aliud, ff. de iis, qui not. infam.* vbi *in ver. reuoco in dubium*, dicit, quod si ratum habuisset, teneretur, licet non mandasset per *c. quamuis, de sent. ex-*

11 *com.* † Amplia; quia licet quis annuendo capite, vel humeris, q fiat homicidium, videatur mandare, & consentire: tamen ad hoc, vt teneatur de homicidio, debet constare, quod is, qui commisit homicidium, non erat aliter facturus, nisi iste annuisset, vel nisi constet, quod cõtemplatione illius fuit commissum homicidiũ, & quod postquam commissum fuit, annuẽs ratum habuit. Bald. *cons.* 256. *Quanquam allegationes, circa med. ver. sed quando, lib.* 2. vbi, q talis annuens non potest torqueri, si non constat, nisi quod an-

12 nuit capite. † Amplia; quia mandans possessionem custodiri, & resisti volentibus illam ingredi, etiam si adhibeat homines stipẽdiatos, censetur mãdare id fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ; ideo si custodientes committant homicidium, non censetur dominus hoc mandasse. Bald. *cons.* 98. *Bertonus de Ceuo. per totum, lib.* 1. quod duplicatur, *lib.* 5. *consil.* 383. † Amplia; quia vt præsumatur

13 mandatum ad homicidium, debent præcedere tria, sine quibus non præsumitur, videlicet, inimicitia capitalis, alloquutio cum homicida, & quod statim sequutum sit homicidium, & non sufficit lis Ciuilis. Ioan. de Anan. *consil.* 59. *per totum*, maxime *vers. restat ergo, num.* 2. † Extende; quia mandatum ad delictum nun- 14

quam præsumitur. Vide, *Mandatum non præsumitur, nisi probetur, & quando secus. Conclus.* 32. † Contrarium, quod mandatum ad ho- 15

micidium censeatur datum ex eo, quod loquutus est ad aures homicidæ secreto, & statim sequutum est homicidium. Alexan. *consil.* 69. *Visa facti, num.* 4. *in fi. verficul. vt in proposito, lib.* 2. † Et quod 16 mandatum ad homicidium censeatur datum, si dominus dixit famulo, non redeas in domum, si non sentiam aliquid de isto negocio, & famulus, qui fuerat iniuriatus, interfecit iniuriantem. Alexand. *consil.* 65. *Visa quadam, num.* 4. *ver. quarto facit, lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti, allegat Bartol. *in l. si quis mihi bona. §. si mandauerit, ff. de acquir. hæred.* Roman. *singul.* 719. *Tuscis. quod Bartol.* vbi apostilla pro vtraque parte, plenius Matthesil. *singul. ar.* 187. *Nota, quod vbi creditor. in fin.* & ibi plenissima apostilla secunda *circa medium, verficul. ibi, & pro hoc*, vbi pro vtraque parte. † Plus dicit 17 Matthesil. *d. singul.* 187. *in fin.* vt procedat extensio, etiam si dominus expresse prohibuit famulo, ne interficiat; quia adhuc tenetur de mandato ad homicidium, vbi apostill. 2. in fin. multos citat concord. † Contrarium, quod ex illis verbis dictis per domi- 18

num famulo non inducitur mandatum, tenent plurimi; quos citat apostil. ad Alex. *d. cons.* 65. *in ver. mandasse, lib.* 4. & plures etiam citat apostill. 2. ad Matthesil. *dict. singul.* 187. *circa fin.* † Vide plene 19 per Mascard. *conclus.* 80. *Alloquutio submissa ad aures*, vbi ponit hanc regulam, limitat, & declarat, qualiter procedat. Vide plenius eundem Mascard. *Concl.* 419. *Consilium ex quibus probetur, & præsumatur, num.* 2. *& sequen. ver. præterea ex breuitate*, vbi declarat, quando fit, vel præsumatur mandatum, vel consilium, & dicit, quod cõclusio de mandato est vera, quando inter alloquentem secreto, & interfectum præcedebant inimicitiæ; si vero præcedebant inimicitiæ alloquentis, & alloquuti æquales, præsumeretur consilium, non mandatum, & durius agitur cum mandante, quam cum consulente, & *n.* 15. adhibet aliam distinctionem; quia si gratia eius, qui persuadet, fit homicidium, vel delictum, dicitur mãdatum; si gratia eius, cui fit persuasio, est consilium, & limitat cõclusio. tribus modis, vide eum. † Imo, quod mandatum ad frau- 20

dandam gabellam præsumatur datum filio, si filius de nocte portauit petiam panni ad purgandum ad molendinum sine gabella, dicit Alexan. *dict. consil.* 69 *num.* 4. *& per totum*, maxime, quando constat, quod pater dixerat, q portaretur ad purgandum, *lib.* 2. † Amplia; quia mandans fieri homicidium, si mandatarius fa- 21

ciat illud propter particularem suam iniuriam, non tenetur mãdans de mandato, Grammat. *decis.* 34. *num.* 40. † Declarat Go- 22

mez. *tit. de homicid. cap.* 3. *num.* 40. vt procedat, si reuocauit mandatum, alias præsumitur nomine mandantis, & puniri debet vterque. † Amplia; quia si mandans alicui, quod vulneraret Ti- 23

tium, & mandatarius Titium interfecit, non tenetur de homicidio. Dec. *consil.* 482. *num.* 16. vbi dicit communem * & *consil.* 622. *

circa fin. † Contrarium, quod imo mandans vulnerari, si sequa- 24

tur homicidium, teneatur de homicidio; quia vulnera non possunt dari ad mensuram, sed procedit ampliatio, quando mandatum esset ad dandum a lapam, vel ad sfrisandum in facie, vel percutiendum cum bacchetta leui; quia in istis non accommodari potest animus ad homicidium, ita Clar. *dict. quæst.* 89. *num.* 3. *versi. pone aliquis*, vbi de * communi, & potest ratione tueri; quia * mandans fieri delictum tenetur de omni eo, quod sequitur. † Amplia, quia mandans non tenetur, si reuocauit mandatũ ex- 25

presse, vel tacite, & notificauit mandatario. Gomez. *de homicid. ca.* 3. *n.* 44. † Restringe secus in consulente, & persuadente; quia per 26

reuocationem non excusatur, vt ibi per Gomez. *nu.* 44. vbi reddit rationem. † Amplia; quia si seruus, vel consanguineus vlciscitur iniuriam domini, vel consanguinei, alio non probato, non præsumitur mandatum. Gomez. *dict. cap.* 3. *numer.* 47. Contrarium, si dominus sciat, & non prohibeat, infra *nu.* 52. † Amplia; 28

quia mandatarius, & socius delicti non probat aliquid contra mandantem. Ioan. de Anan. *cons.* 59. *num.* 2. *ver. restat modo.* Vide, *Testes non idonei, qui non admittuntur ob crimen & culpam propriã, & qui secus. Concl.* 207. † Amplia; quia differũt mandãs, & instigator, ideo 29

si accusatio, vel inquisitio esset de mãdato, & probaretur de instigatione, non posset condẽnari. Bald. *in l. ob hæc verba. nu.* 2. *ver. procedamus. ff. de iis, qui not. infam.* † Extende, vt idẽ sit in eo, q hortatur, vel 30

monet ad delictũ; q a nõ dicitur mãdare; q a diuersa sunt; par est in eo, q laudat, q bene sit cõmittere delictũ; q a nõ mandat. Bald.

d. l. ob

d.l.ob hæc verba,num.2.versic.glossa vltra procedit,ff.de iis, qui not. infam. vbi,quod iudex propterea debet interrogare testes, quibus versus fit. † Extende,vt idem sit in eo,qui suadet, vel consulit, aut consentit;quia non dicitur mandare. Bald. *d.l.ob hæc, n. 2. in fi. & n.3.& 4.ff.de ijs, qui not.infam* vbi *nu.* 4. idem dicit in iudicante, & demonstrante. † Declara tamen;quia consensus superioris ad delictum habet vim mandati;consensus vero æqualis, vel inferioris habet vim consilii,in quo distinguitur;aut alias erat facturus,& non teneor;aut non erat facturus, & teneor. Bald. *d.l.ob hæc,n.*4. † Amplia;quia mandans licet teneatur de furto à mandatario facto; tamen si mandatarius non commisit furtum, sed aliam speciem delicti, quæ mandabatur,ita mandans releuatur. Alex.*cons.*127.*Visa inquisitione,num.*5.*& seq.ver.& quamuis,lib.*4.vbi, si ego mando fieri furtum in scripturis, & fateor mandasse,& fuit commissum,sed non est furtum,sed iniuria,nō teneor,nisi de iniuria,pro qua tenetur committens. Vide, *Confessio in criminalibus an,& quando sufficiat ad condemnandum.Conclus.*677. † Limita; quia præstans opem delicto ante delictum, vel in actu delicti punitur eadem pœna,quando auxilium fuit proximum; secus si remotū, & quid si post delictum,plenissime Gomez. *de homicid.cap.3.n.* 48. *& sequent.* † Et quando auxilium dicatur proximum,vel remotū, late Socin. *cons.*188.*Visa bulla,num.6.ver. quinimodo dicit,lib.* 2. † Limita;quia mandatarius ex mandato suscepto,etiam si non sequatur delictum, potest puniri. Gomez. *de delict.cap.3.num.*41. † Extende; quia mandatarius,qui suscepit mandatum,in prohibitis nunquā excusatur. Gomez. *de homicid.c.3.nu.*42. † Declara,nisi esset seruus, vel filius, & mandatum exequeretur in iis, quæ non sunt prohibita mandanti,prout interficere adulterū, & similia. Gomez. *d.tract.de homicid.c.3.num.* 42.*ver.si vero.* † Limita;quia mandās fieri delictum, & faciens pari pœna puniuntur. Gomez. *de homicid. cap.3.num.*39. vbi,quod si sequatur homicidium, vterque tenetur pariter,plene Clar. *in §.fin.quæst.*89.*in princ.* vbi dicit * communē, & approbatam opinionem,& quod seruatur tanquam magis cōmunis. Vide,*Delinquentes puniri non possent multi.& quando,& ex quibus excusentur.Concl.* 188. † Extende etiam in casu statuti;quia licet mandans non sit propriè homicida, punitur tamen. Vide, *Homicida quis dicatur,& de multiplicibus homicidiis,& pœnis eorum.Concl.*147. † Declara;quia statutum puniens pro homicidio, vel furto, punit etiam mandantem;secus si loquatur de eo, qui homicidium commiserit;quia proprium non continetur, vt pœnā ordinaria puniatur,apost.ad Clar.*quæst.*89.*in ver.mandans.* plenius ibi Clar. *num.* 2.*ver.sed quæro.* Extende etiam in persuadente, & consulente fieri delictum;quia tenetur vt mandans. Gomez.*de homicid.c.3.n.* 43. † Declara;quia persuadens, & consulens non tenetur vt mādans;quia diuersa sunt,quando delinquens aliaserat facturus,& constat ex inditiis;si vero non constat, quod erat facturus sine cōsilio,& persuasione,bene tenetur in dubio. Bald.*in l.ob. hæc verba,n.3.ff.de ijs,qui not.infam.* Clar. *quæst.*88. * vbi de communi. † Extende,vt procedat,siue mandatum sit expressum,siue tacitum ex coniecturis,prout si Pater filio,Dominus seruo,præcedente inimicitia dixit,*vade, & non reuertaris, donec sentiam nouum de illo negotio.*Gomez.*dict.cap.3.de homicid.num.*45. vbi ponit verba similia,per quæ mandatum præsumitur,&*num.*46.vbi,quod si ex dictis præsumptionibus condemnatur,pœna erit non ordinaria. † Limita; quia si dominus, qui ab aliquo iniuriā accepit, dicat seruo, *vade, & non reuertaris domum,donec sentiam nouum de tali,* si seruus interficiat ipsum iniuriantem,præsumitur de mandato domini, communem * dicit Clar.*§.fi.quæst.*89.*n.*6.*ver.sed hic mandentur,* vbi plurimos de communi, * & magis communi citat, & quod nullus discrepet. † Extende, vt idem sit, si alia verba similia sint dicta, vt refert Ruin.*cons.*6.*in princip.lib.*5.sequitur Clar.*in d.§.fi.quæst.*89.*nu.* 6.*versic.& illud dictum Bart.* vbi idem dicit de Patre, qui dixerat filiis suis,*Tace,tace,non state a far ciancie,ammazzatene doi, o tre.* id est, *tace,tace,solite nugari,sed occidite duos aut tres.* † Extende, vt procedat limitatio,siue iniuria fuerit facta domino,qui ,ptulit verba præ-dicta,siue facta fuerit famulo,secundum * communem, de qua idem Clar.*d.q.*89.*n.*6.*in fi.ver.& hoc locū habet.* † Extende, vt idem sit,qñ dominus post acceptam iniuriam visus fuit alloqui ad aurē famulo,& famulus interfecit postea paulo post iniuriātem; quia tenetur de mandato. Bart.*in l.si ventri.§.fin.n.*1.*ff.de priuil.credit.* cuius opinionem * communem dicit Clar.*dict.q.*89.*n.*7.*ver.sed quid si dominus.* † Contrarium,qp imo ille nobilis,qui dixit seruo, *vade, non reuertaris.quod non sentiam nouum,&c.* fuit nobilis Florentinus, & pœna ordinaria mortis fuit punitus. Alex. *cons.*127.*Viso,n.*4.*lib.* 4.quod est Vincentii Palæotti. † Declarat idē Alex.*cons.*128. *Quoniam abunde,n.*3.*ver.nec obstat id,quod,lib.*4. quia ex illis verbis inducitur mandatū ad homicidiū,qñ dominus fuit iniuste percussus; quia censetur mandare eodem modo iniuste interfici eum: qui iniuriauit;sed si agatur de iniuria verbali, velleui vindicandā,nō præsumitur datum mandatum ad homicidium. † Declarat plen. Clar. *dict.qu.*89.*in fin.versic.sed certe*, quia præsumitur mandatum, & debet puniri pœna ordinaria,quando concurrerent alia, puta quod esset solitus facere talia,quando iniuria sibi illata esset grauis, alias non; quia tutius esset eum torquere, vel pœna extraordinaria punire. † Extende;quia imo plus deliquit mandans fieri delictum, quam exequens. Bald. *d.l.ob hæc verba,n.3.ff.de iis, qui not. infam.* alleg. tex. *in l.athletas,§.Papin.ff.eod.* Vide,*Procurator generalis nō potest præiudicare principali,& quando secus.Concl.*844. † Limita; quia si seruus, seu famulus occasione domini, & filius occasione patris sciente domino,vel patre committat homicidium, censetur de mandato vel voluntate domini,vel patris feciſſe Clar. *d.§.fi.q.*89. *n.*2.*ver.scias etiam,& n.*4.*ver.scias tamen,* vbi,quod pœna extraordinaria punitur. † Declara tamen: quia in omnibus casibus,in quibus mandans tenetur de delicto,tenetur propter mandatum,nō autem tenetur ex mandato secundum * communem, & vtilitas * est;quia in inquisitione,vel accusatione non tenetur exprimere diem,neque locum mandati. Clar. *d.§.fin.quæst.*89.*num.*3.*ver.scias autem.*

Mandatum ad delictum non probatur, nisi constet de mandatario,& quando secus. Concl. 35.

MANDATVM † ad delictum non probatur, neque procedi potest contra mandātem,nisi constet de mandatario certo, ita Marsil. *cons.suo* 49.*num.*11. *& seq.* vbi late; quia si non constat de principali mandatario, nō potest procedi contra mandātem,quod consilium est subscriptum à Carolo Ruino,Bonifacio Elephantuccio, Antonio Burgos, & Laurentio Saluiolo. † Extende in tantum, quod si non exprimitur nominatim mandatarius,non potest procedi contra mandantem. Marsil.*d.consil.*49.*n.* 59.quod est Ruini. † Extende;quia non potest dici probatum auxilium,nisi sit probatum principale delictum. Alexan. *consil.* 99. *In causa inquisitionis,num.*4.*ver.præterea iste testis,lib.* 1. & ibi apost. citat Alex. *cons.*137.*num.*6.*lib.*4. † Extende; quia non potest regulariter procedi super accessorio,nisi constet de principali,& sic nō potest procedi contra auxiliatores;nisi cōstet de principali. Anchar. *cons.*216.*Nos Bartholomæus,in fin.* Marsil.*d.cons.* 49.*nu.*11. *& nu.* 59.*cum seq.& cons.* 50.*in fin.* vbi dat concord. † Contrarium, quod imo etiam si non constet de mandatario, possit sequi condemnatio mandantis;quia sufficit, quod argumentū concludat ab vtraque parte. Marsil.*d.cons.*49.*nu.*57. quod est consilium Caroli Ruini, vbi hoc adducit, licet contrarium teneat forte non bene respondendo allegatis latissime Natt. *cons.* 422.*in princip.& per tot.* vbi quod potest inquiri,& puniri mandans;licet non cōstet de mandatario,vt quia incognitus,vel ignoratur nomen, & tollit contraria omnia,& cons. Natt.sequitur, & dicit notandū Clar.*in §.fin.quæst.*89.*num.*3.*in fi.ver.in hoc autem proposito.* † Declara; quia si nomen mādatarii ignoretur,sufficit, quod persona illius designetur,puta,quod talis iuuenis cum barba rubea,paruæ staturæ,vestitus sic,&c.prout informatio cantat,denoretur. Natt.*d. cons.*422.quem refert Clar.*in praxi crimin. §.fin.quæst.* 89.*ver. scias autem,in fin.* Boss.*de delict.nu.*33. Clar.*§.fin.quæst.*31.*ver.contra, & aduersus.* † Si vero scitur nomen delinquentis,etiam si plene non cōstet,debet nominari inquisito de mandato. Carrer. *in prax. crim. vers.circa nam.*19. Marsil.*d.cons.*49.*n.*4. Natt.*d.cons.*422.*per tot.* † Declara; quia forte, vt dicit Clar.si constaret de mandante, licet nō constet de mandatario,non debet transire impunitus mandās; quia ideo non potest puniri quis de auxilio,si non constat de delicto principali,& de iure communi non dicitur constare, licet principalis sit condemnatus in contumacian.,& ista est communis * opinio,& tamen Clar. *d.q.*89.*num.* 6. dicit, quod optima est * practica, quod ex contumacia condemnatus probet ad effectū, vt possit procedi contra auxiliatorem,& est eadem ratio in mādante. † Restringe,quod mandatarius,si est seruilis persona, vel vilis,præsumatur fec.sse ad mandatum alterius,& possit in tortura interrogari;tenet Bossius *tit.de ind itiis,n.*145.&146.vbi late. † Idē,si deposuit quis falsum;quia de mandante potest interrogari. Boss.vbi supra *n.*147. † Idem in assassinio; quia potest mādatarius interrogari de mandante. Boss.vbi supra *n.*144. † Et qñ mandatarius non accepit mandatum, bene probat contra mandantem; quia ex quo recusauit, non est socius criminis. Boss.*de indit.n.*154. † Secus si suscepit mandatum;quia nisi adsint aliqua adminicula,non probat,nisi essemus in occultis,prout videtur mandatū. Boss.*d.tit.de indit.nu.*155.*cum seq.* Vide Conclusionem prox.seq.

Mandans & mandatarius pro delicto qualiter puniantur. Concl. 36.

MANDANS † Florentiæ fieri homicidium Perusii, si sequatur homicidium Perusii, poterit mãdans puniri, etiam Perusii pro homicidio, sicut & mandatarius. Alex. *cons.* 216. *Ponderatis, n.* 12. *v. nec obstat, lib.* 6. vbi, quod istud est; quia mandatum ordinatur ad exequutionem homicidii in ciuitate Perusii, & quia ex mandato non sequuto effectu nõ est delictum, sed ex homicidio * obligatur mandans, & hanc dicit * communẽ Clar. *in prax. crim. § fi. q.* 38. *n.* 6. *ver item quæro.* rationem adducit; quia mandans tenetur ex delicto propter mandatum, non autem tenetur ex mandato. † Extende, vt procedat, etiam si quis commisit Florentiæ homicidium nomine Senensis, qui Senensis postea habuit ratum homicidium, poterit ratum habens condemnari Florentiæ, put * delinquens. Clar *q.* 90. *nu.* 7. *ver. sed pone*, vbi dicit * communem. † Amplia; quia si mandans esset in fortiis vnius iudicis, & mandatarius in fortiis alterius, non fit remissio, & ita fuisse iudicatũ asserit Bald. *in l. non ideo minus, in fi. C. de accus.* licet Clar. *in § fi. q.* 38. *n.* 6. *ver. dicit tamen*, hoc non admittat. † Limita, qñ delictum esset cõsummatum, puta Mantuæ, licet ordinatum alibi, prout Rauennæ; quia debet puniri solum Mantuæ, vbi est consummatũ. Alex. *d. cons.* 216. *n.* 10. *& seq. ver. super alio, lib.* 6. vbi dat exemplũ in eo, qui fabricauit Mantuæ falsa sigilla apponenda ad pannos mittendos Rauennam; quia licet Rauennæ detegatur falsitas, nõ potest puniri Rauennæ; quia consummatum, & perfectum erat Mantuæ; secus si nõ fuisset perfectum, prout mandatum ad homicidium, vt supra proxime. Vide Concl. prox. præced.

Mandatum semper ad licita interpretatur. Concl. 37.

MANDATVM † quod potest referri ad licita, & illicita, semper ad licita restringitur, & interpretatur. Bald. *cons.* 98. *Bertonus de Couo. n.* 5. *ver. nam mandatum, q. potest, lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *cons.* 383. *n.* 3. *in fi.* † Extende; quia mandatum datum alicui pro defensione amici præsumitur datum in casu defensionis licitę, & cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Bald. *cons.* 98. *in fi. ver. item si probaretur mandatum, lib.* 1. *& cons.* 383. *lib.* 5. vbi duplicatur. † Extende, qa procurator nunquam videtur habere mandatum ad committendum falsum, neque vt fraudem committat, sed solum ad licita. Bald. *cons.* 110. *Decreto domini caueatur, ver. sed iis non obstantibus, lib.* 1. *& cons.* 16. *Factum sic proponitur, col.* 3. *lib.* 4. Paris. *cons.* 51. *n.* 25. *lib.* 4. † Amplia; quia procurator habens mãdatum generale, & etiam speciale ad comparendum, & petendum creditum in bonis condemnati, & iurandum in omnibus, & per omnia, iuxta formã decreti Principis, si talis procurator iuret falsum, propter quod principalis incideret in pœnã, non potest vigore talis mandati facere incidere dominum in pœnam. Bald. *d. cons.* 110. *lib.* 1. *per tot.* vbi est casus, plene Ias. *in l. si procurator, ff. de cond. indeb.* vbi ampliat ad fraudulenta, & si mandatũ esset cũ iuramento, & cum libera; quia nõ continet illicita, & fraudulenta. † Extende; quia hoc est generale; quia actus, qui potuit fieri sine pœna, & cum pœna, semper debet interpretari, vt non incurratur pœna. Ang. Aret. *cons.* 15. *Attento, & diligenter, n.* 24. *& seq.* † Amplia; quia mandatum generale, & plenũ cum libera non extenditur ad simoniam committendam, neque ad illicita, si non est in specie dictum. Bald. *cons.* 371. *Viso tenore, n.* 3. *ver. tertio, quia pactum, lib.* 4. quod est Ioan. de Cane mortuo. Bald. *cons.* 373. *Viso tenore, lib.* 4. † Extende; quia mandatum quantũcunque generale non extenditur ad turpia, & illicita. Bald. *cons.* 379. *n.* 6. *lib.* 3. Vide infra *Concl.* 50. † Amplia; quia mandatum ẽt speciale ad homologandum laudum, postquã latum fuerit, non se extendit, si laudum esset latum per dolum arbitri, vel arbitratoris; quia non valet homologatio talis, ex quo ad licitum laudum censetur mandatum, non ad dolosum homologandum. Bald. *cons.* 115. *Quæstio est inter Angelum, lib.* 4. † Amplia; quia mãdatũ generale ad causas; & ad appellandũ intelligitur de appellatione iuridica; ideo si sententia est nulla, & procurator appellet, & deferat appellationẽ, non põt domino præiudicare; qa à sententia nulla non appellatur. Fulgos. *consil.* 150. *in princ. num.* 1. *ver. secundo principaliter.* † Amplia; quia istud est regulare; quod delictum procuratoris non habentis speciale mandatum ad delictum committendum nõ nocet domino, nisi ex delicto dominus esset factus locupletior, quo casu tenetur solum pro eo, pro quo est locupletatus. Ang. *cons.* 43. *Fratres Seruorum, in pr.* † Extende; quia non potest procurator generalis facere incidere dominum in pœnam. Fulg. *d. cons.* 150. *n.* 1. *ver. præsertim si ex eius.* Bart. *cons.* 206. *inter procuratorem, in fi. lib.* 1. Ias. *in l. si procurator, n.* 6. *ff. de cond. indeb.* † Extende; quia ex mandato generali nõ põt procurator opponere exceptiones calumniosas; quia dominus incideret in pœnam, vel saltem infamiam. Bart. *cons.* 43. *Super q. in fi. lib.* 1. † Declara tamen Ang. *in l. quid ergo, §.* 1. *ff. de iis, qui* 13 *not. infam.* quod cauti procuratores faciunt, quod dominus ratificet talem actum, per quem, &c. † Amplia; quia mandatum ge- 14 nerale nunquam includit, quod mandans frangat fidem, & cõmittat felo niam. Crau. *cons.* 54. *n.* 6. vbi extendit, etiam si in mandato expresse mandantur ea, quæ inducerent feloniã. † Amplia; 15 quia in generali mandato, & arbitrio non veniunt ea, quæ essent contraria facto mandantis; ideo non potest procurator facere aliquid contra factum mandantis. Crau. *d. cons.* 54. *n.* 5. Vide, *Verba dubia interpretari debent, vt delictum excludant. Concl.* 107. Vide Concl. prox. seq.

Mandatum ad capiendam possessionem non sufficit ad spoliandum. Concluſ. 38.

MANDATVM † ad spoliandum non probatur ex mãdato simpliciter dato ad capiendam possessionem rei, de qua quis spoliatum asserit. Vide *Concl. prox. præced.* † Amplia, quod mandatum quantumcunque generale non extenditur ad illicita, seu quæ consona non sunt rationi. Oldr. *cons.* 330. *n.* 3. *ver. item generale mandatum.* † Amplia, quod mandatum non extenditur de vna causa ad aliam. Vide, *Mandatum ad certas causas non extenditur ad alias. Concl.* 41. † Amplia; quia mandatum emptoris ad capiendam possessionem rerum mobilium ẽt cum libera à venditore operatur, quod non potest confiteri habuisse; ideo venditor non probat traditionem ex tali confessione. Franc. Aret. *cons.* 4. *Et facto proponitur. per tot.* vbi dicit * communem, † Limita, nisi esset factũ tale mãdatum tempore prohibito, vtpote ad capiendam possessionem lite pendente de re in iudicio litigiosa; quia fraus præsumitur. Old. *cons.* 199. *n.* 6. *ver. nũc vero solum.* † Limita; quia licet huiusmodi mãdatum non se extendat ad illicita, si tamẽ dominus sciat, & non contradicat, ratum habere videtur. Lap. *alleg.* 120. *Quero, pone, n.* 5. *ver. imo eo ipso*, vbi tenet, quod debet dominus declarare pure se velle, vel nolle vti dicta possessione, & si non declarat, cẽsetur ratificare, nec sufficit declaratio cõditionalis, quatenus iusta approbat, & quatenus iniusta reprobat, Lap. *alleg.* 128. *nu.* 5. & 6. † Limita, nisi dominus tacite, vel expresse ratum habeat factum illicitum. Lap. *d. alleg.* 128. *Anastasius, num.* 5. *ver. sed occurrit examinare.* † Limita, nisi mandatum esset datum ad capiendam possessionẽ certi beneficii, vel rei, quod possidebatur notoriè à tertio; quia tunc in iis, in quibus punitur culpa sine dolo, dominus incidit in talem pœnam eo ipso, quod scire potuit, vel debuit. Lap. *dict. alleg.* 128. *n.* 5. *ver. item si priue.* Vide Concl. prox. præced.

Mandati fines sunt exacta diligentia seruandi. Concl. 39.

MANDATI † fines exacta diligentia sunt seruandi. *l. diligenter, ff. mand.* Petr. Anch. *cons.* 75. *in princ.* Felin. *in c. cum dilecta, de rescript. c. cum olim, de offic. deleg.* Ias. *in l. si procurator C. de procurator.* Paris. *cons.* 47. *n.* 41. *lib.* 1. Dec. *cons.* 493. Ias. *cons.* 86. *col. fi. lib.* 3. Alexand. *cons.* 6. *n.* 3. *lib.* 4. Bartol. *in l. ambitiosa colum.* 4. *ff. de decret. ab ordin. facien.* † Extende; quia à forma mãdati non est recedendum, siue respiciat res, siue personas, siue locum, siue tempus. Bald. *in l.* 1. § *igitur, ff. de exercit. actio.* per illum tex. † Et generaliter non solum tenetur seruare fines circa mandatum, sed etiam circa omnes qualitates, *c. cum venissent*, vbi Bald. *de eo, qui mitt. in possess. c. Pisanis*, vbi Bald. *in 3. not. de restit. spoliat.* Ias. *in l. transactio, in pr. C. de trã sact.* Dec. *d. cons.* 493. *n.* 9. *ver. & non solũ.* Paris. *cons.* 47. *nu.* 42. *&* 43. *lib.* 1. † Et procedit extensio; quia ẽt si in modico excedat qualitates mandati, dicitur excedere fines. Paris. *d. cons.* 47. *n.* 43. *lib.* 1. Brun. *in tract. de form. fol.* 52. *ver. secundo ampliatur.* † Extende; quia mandatum est stricti iuris, & in dubio non extenditur, sed restringitur. † Et ideo si constituo procuratorem in causa, quam habeo cum Titio, & generaliter in omni alia causa, intelligitur cum Titio, nõ autem cum alio. Bart. *in l. quod dicitur, de tutel.* Curt. *cons.* 50. *col.* 6. *n.* 10. Felin. *in c. sedes, de rescript.* † Extende; quia mandatum ad certas causas non extenditur ad alias non expressas. *c. ei cui.* § *fi. de præb. in* 6. facit tex. *in c. fi. de verb. signif.* † Extende; quia paria sunt, quod aliquid fiat contra formam mandati, aut præter, vel citra; quia in hoc æquiparantur contra, citra, & præter. Io. And. *in c. prudentiam. in ver. citra, de offic. deleg.* sequitur Felin. *in d. cap. cum dilecta. in prima ampliat. n.* 41. *de rescript.* † Extende; quia maxime procedit, vt nõ possit excedere faciendo conditionem domini deteriorem. Ang. *cons.* 388. *Constat procuratorem, n.* 1. † Extende; quia procurator excedens fines mandati tenetur ad interesse, *l. si cui mandauero,* § *. sicut*, vbi Bart. *ff. mandat. l. procuratorem, & l. ad comparandas. Cod. mand.* † Extende; quia

quia quicquid fit extra id, quod in mandato continetur, nullum
12 est, & inualidum, *l. si procurator, C. de procurator. cum ibi not.* † Extende; quia non obligatur dominus ex iis, quæ facit procurator vltra fines mandati, *l. præterea, ff. mand. l. si quis pro eo, ver. igitur, ff. eod. tit.*
13 facit in simili text. *in l. non distinguemus, §. officio, ff. de arbitr.* † Mandatum ad acceptandum primo vacaturam præbendam extinguitur in prima vacatione, & si procurator non acceptauit primam; non tamen poterit vigore talis mandati acceptare secundam, vel posteriorem vacaturam. Oldr. *consil. 215. Puncta abreuia, nu. 12. in fin.*
14 *consil. ver. deinde opponit.* † Mandatum ad recipiendam resignationem beneficii ex legitimis causis faciendam habet conditionem annexam, quod resignatio non admittatur, nisi ex legitima causa
15 fiat, & requiritur causæ cognitio. Oldr. 324. *in princip. vsque ad num.* 5. † Item ad recipiendam resignationem libere faciendam non se extendit ad resignationem cum aliquo emolumento reseruato. Oldr. *d. consil. 324. num. 2. ver. item fuit assertum.* † Mandatum ad
16 lites non dat facultatem procuratori, vt confiteatur aliquid in præiudicium domini; quia de hoc non cogitauit. Oldrad. *consil. 126. per tot.* vbi pro vtraque parte ponit fundamenta, & tenet ne-
17 gatiuam. † Ad causas certæ speciei, puta ciuiles, & criminales, non includit ecclesiasticas, neque spirituales. Lap. *alleg. 71. Sæpe vi-
di. per tot.* maxime *num. 5. versic. solutio imo non sufficit.* vbi, quod man-
18 datum est stricti iuris. † Ad capiendam possessionem non sufficit ad spoliandam, neque ad illicita. Oldr. *consil. 199. circa fin. num. 11.*
19 *& consil. 300. num. 3.* Vide supra *Concluſ. 38.* † Ad causas motas non
20 extenditur ad mouendas, nec è contra. Oldr. *consil. 308. nu. 3. vers.
non obstat.* Vide infra *Concluſ. 43.* † Ad causas deuolutas, non extenditur ad deuolutas post mandatum. Oldr. *consil. 309. nu. 2.* Vi-
21 de infra *Concluſ. 44.* † Ad exigendum non extenditur, vt possit confiteri recepisse, neq; quoad obligandum dominum. Maria. Socin. Iun. *consil. 57. lib. 2.* neq; quoad liberandum debitorem, cui
22 fit confessio. Feder. de Sen. *consil. 53. per tot.* vbi est casus. Vide, *Procurator ad exigendum, & c. Concl. 847.* † Ad aliquid faciendum intelligitur vere, non ficte, Feder. de Sen. *d. consil. 53. in fi.* vbi, quod ficta
23 solutio, quæ fit per confessionem, non cadit in mandato ad recipiendum; quia de vera, & propria receptione intelligitur. † Ad componendum super vsuris, non se extendit ad componendum super male ablatis; quia stricte intelligitur de vsura, quæ prouenit ex mutuo vero, vel ficto. Calder. *cons. 335.* alias *6. de testam. circa
24 fi. ver. nec Capitulum,* vbi loquitur in commissario Legati. † Ad absoluendum pro male ablatis, intelligitur de incertis, non autem de certis, nisi facta restitutione; quia mandatū ad possibilia, & licita restringitur. Calder. *d. consil. 335.* alias *6. de testam. ver. item ei com-
25 mittitur. circa med.* vbi loquitur in commissario Legati. † Ad vendendū, & confitendum habuisse pretium, non potest habere fidem de pretio, & tradere bona; quia aliud est, q̃ dominus ex cōfessione habeat obligatum procuratorem, vel alium. Angel. *cons.
388. in princ.* vbi, q̃ non transfert dominium, neq; possessionem, si
26 aliter vendit, quam dictet mandatū. † Extende; quia mandatum purum ad vendendum non inducit venditionem conditionalē.
27 Angel. *d. consil. 388. circa princip. ver. secundo probatur.* † Extende; quia mandatum datū ad exigendum, & recipiendum non continet,
28 quod possit confiteri. Castr. *consil. 32. in fin. lib. 2.* † Ad vendendum cui voluerit pro pretio bene viso, non potest sibi ipsi vendere, neque sibi per interpositam personā; quia intelligitur arbitrio boni
29 viri, & bona fide. Angel. *d. consil. 388. ver. tertio, quia, cum seq. vsque in
fin.* † Amplia; quia in tantum fines mandati sunt seruandi, vt paria sint, non habere mandatum, vel non seruare formam mandati.
30 Bald. *consil. 402. Colligamus, n. 3. ver. & considerandum, lib. 1.* Angel. *dict.
cons. 388. Constet procuratorem.* † Amplia; quia mandatum ad transigendum debet intelligi super re dubia, non aūt clara; quia indu-
31 ceretur donatio; & ideo non valet. Castr. *cons. 32. n. 4. lib. 2.* † Amplia; quia mandatum ad vendendum, recipiendum, liberandū, & emendum, non est sufficiens ad calculandum rationes, & liberandum, seu confitendū. Cuman. *consil. 148. Venerabilis vir,* vbi,
32 q̃ clausula, *& generaliter,* non extenditur, q̃d dicitur circa præmissa; quia dicitur restricta ad expressa. † Amplia; quia procurator ad recipiendum pretium, etiam si adsit clausula, *quod dominus
promittit habere ratum quicquid à dicto procuratore fuerit factum,* non
33 poterit excedere mandatum, vt obliget dominum componendo, gl. & Doctor. *in cap. cum contingat. de transact. & in cap. ex parte de-
cani, de rescript.* Bartol. *in l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar.* Bald. *in l. si procurator ad vnam speciem, Cod. de procurat.* Roman. *in l. in prouinciali, §. 1. ff. de
non. oper. nunciat.* Iaſ. *consil. 134. col. 3. lib. 4.* Dec. *cons. 305. ad fin.* † Amplia; quia mandatum generale ad causas, & ad appellandum, non se extendit ad appellationem sententiæ nullius; quia non extenditur, nisi ad appellationes, quæ iure permittuntur. Fulgos. *consil.*
150. *in princ. nu. 1. ver. secundo principaliter.* † Amplia; quia mandatum Vniuersitatis ad locandum ad decimā, cum pactis restrictiuis, non valet ad locandum pro annuo censu, vel canone; quia non constituit decimam. Alex. *cons. 1. colum. 2. ver. sed præmissis, lib. 4.* † Extende, quando mandatum est ad locandum per 10. annos; quia non potest fieri locatio perpetua, & facta non valet. Alex. *d. consil.
1. nu. 4. & 5. lib. 4.* † Amplia; quia mandatum ad faciendum pacem cum omnibus pactis, & pœnis bene visis, non comprehendit, q̃ mandans exul fiat à patria sub pœna; quia casus est grauissimus.
Petr. Anchar. *cons. 75. Viso diligenter.* † Amplia, etiam si mandatum sit obscurum; quia in dubio, q̃ minus est, censetur mandatum; quia mandatum stricte interpretatur. *c. cui nō de sacerdot. ali, de præb.
in 6.* & si verba sunt dubia, mandatū non extenditur; ideo procurator dicitur excedere fines mandati in casu dubio, *l. si procurator,*
vbi Bart. Iaſ. & alii, *C. de procurator.* † Extende; quia in dubio verba sunt interpretanda ad fauorem confitentis, & mandantis. Ant.
de Butr. *in cap. ex literis, ad fin. il primo, de sponsa.* alleg. Bartol. *in l. inter
stipulantem. §. 1. ff. de verbor. obligat.* Vide, *Procurator ad exigendum non
potest confiteri habuisse, & quando secus. Concluſ. 847.* † Restringe tamen, quando constat de mente, vel agitur de substinendo mandato; quia verba impropriantur. *cap. petitio,* vbi Canon. *de procurator.* Alexand. *in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. 1. in princ.
ff. quod cuiusque vniuersit. & in l. 1. C. de negoc. gest.* ideo verbum, *constituo,* ponitur pro substituo. *l. penult.* & ibi Bald. *Cod. de procurator.*
† Amplia; quia mandatū ad iudicialia non valet ad extraiudicialia; neque è contra; quia fines mandati sunt seruandi. Ioan. de Anania *consil. 16. Viso puncto, num. 4. ver. const. at etiam.* † Restringe, vt non procedat in casu contrario; quia mandatum ad negocia bene extenditur ad iudicialia in illis negociis, *cap. qui generaliter, in
princip. de procurat. in 6.* † Amplia; quia mandati fines sunt seruandi à iudice delegato, *cap. cum dilecta, de rescript.* vbi plene Felin. Rot.
decis. 148. Commissio, & decis. 358. Si commissione, in nou. † Idem in compromisso; quia arbiter, & arbitrator nihil agunt extra compromissum, *l. non distinguemus, §. fin. ff. de arbitr.* † Idem in calculatoribus, siue electis à iudice, siue à partibus. Alex. *consil.
21. num. 8. lib. 7.* † Idem in procuratore, siue ad iudicia, siue ad negocia, supra per discursum. † Idem in exequutore. † Amplia; quia mandati fines sunt seruandi; ideo mandatum, quod oritur ex societate inter socios, finitur finita societate; ideo extra tempus societatis non durat; quia fines sunt custodiendi. Castrens. *consil.
104. in princip. lib. 1.* vbi apostill. allegat Alexand. *consil. 2. lib. 2. in fin.
vlt. colum.* † Amplia; quia mandatum generale datum, si postea fuit restrictum per aliud instrumentum, præsente, vel sciente procuratore, perinde est, ac si à principio fuisset datum limitatum. Castrens. *d. consil. 32. ver. præterea, circa fin. lib. 2.* † Amplia generaliter; quia procurator non seruans fines mandati, sed excedens tenetur ad damna, & interesse constituenti. Castrens. *consil. 32. in
fin. lib. 2.* † Amplia; quia mandatum ad obligandum mandantem pro rebus credendis, vel vendendis, puta filio, vel alteri, non comprehendit res creditas, vel venditas. *l. si vero nō remuner. andi. §.
si post credita, ff. mand.* vbi Bartol. vbi, quod mandatum non potest interuenire in eo, quod est factum, & superueniens non est obligatorium, & ibi Bald. Angel. *in l. Iulianus, in princip. ff. qui satisd. cogan.* & facit; quia illud participium, *pro rebus vendendis,* respicit futurum, vt tradunt Grammatici. Iaſ. *in rubric. ff. de liber. & posthum.
in fin.* Syluan. *consil. 104. num. 3. lib. 2.* Neuizan. *consil. 50. num. 11.* vnde non potest trahi ad præterita. † Extende; quia mandatum non extenditur vltra intentionem mandantis, *cap. causam, de præben.
cap. audita, de restit. spoliat.* Afflict. *in tit. quæ sint reg. al. in ver. Portus. nu-
mer. 12.* † Extende; quia mandatum ad quietandum pro rebus administratis non extenditur vltra administrationem. Castrens.
consil. 397. Præmittenda sunt, in fin. lib. 1. † Amplia; quia fines mandati in tantum sunt seruandi, vt si excedit procurator, non obliget principalem, sed teneatur de suo ad interesse, *d. l. diligenter. ff. mandat.* † Et dicitur excedere non solum, quando excedit totam formam, sed etiam quando excedit aliquam qualitatem formæ, etiam minimam. Iaſ. *in l. si procurator, Cod. de procurat.* Albert. Brun.
in tract. at. de forma. Extende multis casibus *in ver. Procurator. Concluſ. 841.* vbi ampliationes & limitationes. † Amplia; quia si procurator ad aliquem actum faciendum, si excedit formam mandati, non transfert aliquod ius in aduersariū, nec præiudicat domino. *leg. 3. ff. mand.* Ang. *consil. 388. Constat procuratorem.* Vide Socin. *regul. 5, Mandati fines diligenter custodiendi sunt,* vbi ponit hanc regulam, & tres limitationes. Vide Conclusionem proxim. sequen. Vide, *Procurator quid possit extra mandatum, vel non. Concluſ.
841.* Vide, *Vtile per inutile non vitiatur, & quando secus. Concluſ.
373.* † Imo si habet mandatum ad vendendum certa bona, &

vendat vltra mandatum vno pretio, est venditio nulla in totum. Alex. *consil.* 82. *In causa, & lite. num.* 4. *lib.* 7.

Mandati fines non seruandi multis casibus. Conclusio 40.

1 MANDATI † fines non sunt seruandi circa ordinem datum, quando ordo iuris est contrarius; quia sufficit seruare ordinem iuris, maxime in mandato iudicis. Calder. *consil.* 25. *Si mandatur, in fin. ver. non obstat*, alias est 2. *de rescript.* † Amplia; quia idem
2 est in mandato dato ad confirmandam electionem canonice factam; quia licet tempore electionis electus esset inhabilis, & sic non esset canonice facta; si tamen tempore confirmationis erat dispensatio obtenta, potest confirmari; quia mandatū intelligitur de electione valida tempore exequutionis mandati, & sic tēpore confirmationis. Calder. *cons.* 47. quod est 1. *de electio.* & est
3 Gasparis Calder. † Contrarium tenet Io. Calder. *in d. consil.* 47. *in fin. versic. in contrarium*, quia initium attenditur, vbi dat multa ex-
4 empla. † Ampliā, quia constitutus procurator ad emendam rem pro tanto pretio, si emat illam pro maiori pretio; quia valet, quāti empta fuit, & dñs tenetur, vel in totum soluere, vel in totum mandatario relaxare; quia non debet fieri diuisio. Vide Cremen. *singul.* 72. *Si dedi tibi mandatum*, gloss. & Docto. *in l. fin. C. de negoc. gest.*
5 ideo si vult rem, tenetur pretium refundere. † Extende, vt idem sit, si excedatur mandatum in modico tempore, vt si debeo promittere, q̄ talis soluet per medium mensem Augusti, & promisi, quod soluet in fine mensis Augusti. Alexand. *consil.* 90. *Viso, in fin. lib.* 3. allegat text. *in l. fin. ff. mand.* vbi, quod sufficit implere per æ-
6 quipollens. † Amplia; quia licet sit datum mandatum strictū ad emendū pro tanto pretio, & non pluris; si tamen mandans habita responsione, q̄ pro illo pretio non potest haberi, rescribat, q̄ circa granum, & pretium faciat pro vtilitate sua quicquid potest, censetur ampliatum mandatum, & potest mandatarius maiori pretio emere, & obligat dominum, qui tenetur ratum habe-
7 re. Bald. *consil.* 334. *Creditor indigens, lib.* 1. vbi est casus. † Amplia; quia mandatum datum ad emendum pro centum, potest egredi mandatum, si emat pro minori pretio; prout è conuerso, dato mandato ad vendendum pro centum, si procurator vendat pro centum vginti, mandatum est sufficiens ad commodum, & vti-
8 litatem mandantis. Castr. *consil.* 240. *Subtiliter, lib.* 2. † Amplia; q̄n duo concurrunt, videlicet, quod mandatum est dubium, & mādatarius fuit solitus negociari pro mandante alia negocia, quæ rata habuit mandans; quia potest eo casu interpretatiue excedere fines mandati, & dominus tenetur ratum habere. Bald. *consil.* 334. *per tot.* & maxime *circa fin. ver. præterea illa verba, vsque in fin. libr.* 1.
9 † Amplia; quia quando mandatum est ad negocium, quod non recipit dilationem, & potest perire, puta ad emendum granum ab eo, qui alteri esset venditurus, & mandatum est dubium, potest excedere mandatarius fines mandati, & præuenire concludendo, & postea certiorare mandantem, alias secus cessante pe-
10 riculo. Bald. *consil.* 334. *prope fin. item erat tempore, lib.* 1. † Amplia; quia mandatum extenditur ad ea, quæ veniunt in consequentiam, & sine quibus res, quæ mandatur, explicari non potest, veluti si mādatum est generale circa administrationem nauis; quia poterit procurator accipere pecuniam mutuo, si administratio non potest aliter bene fieri, Bald. *consil.* 379. *Quando super facto. num.* 5. *ver. sed ad indiuidua, lib.* 3. Abb. plene *consil.* 62. *In controuersia, colum.* 2. *num.* 4.
11 *& seq. ver. præterea, & secundo, lib.* 2. vbi plurima cumulat. † Extende; quia mandatum comprehēdit nedum illud, quod principaliter in eo est expressum, sed etiam accessorium, & dependens ab expresso, *l. de pupillo, §. si procurator, ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Moder. idem tenet Castren. *in l. maritus, C. de procurator.* vbi, quod habens mandatum ad vnum censetur habere etiam ad omnia, sine quibus illud mandatum effici non potest, vel quod venit in conse-
12 quentiam. Abb. *consil.* 62. *colum.* 3. *in princip. versic. pro hoc, lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in iis, quæ expresse mandari non possunt; quia si veniunt in necessariam consequentiam, vt quia res mandata non potest perfici, mandatum extenditur etiam ad ista, quæ expresse mandari non possunt, veluti mandatum datum ad bellum; quia bellum sine pecunia, gentibus armatis, & victualibus fieri non potest, censetur datum mandatum ad imponendū onera, collectas, subsidia pro bello, ad accipiendum pecunias, & alia necessaria, quæ expresse mandari non possent. Bald. plene
13 *consil.* 379. *n.* 5. *ver. secundo modo. lib.* 3. † Extende; quia imo in mandato præsumitur dominus ea voluisse venire, sine quibus impossibile, vel difficile est mandatum explicari posse. Rom. *consil.* 94. *in*
14 *fin.* † Et ideo si fiat mandatū ad exigendum, & feratur sententia contra debitorem, vt soluat facta cessione iurium, poterit talis procurator cedere iura, cum sit necessārium antecedens ad exactionem. Bart. *in l. debitum. ff. de cond. indeb. & in l. cum procurator*, vbi etiam Castren. *ff. de nou. oper. nunciat.* maxime stante clausula, *& generaliter omnia alia necessaria faciendum, &c.* † Cōtra ampliationem, & extensiones, q̄ mandatum non extendatur ad id, quod est le- 15
quela mandati. Ruin. *consil.* 59. *nu.* 2. *lib.* 5. † Declara tamen, vt pro- 16
cedat extensio concurrentibus quatuor: primo, quo d id, q̄ agi-
tur, non mandatum, tendat in eam causam, quæ est mandata: se- 17
cundo requiritur euidens vtilitas, vel necessitas: tertio, q̄ in rem
permissam non excedatur modus, & quantitas: quar to requiri-
tur congruitas loci, & temporis. Bald. qui ista omnia d ilucidat *d.*
consil. 379. *n.* 5. *ver. est considerandum, lib.* 3. † Extende; quia mandatum
semper extenditur ad omnia connexa & dependentia, ad causam
principalem sine alia expressione; & idem de coniunctis & pro-
ximis ad expressa. Ferre. *consil.* 385. *n.* 4. *& seq.* † Amplia; quia man- 18
dato dato ad faciendum compromissum, si procurator ante mā-
datum fecerat compromissum tāquam negociorum gestor, po-
terit ratificare tale compromissum, & valebit ex tunc à die con-
firmationis, seu ratificationis. Bald. *consil.* 340. *Quidā constituerunt,*
lib. 3. † Extende; quia syndici habentes mādatum ad compromit- 19
tendum super confinib. pro bono pacis, si ratificant laudum la-
tum extra compromissa sciente vniuersitate, valet ratificatio; qa
præsumitur approbasse ratificationem. Abb. *consil.* 18. *Primo quod,*
col. 3. *n.* 4. *& seq. ver. item, & secundo, lib.* 2. † Declara, vt non procedat 20
ampliatio, quando ipse, qui fuit postea constitutus procurator,
fecisset compromissum, nō vt negociorum gestor, sed vt procu-
rator; quia cum non esset, non posset ratificari tale compromis-
sum; quia in iis, in quib. confertur iurisdictio, gesta à falso procu-
ratore non ratificantur. Bald *d. consil.* 340. *in fin. lib.* 5. † Extende; qa 21
mandatum ad compromittendum cum libera, sufficit ad transi-
gendū; quia compromissum est species transactionis. Alex. *cons.*
40. *Circa primum, nu.* 9. *ver. vltr. præsupono, lib.* 5. vbi, q̄ mandatum ex-
tenditur ad casus similes, & æquipollentes, vbi a postil. *in ver. simi-*
les, dat concord. & in fi. q̄ non minus debet attendi vtilitas, quā
forma mandati. † Amplia; quia in iis, quæ mandans interrogatus 22
dixisset, potest excedi mandatum. Crauet. *cons.* 748. *nu.* 17. *ver. sexto*
respondetur. † Amplia; quia mandatum extenditur ad præparato- 23
ria; item ad proxima; item ad accessoria. Abbas *cons.* 62. *In contro-*
uersia, colum. 3. *n.* 7. *lib.* 2. *ver. præterea.* † Amplia; quia mandatum da- 24
tum à Populo Ciuibus deputatis ad prosequendum bannitos, &
pro exterminio bannitorum præmiandum, prout eis visum fu-
erit, licet censeatur strictum ad præmiandū eos, qui interficient
bannitos, & sic ad præmiandum ante interfectionem; tamen cō-
prehenditur etiam facultas præmiandi post interfectionem, p-
pter illa verba, *prout eis videbitur*; & quia dictio, *pro*, nedum deno-
tat causam finalem, sed excitationem, & ordinem ad finem. Bal.
plene *cons.* 264. *Qui seruore, lib.* 3. *per tot.* † Amplia; quia mandatum 25
pro bono pacis late interpretatur. Abb. *consil.* 18. *colum.* 4. *n.* 6. *versic.*
nec mandatum est restringendum, lib. 2. *& consil.* 62. *colum.* 2. *nu.* 4. *& seq.*
ver. præterea, & secundo, lib. 2. † Amplia, quia mandatum potest im- 26
pleri in pleniori, & pinguiori forma, *l. si quis mihi bona, §. sed si man-*
dati, ff. de acquir. hered. † Contrarium tenent Modern. *nu.* 1. *§. si stipu-* 27
lati, ff. de verbor. obligat. qui respondent ad illum text. & in contra-
rium allegant *l. si quis pro eo, ff. mand.* & ibi per Lancel. Galiaul. † 28
Amplia, nisi dominus, qui dedit mandatum strictum, sciat, quod
procurator excedit, & patitur non contradicendo; quia obliga-
tur. Alexand. *consil.* 80. *Viso processu, num.* 6. *lib.* 4. Guid. Pap. *decis.* 173.
† Amplia; quia mandatum ad aliquid cum annexis, connexis & 29
dependentibus extenditur ad ea, quæ pendent, & sunt aliquo
modo connexa. Abb. *consil.* 18. *nu.* 6. *in fin. & num.* 7. *lib.* 2. vbi dat ex-
empla, & dicit imo procedere, licet non sit dictum; quia conne-
xa veniunt, & dependentia. † Amplia; quia ad cōmodum man- 30
dantis potest excedi mandatū. Crauet. *consil.* 748. *nu.* 14. *ver. quarto*
respondetur, & nu. 18. † Declara; quia solus mandans potest hunc 31
excessum opponere, non alius. Crauet. *d. consil.* 748. *n.* 21. *ver. octauo*
respondetur. † Amplia; quia in iis, quæ sunt de natura actus, non 32
seruatur mandatum; quia habens mandatū ad exigēdum à qui-
buscunq; si exigit à tertio, cedere potest iura; quia istud est de na-
tura actus gerendi, licet non sit dictum. Crauet. *d. consil.* 748. *nu.* 5.
& seq. † Extende, vt idem sit in iis, quæ sunt vicina mandato. Cra- 33
uet. *d. consil.* 748. *nu.* 16. † Amplia; quia vbicunque fines mandati 34
non sunt seruati, & dominus accepit pretiū, censetur approbasse
contractum cum omnibus suis qualitatibus, clare Crauet. *d. cons.*
748. *num.* 22. *ver. nono respondetur.* † Et quod ratificatio tacita, & ex- 35
pressa sufficiat in iis, quæ requirunt mandatum speciale. Calcan.
consil. 101. *nu.* 6. † Amplia; quia si procurator excedat fines man-
dati 36

dati domino sciente, & non contradicente, videtur consentire, & mandare, & obligatur. glos. *in c. cum olim, in ver. protinus, de off. deleg.* vbi Abb. & late Felin. *col.* 3. Abb. *consil.* 18. *col.* 3. *n.* 4. *in fi. ver. item & secundo, lib.* 2. vbi loquitur maxime, quando factum est arduum, & interuenit actus positiuus. † Restringe tribus modis, de quibus Dec. *in cons.* 437. *Quæritur breuiter*, vbi ipse dat 3. respõsiones. † Amplia, qñ ille, qui excessit fines mandati, non effecit deteriorẽ conditionem mandantis, sed meliorem; quia tunc perinde est, ac si fines seruasset. *l. si quis mihi bona, §. pen. ver. aliter atque, ff. de acquir. hared.* & ibi Doct. † Extende; quia fines mandati non dicitur excedere procurator, si facit ea, quæ verisimiliter ad suam vtilitatem mandans feciſſet, *l. si quis nec propositum, ff. si cert. pet.* Io. And. *in addit. ad Specular. tit. de instrum. editio. §. compendiose*, incip. *Io. de Deo.* Alex. *cons.* 106. *lib.* 2. † Amplia; quia mandatum extenditur ad vtilia liti, ad consequutiua, præambula, vel vicina mandato. Ant. de Butr. *consil.* 44. *n.* 2. *ver. agit enim.* † Extende; quia defensores litis possunt ea, quæ liti sunt vtilia; ideo possunt impetrare rescriptum, etiam si mandatum exigeret speciale. Ant. de Butr. *d. cons.* 44. *nu.* 2. *ver. possunt etiam defensores.* † Amplia; quia si dominus sciuit procuratorẽ excessisse, & non contradixit, videtur consentire, & obligatur eidem, cum quo procurator excedendo contraxit, gl. *in c. cum olim, in ver. protinus, de offic. deleg.* quam sequitur ibi Abb. post alios, & maxime Felin. *col.* 3. qui alios citat. † Extende, vt procedat ẽt in vniuersitate, & Regimine Bononiæ; quia si scit excedi mandatũ per Gubernatorem, quipotest cũ regimine multa spectãtia ad ciuitatẽ, si facit solus sciente, & patiente regimine, videtur regimen dare mandatũ, & approbare. Alex. *cons.* 179. *In causa, & lite, nu.* 6. *& seq. ver. non obstat, lib.* 6. † Restringe limitationẽ, vt procedat, quando procurator fecit actũ nomine domini; quia tunc dñs sciens, & non contradicens videtur approbare: secus si procurator fecit illum actum nomine proprio, vel simpliciter; quia tunc domin⁹ sciens, & non contradicens non approbat. Vide. *Ratificatio non sit, & Concl.* 10. † Restringe, vt procedat limitatio in procuratore priuatis: secus in procuratore vniuersitatis, vel collegii; quia nisi simul congregati consentiant, nõ censentur approbare, & scientia aliquorum tũ taciturnitate nihil releuat. Dec. *consil.* 437. *Quæsitum*; quod duplicatur *cons.* 672. † Restringe; quia in dubio scientia gestorum à procuratore non præsumitur; ideo allegans sciẽtiam debet probare. Vide Socin. *reg.* 5. *Mandati fines*, vbi ponit regulam contrariam cum tribus limitationibus, quæ in casu nostro sunt Ampliationes. † Limita; quia habens mandatum ad antecedens dicitur habere ad consequens, sine quo stare non potest. & è contra; secus si vnum stare potest sine alio. Rom. plene *cons.* 461. *per tot.* vbi concordat ita contraria. † Et mandatũ ad præparatoria non sufficit ad perfectionem, nisi certis casibus; sic ad incipiendum non est ad finiendum, nisi certis casibus. Rom. *dict. consil.* 461. *per tot.* vbi casus. Vide Conclusionem prox. præced. Vide, *Procurator quid possit extra mandatum, vel non. Concl.* 841.

Mandatum ad certas causas non extenditur ad alias, & quando secus. Concl. 41.

1 MANDATVM † procuræ ad causas ciuiles, & criminales non extenditur ad causam vsurarum, quæ est spiritualis, seu annexa spirituali, secundum Lap. *alleg.* 71. *Sæpe vidi dubitari, per tot*, vbi est casus alleg. maxime *num.* 4. *& num.* 5. *ver. solutio, imo non sufficiunt.*

2 † Amplia, vt mandatum ad causas ecclesiasticas, licet comprehẽdat causas spirituales, & spiritualitati annexas; quia sunt ecclesiasticæ; non tamen comprehendit causas mere spirituales, vt est causa fidei, sacramentorum, & similium. Lap. *d. alleg.* 71. *n.* 5. *ver. puto*

3 *tamen.* † Amplia, vt mandatum ad omnes causas criminales non se extendat ad causam criminis ciuiliter inrẽtatam; quia proprie

4 non est criminalis. Lap. *d. alleg.* 71. *nu.* 8. *versic. item quod in eo.* † Amplia; quia mandatum generale ad causam cum Titio, & generaliter ad omnes alias causas restringitur cum Titio, si non dicitur, cum quacunq; persona. Bartol. *in l. quod dicitur, ff. de tutelis, in princ.* sequitur Rom. *singul.* 156. *Constituo Titium*, vbi apostil. declarat plene. Dec. *consil.* 502. *Ex duobus, num.* 9. vbi alios allegat Felin. *in cap. se-*

5 *des, n.* 3. *de rescript. in fin. versic. & dicit Ludouicus.* † Amplia, vt mandatum ad omnes causas criminales, & ciuiles, cum clausula, *& ad omnes alias causas*, adhuc causam spiritualem non comprehendat; quia causa spiritualis longe maior est, argumento *clem. non potest, de procurator.* Lap. *d. alleg.* 71. *nu.* 8. *versi. item si in mandato.* † Amplia; quamandatum ad comparendum coram quocunq; iudice non intelligitur de ipso constituente, si est iudex, neque de alio iudice abipso deputato; quia persona loquentis non continetur. Signo-

7 rol. *consil.* 108. *num.* 3. *& sequen.* † Amplia, vt mandatum ad omnes causas criminales, & ciuiles non se extendat ad criminales ecclesiasticas, seu in foro ecclesiastico; quia sunt spirituali nota dignæ; & quia habent mixtam spiritualitatem. Lap. *d. alleg.* 71. *versic. nec obstat, nu.* 9. † Amplia; quia mandatum ad compromittendum non 8
habet locum ad ratificandum compromissum. Abb. *consil.* 18. *colum.* 2. *num.* 2. *versic. nec obstat homologatio. lib.* 2. † Declara tamen, nisi 9
principalis habuisset scientiam homologationis, & actus positiuus interuenisset. Abb. *d. consil.* 18. *colum.* 3. *num.* 4. *versic. item, & secundo, lib.* 2. † Amplia; quia mandatum ad causam, seu causas et- 10
iam ad appellandum non continet appellationis prosequutionem. Castrens. *consil.* 12. *Tota disputatio, nu.* 5. *lib.* 1. vbi limitat, nisi esset datum ad lites præsentes, & futuras. † Limita; quia manda- 11
tum ad causas ecclesiasticas bene comprehenderet causam vsurarum spiritualitati annexam, quæ ecclesiastica est. Lap. *dict. alleg.* 71. *num.* 5. *versic. sed bene puto.* † Declara tamen (vt in prima amplia- 12
tione) quia mandatum ad causas ecclesiasticas non comprehenderet causas mere spirituales, vt fidei, sacramentorum, & similium. Lap. *d. alleg.* 71. *num.* 5. *versic. puto tamen.* Vide Conclusiones prox. seqq.

Mandatum ad certos actus quando extendatur ad proxima, vel non. Concl. 42.

MANDATVM † licet sit seruandum intra suos fines; tamen si 1
mandatur iudici, vel exequutori, vt se informet, & referat, ac certus Abbas fuerit professus in alio ordine, vel super alio delicto, potest talis exequutor summarie assumere informationes super excusatione delicti. Feder. de Sen. *cons.* 79. *per tot.* vbi, quod imo tenetur. † Amplia; quia procurator ad lites licet non habeat 2
facultatem prorogandi iurisdictionem; tamen si dubitetur, an valeat appellatio interposita omisso medio, consentiendo in iurisdictionem firmatur iurisdictio; quia iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio. Calder. *cons.* 207. *in fin.* alias 1. *de appellat.* † Am- 3
plia; quia in mandato veniunt omnia, sine quibus res mandata expediri non potest; ideo ea, quæ veniunt in necessariam consequentiã, vel quæ sunt necessaria ad negocium commissum, censentur mandata. Bal. *consil.* 379. *Quando super facto, nu.* 5. *versic. secundo modo. lib.* 3. † Extende; quia veniunt vtilia liti; item consequutiua, 4
præambula, & vicina mandato. Anton. de Butr. *consil.* 44. *nu.* 2. *ver. agit enim.* † Extende, vt imo veniant nedum necessaria, sed ea, sine 5
quibus mandatum expediri non potest sine difficultate. Rom. *consil.* 94. *Visis, in fin. ver. vltimo.* † Amplia; quia licet mandatum sit 6
restrictum ad aliquid in genere; si tamen ex sequentibus ampliatur, attendi debet ampliatio. Dyn. *cons.* 46. *In quæstione, quæ vertitur, nu.* 3. *versi. præter ea etiam.* † Amplia; quia mandatum ad actum faci- 7
endum operatur confirmationem, seu ratificationem actus iam gesti. Alexan. *cons.* 146. *In causa, & lite, & per totum, lib.* 5. vbi declarat, nisi actus esset in totum consumptus, & extinctiuus. † Imo ꝙ ha- 8
bens mandatum à Prælato ad locandũ possit ratificare locationes prædecessoris finitas per mortẽ, tenet Castren. *consil.* 4. *Circa primum, nu.* 5. *vsque in fin. lib.* 1. † Extende; quia etiam mandatum ad 9
confirmationem actus gesti extenditur ad actum gerendum. Alex. *d. consil.* 146. *In causa, & lite, per totum*, vbi multa exempla ponit, & declarat, *lib.* 5. † Amplia; quia mandatum ad exigendum debi- 10
tum cum libera administratione operatur, quod potest procurator vendere creditum, & super eo transigere. Fulgos. *consil.* 186. *Pro determinatione, in fine.* † Amplia; quia mandatum ad certos a- 11
ctus extenditur ad actus similes, & æquipollentes, *leg. fin. §. fin. ff. mand.* Alex. plene *consil.* 40. *Circa primum, nu.* 10. *lib.* 5. vbi plena apostil. *in ver. similes*, dat plures concord. † Amplia; quia mandatum 12
ad vendendum comprehendit, quod procurator possit pretium recipere, & exigere. Ias. *in l. eum qui ita, §. qui sibi num.* 13. *ff. de verbor. obligat.* † Extende; quia licet procurator, vel administrator sine 13
speciali mandato non possit obligare bona principalis. *l.* 1. & 2. *Cod. si alien. res pign.* secus est in consequentiam; quia habens mandatum ad contrahendum, vel vendendum potest obligare bona principalis pro obseruatione contractus, *l. is qui.* & ibi Rip. *col. fin. de pignor.* Alexand. *consil.* 118. *In casu, colum. fin. lib.* 5. † Extende, vti- 14
dem sit in mandato ad contrahendum; quia potest exigere. Ias. *d. l. eum qui ita, §. qui sibi, num.* 11. *& sequen. & num.* 13. *ff. de verbor. obligati.* † Restringe, quia non potest confiteri, neque fictam solutionem 15
recipere, nisi expediat domino. Ias. *d. l. eum qui ita, §. qui sibi, num.* 12. *in fin. ver. supradicta omnia, ff. de verbor. obligat.* † Amplia; quia procu- 16
rator ponens manum ad connexa non dicitur excedere fines mandati. Anch. *consil.* 30. Castrens. *consil.* 28. *Viso puncto. lib.* 1. Felin. *in cap. translato, colum.* 3. *de constit.* vbi dicit idem esse in delegato, allegat glossam primam *in cap. licet ergo* 7. *quæst.* 1. † Amplia, quia 17
ha-

habens mandatum ad aliquid censetur etiam habere ad omnia incidentia, & dependentia etiam requirentia speciale mandatū; ideo habens mandatum ad causam censetur habere ad appellandum; item ad petendam restitutionē in integrum aduersus grauamen, & causam restitutionis prosequendæ, licet mādatum requirat. Castren. *cons.* 236. *Viso puncto, in princip. lib.* 2. † Declara; quia habens mandatum ad principalem articulum non habet ad accessorium, quando sine principali expediri potest illud accessorium, Castr. *consil.* 12. *lib.* 1. † Amplia; quia habens mandatum ad negocia extraiudicialia videtur habere ēt ad iudicia pro negocio demandato tanquam ad consequutiua, quod an sit verum; Vide, *Procurator datus ad iudicia, vel negocia in quibus differant, ad quid teneantur, & quid possint. Conclus.* 846. † Amplia; quia procuratori habenti mandatum ad contrahendū solui potest; quia qui mandat, vt contrahat, videtur mandare, vt solutionem recipiat, *l. quod seruus. ff. de solutio.* † Extende; quia qui habet mandatum ad vendendum, dicitur habere ad pretium recipiendum. Bart. *in l. filiæ, ff. de solutio.* Castren. *in l. quod seruus. ff. depos.* Iaſ. *in l. cum quidam. §. qui sibi, aut filio. ff. de verbor. obligat.* vbi citat infrascripta contraria, & soluendo ad ea respondet. † In contrarium videtur facere text. *in l. 1. §. non autem, vers. igitur propositio. ff. de exercit.* vbi Angel. tenet contrarium, quod procurator ad locandum non potest affictum exigere, & idem tenet Roman. *singul.* 23. † Extende, quia habens mandatum ad eligendum habet etiam ad postulandum; quia est proxima postulatio electioni, & per postulationem peruenitur ad electionem. Abb. *cons.* 65. *Ad decisionem, colum. fin. ver. circa quartum. lib.* 2. † Extende; quia exequutores ad maritandum, seu ad matrimonio collocandum filias testatoris, habent etiam mandatum ad contrahendū sponsalia; quia per ea deuenitur ad matrimonium. Abb. *d. cons.* 65. *colum. fin. in* 4. *dubio, lib.* 2. † Limita; quia regula est, quod mandatum ad vnam rē aliam non comprehendit, *cap. constitutus, de procurat.* Roman. *consil.* 461. *In eo quod, num.* 6. † Limita; quia mandatum ad vendendum, liberandum, exigendum, emendum, & alienandum, non sufficit ad calculandum rationes, & confitendum debitum. Cuman. *consil.* 148. *per totum.* vbi, quod clausula, *& generaliter, &c.* non extenditur, nisi ad expressa. Vide, *Mandatum generale ad quæ se extendat. Conclus.* 50. † Extende; quia mandatum ad certum negocium non extenditur vltra quā loquatur, & continet consequutiua, quando sunt diuidua; ideo habens mandatum ad admittendum postulationem, & absoluendum à vinculo ecclesiæ, quo tenetur, non potest absolutum transferre, neque inducere in possessionem alterius ecclesiæ, ad q̄ transferendus erit post absolutionem à vinculo prædictæ ecclesiæ. Rom. *consil.* 330. *Circa primum, nu.* 4. *ver. secundo quia.* † Extende; quia habens mādatum ad præparatoria facti exequendi non habet ad exequutionem facti explendi. Rom. *d. consil.* 330. *nu.* 5. *& seq.* vbi ponit plura exempla, & idem Roman. *cons.* 461. *In eo quod in princ. & quasi per tot. n.* 5. vbi apostill. *in ver. potest.* † In Vicario Episcopi ad recipiendam resignationem ex causa permutationis; qa non potest recepta resignatione conferre ex causa permutationis. Rot. *in antiq. decis.* 1. *de renunciat.* alias 43. Rom. *d. consil.* 330. *n.* 5. vbi apost. *in ver.* 70. dat plures concord. † In habente mandatum ad locandum, φ est præparatorium exigendæ pensionis, non potest exigere. Rom. *d. consil.* 330. *num.* 6. *ver. secundo probatur, & consil.* 461. *in princ.* † Et è conuerso idem Rom. *d. consil.* 330. *n.* 11. † Extende; quia iudex delegatus possessorii, φ est præparatorium petitorii, non habet propterea iurisdictionem in petitorio. Rom. *d. cons.* 330. *nu.* 10. *ver. quarto.* † Extende; quia habens mandatum ad id, φ est consequens, non habet ad id, quod est antecedens, quando vnū stat sine alio. Rom. *d. consil.* 330. *nu.* 11. *ver. item è contra, & consil.* 461. *nu.* 4. *in fi. ver. aut volumus.* † Extende in casu contrario; quia habens mādatum, ad antecedens non habet ad consequens, & è conuerso, quando vnum sine alio stare potest; vnde habens mandatum ad exigendum à conductore non habet ad locandum. Rom. *d. cons.* 461. *num.* 5. vbi apostill. *in ver. potest.* † Extende, quia habens mandatum ad impetrandam gratiam extrahendi granum à Rege Aragonum ex Sicilia, non habet mandatum ad emendum granū, late Rom. *d. consil.* 461. *In eo quod, per tot.* vbi adducit plura similia, & ibi 1. apostill. *in ver. quod non.* dat concord. † Extende; quia habens mandatum ad tractandum reductionem pretii grani ad eā paritatem, quæ poterit, non habet ad emendum granum. Rom. *d. consil.* 461. *n.* 5. *ver. secundo principaliter.* vbi maxime hoc dicit verum, *nu.* 6. *ver. secundo*, quando aderant illa verba, φ de reductione certior aret principalem. † Declara tamen; quia licet Bartol. *in l. filia, ff. de solutio.* dicat, quod procurator ad contrahendum potest solui ratione contractus, intelligitur in procuratore ad vniuersitatem administrandam, non si est procurator particularis. Rom. *d. consil.* 330. *nu.* 6. *ver. nec ad hoc obstat, & consil.* 461. *in princ. ver. nec ad hoc obstat.* † Idem in procuratore ad agendum, quod est præparatorium exactionis, quia non potest exigere. Rom. *d. consil.* 330. *nu.* 7. *ver. secundo principaliter, & consil.* 461. *n.* 2. *ver. secundo principaliter.* † Idē in procuratore habente mandatum ad impetrandum iudicem, φ est præparatorium agendi; quia non potest agere. Rom. *d. consil.* 330. *n.* 8. *& cons.* 461. *nu.* 3. *ver. tertio probatur.* † Restringe in habente mandatum ad inchoandam litem; qu ia potest illam prosequi, l. q *procuratorem. ff. de procurat.* Ratio secundum Romanum; quia in omni parte litis agit, *d. consil.* 330. *n.* 9. *& consil.* 461. *n.* 4. *ver. nec refragatur.* † Restringe, quando nō solum accessorium est, sed incidens; quia tunc mandatum sufficit, ita Roman. *d. consil.* 330. *verific. nec obstat.* † Restringe, quando antecedens non potest stare sine consequenti, & è contra; quia mandatum ad aliquid extenditur ad omnia consequutiua, sine quibus illud fieri non potest. Rom. *dicti consil.* 330. *num.* 11. *ver. secus autem, & consil.* 461. *nu.* 4. *in fi. & nu.* 5.

Mandatum procuræ quando ad causas mouendas extendatur, vel non. Concl. 43.

MANDATVM † procuræ ad agendum, & defendendū contra quoscunq; clericos, & laicos sine enumeratione causarum, ad quas constituitur, ad omnes constitutus censetur, *l. qui habet, §. vlt. ff. de tutel.* & qui vniuersaliter constituitur, ad futuras constitutus censetur, *l. pl. acet. ff. de liber. & posthum.* Oldr. *consil.* 308. *n.* 2. *ver. respondetur dupliciter.* † Amplia, vt multo magis ad futuras constitutus censeatur, quando futuræ habent connexitatem cum præsentibus, prout est causa appellationis, ad quam simpliciter constitutus procurator, censetur ēt in causa appellationis. Oldr. *d. consil.* 308. *n.* 2. *&* 3. vbi dicit *cap. non iniuste, de procurator. & l. iuuntus, C. eodem*, loqui in procuratore cōstituto ad expressas causas; quia tunc appellationes prosequi non tenetur. † Limita, φ mandatum non extenditur ad lites futuras, & mouendas, si non est dictum, quando in mandato aliquæ lites exprimuntur. Old. *d. cons.* 308. *n.* 3. *ver. non obstat.* † Limita; quia mandatum factū ante transactionem, quantumcunq; sit amplum, non sufficit in iis, quæ respiciunt transactionem factam per principalem post mandatū. Bald. *consil.* 27. *Istæ rationes, circa fin. lib.* 2. Vide, *Mandatum ad certas causas non extenditur ad alias, & quando secus. Conclus.* 41.

Mandatum ad causas deuolutas quas comprehendat, vel non. Concl. 44.

MANDATVM † ad causas deuolutas comprehendit causas quomodolibet deuolutas, siue sint de necessitate in Curia tractandas, siue non. Oldr. *consil.* 309. *Præsupposito, quod appellatio, nu.* 2. *ver. & si dicatur.* † Limita, quod non comprehendit deuolutas post mandatum procuræ; quia verbum, *deuolutas*, denotat præexistentiam deuolutionis. Oldr. *d. consil.* 309. *nu.* 2. *ver. & si dicatur, vsque in fin.* † Limita in mandato ad impetrandum, & contradicendum; quia nunquam se extendit ad causam deuolutam. Oldr. *d. consil.* 309. *in fin.*

Mandatum cum libera ad quæ se extendat, vel non. Concl. 45.

MANDATVM † habens cum libera potest pacisci, & transigere, *cap. qui ad agendum, §. procurator, de procurator. in* 6. & dicitur mandatū cum libera, si adest clausula dans plenum, liberū & generale mandatum, cum plena, libera, & generali administratione. Gemin. *cons.* 129. *nu.* 6. *ver. item est ibi clausula, dans, &c.* plenius Crauet. *consil.* 924. *nu.* 9. † Extende; quia mandatum Abbatis & Capituli cum libera sufficit ad transigendum, & concordandum pro lite ecclesiæ. Alex. *cons.* 92. *Perspectis, in princ. lib.* 6. † Extende; quia sufficit ad alienandum, & remittendum fructus, siue nō extent; quia debentur pro eis pecuniæ; siue etiam extent; qa seruando seruari non possunt. Alex. *d. cons.* 92. *in princip. lib.* 6. † Extende, vt idem sit; quia sufficit ad transigendum, & remittendum actionem ad fructus, siue ad pretium; quia idem iudicamus de actione, quod iudicamus de re ipsa, pro qua actio competit. Alex. *d. consil.* 92. *nu.* 6. *ver. & sicut dixi, lib.* 6. † Extende; quia sufficit etiam ad inuestiendum de feudo, vel emphyteusi solito locari per quadraginta annos, quo tēpore præsumitur solemnitas præcessisse, Alex. *d. cons.* 92. *num.* 7. *& seq. ver. potuit etiam, lib.* 6. † Extende; quia mandatum dicitur cum libera; si adest clausula, dans potestatem exercendi ea, quæ possent constituentes, si præsentes essent. Gemin. *dict. consil.* 129. *num.* 6. *& 7. versic. item est ibi clausula, &* plenius Crauet.

Crauet.*consil.*924.*nu.*9. vbi, quod paria sunt dicere, cum plena & libera, vel quod possit, quæ mandans potest. † Et mandatum dicitur cum libera, quando est generale, & cum libera, vel si habet clausulam, *promittit ratum, &c.* maxime, qñ est cõjuncta cum prima clausula, *cum libera*, & dicitur tunc speciale, & sufficiens ad omnia contenta generaliter in mandato. Paris.*cons.*79.*nu.*29.*& seq. lib.*1.& ita loquitur Rom.*consi.*94.*n.*7.*ver. ex quibus*, vbi, quod promissio, q̃ habebit ratum omne, quod factum fuerit circa saldationem computorum. † Declara; quia licet mãdatum cum libera inducatur, quando datur plena facultas faciendi omnia, quæ potest dominus; non tamen procedit, quando esset dictum, q̃ possit procurator facere, quicquid sibi placuerit de certis bonis; quia verbum, *placuerit*, importat arbitrium boni viri, & non censetur data libera facultas. Rui.*cons.*137.*nu.*7.*lib.*2. † Et quod mandatum cum libera inducatur per illa verba, q̃ possit omnia, quæ potest dominus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, & propterea dicatur habere mandatum speciale. Ruin. *cons.*93.*n.*5.*& seq. lib.*5. † Et maxime hoc est verum, qñ clausula illa applicatur particulari negocio, prout, quod possit computa soldare, & circa solidationem possit omnia, quæ potest dominus. Rom.*cons.*94.*Visis, n.*7.*ver. est, & secunda clausula.* † Et per verba, *cõcedatibi, q̃ possis facere in tali re, quemadmodum ego possum*, videtur concessum mandatum generale cum libera, q̃ se extendit etiam ad ea, quæ requirunt mandatum speciale, præterquam, q̃ non potest donare, dilapidare, neq; facere incidere dominũ in pœnam. Alex.*cons.*43.*Viso, & discusso, in princ. lib.*2. † Amplia; quia habentes administrationem publicam videntur habere mandatum cũ libera. Bart.*in l. præses. C. de transact.* sequitur Dec.*cons.*404.*Viso elegãti, n.*5.*ver. & prædicti officiales.* vbi, q̃ officiales Cameræ Apostolicæ, quisunt perpetui, habent mandatum cum libera, & consequenter mandatum speciale. † Amplia, vt habens mandatum cum libera possit ea, quæ potest constitutus in rem propriam, vel is, qui habet speciale mandatum, ita videtur arguere Calder.*cons.*105.*alias*3.*de procurator. in princ.* vbi ista tria mandata à pari videtur æquare; loquitur tñ ad effectum, vt habens talia mandata possit prorogare fatalia instantiæ appellationis, in quibus mandatũ generale non sufficit. † Extende; quia habens mandatum generale, & cum libera potest capi facere debitorem mandãtis. Alex. plene *cons.*133.*Circa exequutionem. per tot. lib.*6. † Extende, vt pariter valeat argumentum à priuatione; quia qui non habet mandatũ speciale, vel cum libera, vel in rem propriam, non poterit prorogare fatalia appellationis. Calder.*cons.*210.*circa fin. ver. aut dicemus.* alias 4. *de appell.* † Extende; quia habens mandatũ cum plena, & libera per verba prægnantia potest ea, quæ speciale mandatum requirunt. Gemin.*cons.*129.*n.*4.*& seq. ver. dixi secundo*, vbi, quod potest habens tale mandatum, & cum verbis prægnantibus compromittere, & renunciare appellationi etiam in præiudicium ecclesiæ; sed tñ ibi adderatetiam specialis enumeratio cum clausula generali, sed *nu.*6.*&* 7. expresse dicit; quod habens mandatum cum libera potest ea, quæ requirunt speciale mãdatum. † Extende; quia potest substituere alium procuratorem. Crauet.*consil.*924.*n.*9.*& seq.* vbi late. † Declara; quia habens mandatum cum libera dicitur habere mandatum speciale ad omnia, præterquam ad ea, quæ requirunt mandatum singulare; quia differunt mandatũ speciale, & singulare. Alex.*d. consil.*133.*nu.*10.*lib.*6. † Amplia; quia procurator habens mandatum cum libera potest nouare. Fran. Aret.*d. cons.*4 *in fin.* † Amplia; quia mandatum speciale, & mandatum generale cum libera æquiparantur; secus si libera est restricta circa præmissa, & expressa. Card. Zab.*consil.*59.*Ad primum, in prin.* Dec.*consil.* 404.*Viso eleganti, n.*6. † Amplia; quia Collegium Cameræ Apostolicæ dicitur habere mandatum generale perpetuum, & cum libera; ideo potest omnia, quæ potest procurator cum libera. Dec. *d. cons.*404.*in prin.* † Limita; quia mandatũ cum libera licet extendatur ad ea, quę requirunt speciale mandatũ, tñ non comprehẽdit, q̃ possit donare, neq; dilapidare, neq; facere incidere dominum in pœnam. Alex.*cons.*43.*Viso, & discusso, n.*2.*ver. sed concesso. cum seq. lib.*2. † Extende; quia non potest tanquam institor banchi recipere pecunias mutuo, nisi concurrant quinque, de quib. Alex. *cons.*44.*n.*6.*lib.*2. primo, q̃ tempore mutui exprimat recipere mutuo pro bancho; secundo, quod esset opportunum sic facere; tertio, q̃ mutuans prædicta sciret; quarto, quod non sit maior summa, quam sit necessaria; quinto, quod sit in loco, in quo possit causa banchi impleri, & plenius *decis. Lanuen.*14.*per tot.* † Declara extensionem; quia institor si habet mandatũ ad recipiẽdum pecuniam, sufficit tolum, quod recipiat expresse in illam causam; si vero non habet speciale mandatũ ad hoc, requiruntur illa quinque; quia non sufficit mandatum cũ libera. Alex.*d. cons.*44.*nu.*11. *ver. secundo respondeo, vsque in fin. lib.*2. † Limita, quia mandatũ cum libera, licet extendatur ad multa; tamen intelligitur respectu expressorũ in mandato. Ideo mandatum ad recuperandum certa bona ad vtilitatẽ constituentis, si sequatur clausula, *cum plena, & libera administratione*, debet intelligi quoad bona recuperanda, & præcedentia, non de aliis. Bald.*consil.*371.*lib.* 4. *in princ. & per tot.* † Extende; quia mandatum cũ libera in præmissis, & circa præmissa restringitur quoad expressa tantũ, Bart.*in l. qui Romæ*, §. *Callimachus. ff. de verb. oblig.* notandum dicit ad multa Card. Zab.*consil.* 59. *Ad primum dico. in princ.* vbi, quod alias constituentes illa quæ tur. † Extende; quia imo clausula, *cum libera in præmissis, & circa præmissa*, est solita apponi per Notarios de stylo; ideo non debet operari vltra expressa. Zaba.*d. cons.*59.*in princ.* & propterea non potest nouare procurator cum libera circa præmissa; quia nouatio requirit speciale mandatũ, vel generale cum libera. † Et q̃ ista clausula generalis, cum libera; si est in mãdato speciali, & restricta ad prædicta non operetur vltra expressa; secus si in mandato generali, vel qñ non restringitur ad præmissa, plene Tiber. Decia.*cons.* 91.*n.*31.*& seq. lib.*3. vbi dicit * cõmunem. † Extende; quia clausula generalis ad renunciandũ intelligitur de renũciatione circa expressa & concessa, non aũt circa extranea, quæ inducerent donationem. Bart.*cons.*6.*Super puncto, n.*1.*& seq. & cons.*7.*per tot. lib.*2. † Limita; quia mandatum cum libera non se extendit ad ea, quę non sunt ex bona fide; ideo non potest procurator sibi ipsi etiam per suppositam personam vendere; quia præsumitur fraus. Ang.*cons.* 387.*Sempronius olim, col. fin. ver. hæc autem vera sunt, & cons.*388.*per tot.* † Extende; quia mandatum cum libera à lege, prout in procuratore Cæsaris, exequutoribus, tutoribus & aliis, non extenditur ad damnosa, *l.*1.*ff. de offic. procur. Cæsar.* vbi Bal. in fin. & *in l.*2.*quæst.*14 *n.*18.*C. de rescind. vendit.* vbi Salycet. *n.*12. & communem * dicit ibi * Lapus *n.*151. † Limita; quia mandatum generale amplissimũ cum libera non extenditur ad ea; quæ constituens facere non posset; & ideo si nobilis habens feudum ab ecclesia, quod potest alienare, constituat procuratorem ad inuestiendum quoscunque sibi placuerit, non potest inuestire ignobilem de feudo nobili; quia dominus non posset. Castrens.*consil.*336.*Laudatio. lib.*1.*per tot.* † Extende; quia mandatum generale nõ extenditur ad ea, quę dominus non est solitus; & quia continet ea, quę quis non esset speciaLiter facturus. Castr.*d. consil.*336.*per tot. lib.*1. vbi plura similia. † Limita, quia non potest donare habens mandatum generale cum libera. Feder. de Sen.*consil.*177.*Quidam habet, in fin. princip. ver. in contrarium.* Bald.*consi.*371.*Viso tenore, n.*2.*ver. secundo quia. lib.*4. quod est Ioannis de Canemortuo, & confirmat Bald. *consil.*373.*Viso tenore, eodem lib.*4. vbi Dec. ampliat. *consil.*402.*In causa illustrissimi, nu.*9. † Extende; quia sicut se non extendit ad donandum; ita neq; ad faciendum pacem. Clar.*in* §. *fin. quæst.*58.*nu.*28. † Extende limitationem, etiam si donatio fiat Monasterio ex causa dotis monialium; quia cum non sit dos necessaria, & sic donatio, non valet, si non probatur ratificatio, Bald.*d. consil.*371.*&* 373.*lib.*4. † Extende; quia non potest confiteri habuisse, si vere non constat de exactione; quia est tacita donatio, quę nõ venit in mandato. Franc. Aret.*cons.*4.*Ex facto proponitur. per tot.* vbi dicit * communẽ. † Limita; quia nec potest pactũ gratuitum, vel remissionẽ facere; quia donatio est. Feder.*d. cons.*177.*in fin. princip. ver. in contrarium, & in fin. ver. super secundo sequitur*, plures concord. adducens, Bologn. *consil.*6.*num.*17.*& seq.* vbi, quod habens mandatum ad transigendum cum libera non potest donare, neque gratuito ius remittere. † Contrarium videtur velle Calder.*d. cons.*105.*alias* 3.*de procurator.* quod imo procurator habens speciale, vel cum libera habens generale, aut constitutus in rem suam possit prorogare fatalia appellationis, quæ non possunt prorogari in præiudicium domini, sicut non potest super re fieri remissio; ita nec in tempus, & duplicatur *cons.*210.*circa fin. ver. aut dicemus*, alias 4. *de appell. ut.* † Declara; quia Feder.*d. consi.*177. loquitur de mandato ad componendum, in quo venit gratuita donatio; secus forte, si esset generale cum libera; vel dic, quod Calderin. loquitur solũ de remissione temporis prorogando fatalia, q̃ minus est, quam donare directe, & ita etiam videtur velle Gem.*consil.*129.*per tot.* vbi mandatum cum libera est sufficiens ad compromittẽdum, & renunciandum appellationi, quando res est dubia, etiã si damnum incertum eueniat. † Extende; quia mandatum ad quietandum, & liberandum debitorem de omnibus, etiam cum libera non se extendit ad acceptilationem debitorum conditionalium, Ang. *consil.*189.*in princ.* nisi sit speciale, vt ibi. Vide, *Procurator cum libera quid possit, vel non.*

Conclus. 837.

Manda-

Mandatum in rem propriam quid operetur. Conclusio 46.

1 MANDATVM † in rem propriam æquiparatur mandato speciali, vel mandato generali cum libera; ideo quicquid potest vnus ex istis, potest alius. Calder. *consil.* 105. alias 3. *de procurat.* quod duplicatur *consil.* 210. *vltra med. ver. aut dicamus*, alias 4. *de appellat.* Vide, *Procurator in rem suam qualis sit. Concl.* 836. Vide Conclusionem prox. præced.

Mandatum ad transigendum, & componendum ad quæ se extendat, vel non. Concl. 47.

1 MANDATVM † ad transigendum, & componendum se extendit ad transactionem, & compositionem, quamuis causa in indiuiduo transactionis, & compositionis non exprimatur. Bart. *in l. filiusfam. ff. de donat.* Castr. *consil.* 90. *Super dubio primi quæsiti, col.* 2. quem allegat Dec. *consil.* 20. *In causa istorum fratrum, col. pen. in*
2 *princip.* † Et dicitur satisfactum legi requirenti speciale mandatũ ad transigendum iuxta *l. transactionis placitum*, & ibi Scriben. *C. de transact. & in l. mandato generali. ff. de procurat.* Alex. *consil.* 129. *Ponderatis iis, colum.* 2. *lib.* 1. Contrarium videtur infra *Concl.* 51. *nu.* 44. *ver.*
3 *Limita; quia ad hoc.* † Limita; quia non potest cedere iura ex alia causa, quam transactionis, ex quo cessio iurium titulum exigit,
4 *l. pen. & fin. Cod. mandat.* ita Feder. de Sen. *cons.* 177. *ver. super primo.* † Limita; quia nec potest donare, neque gratuitam remissionem facere. Feder. de Sen. *d. consi.* 177. *in fin. ver. super secundo.* Bologn. *consil.* 6. *nu.* 17. *& seq.* vbi dicit hoc verum, & multos allegat, etiam si
5 mandatum sit ad transigendum cum libera. † Limita; quia habens mandatum ad transigendum non potest compromittere, nec è contra; quia compromissum proprie non est transactio. Bar. *in l. si societatem, §. arbitrorum, n.* 8. *ff. pro socio, & in l. quod si Ephesi, §.* 1. *ff. de eo, quod cert. loc.* & maxime vbi fit stricta interpretatio, compromissum non venit nomine transactionis, nec è contra. Alex. *in additio. ad Bart. d. §. arbitrorum*, post Im. *in c. si quando, de offic. deleg.*

Mandatum Prælati ad administrandum temporalia, & spiritualia quæ comprehẽdat, vel non. Concl. 48.

1 MANDATVM † Prælati ad administrandum temporalia, & spiritualia, cum potestate agendi, & defendendi super præmissis, & ab eis dependentibus est sufficiens ad agendũ pro molestiis, & iniuriis illatis, vt imponatur illi silentium. Lap. *allegat.*
2 50. *per tot.* vbi in fi. dicit ita obtinuisse Florentię. † Et habens mandatum tale potest omnia, excepta alienatione, *cap. is cui, de electio.*
3 *in* 6. Lap. *d. alleg.* 50. *in princ.* † Amplia, vt ex tali mandato procurator, nedum possit agere inter dicto vti possidetis, & sic de dominio incidenter, sed etiam principaliter, & posset agere rei vendicatione; quia venit hoc de natura administrationis commissæ.
4 Lap. *d. alleg.* 50. *per tot.* † Amplia; quia tale mandatum generale ad exigendum, & administrandum Monasterium cum clausula, *& generaliter, &c.* est sufficiens ad confirmandum concessiones in emphyteusim, & bona solita concedi; quia cum sit alienatio solita, & de facili concedendum cadit sub tali mandato. Bald. *consil.*
5 138. *Factum sub hac forma, lib.* 5. † Extende; quia potest alienare res perituras; quia talia sub administratione cadunt. Bal. *d. cons.* 138. *in*
6 *princip. lib.* 5. † Restringe; quia non sufficeret ad nouam alienationem, seu concessionem emphyteuticam; quia requiritur mandatum speciale, & specialissimum. Bald. *d. consil.* 138. *ver. in contrarium*, vbi ita distinguit. *lib.* 5. Vide, *Prælatus solus sine Conuentu non dat procuratorem, nec præiudicat Ecclesiæ. Conclus.* 500.

Mandatum ad aliquid faciendum non probat factum fuisse, & quid operetur. Concl. 49.

1 MANDATVM † ad faciendum aliquid non probat illud factum fuisse, quod mandatur, *cap. fin. de electio. in* 6. *cum ibi not.* & ideo mandatum ad eligendum non probat electionẽ, & mandatum ad obligandum non probat obligationem, & mandatum ad inuestiendum non probat inuestituram, & mandatũ ad contrahendum non probat contractum. Petr. de Anch. *cons.* 28. *Rationes inductæ, n.* 5. *ver. sed iis non obstantib.* vbi, quod sola destinatio animi, etiam postquam est intimata procuratori, & per eum acceptata, non producit obligationem cum eo, cum quo debet contrahi, nisi postquam inter eum, & procuratorem fuerit actus ce-
2 lebratus. Alex. *cons.* 32. *Viso processu, in princ. lib.* 6. † Extende, vt procedat ét in dote; quia ex mandato ad obligandum mandantem pro dote constituenda non probatur obligatio dotis constituẽ-
3 Alex. *d. consil.* 32. *in princ. lib.* 6. † Amplia; quia infeudatio non probatur ex inuestitura facta in forma commissionis, nisi apparet
4 de processu exequutoriali. Gemin. *cons.* 14. *n.* 5. *ver. quoad secundum.* † Declara, nisi sequutus fuerit effectus illius commissionis, vt
5 quia is, qui mandabatur infeudari, reperitur in possessione feudi; quia tunc videtur tenere Gemin. *consil.* 14. *n.* 7. ℣ possessio scientę & patientę domino feudi probet infeudationem. † Amplia;
6 quia ex mandato de recipiendo certam permutationem beneficii nullum ius quæritur ei, cui mandatur prouideri ex permutatione recipienda. Gemin. *consil.* 136. *in princ. versic. & per mandatum.* † Amplia in tantum mandatum non probare factum, vt neque
7 coadiuuet in casu, qñ esset per procuratorem confecta scriptura priuata, quæ vellet concurrere cum instrumento publico; quia licet sit anterior, & coadiuuetur mandato procuræ per instrumentum; tñ non releuat. Petr. de Anch. *consil.* 28. *per tot. &* 29. † 7
8 Amplia; quia mandatum de dispensando cum aliquo non probat dispensationem sequutã, vt tenuit Rota in vna Seguntin. Canonicatus die quarta Nouemb. 1562. coram bo. mem. Oradino, vt refert bo. mem. Caputaquen. *decis.* 131. incipit *Galeatius Rotula, lib.* 2.
9 † Amplia; quia licentia iudicis, quod quis ponatur in possessionem, non probat pignus prætorium. Bald. *consil.* 493. *Tenor quarundam, lib.* 5. *n.* 2. *versic. in contrarium.* † Extende; quia deputatio custodis in certis castris non probat captam esse possessionẽ ad custodiam, sicut nec titulus probat possessionis apprehensionem, nec
10 inuestitura probat inuestitum possidere corporaliter, nisi sit facta in ipsa re, quæ debet possideri Bald. plene *cons.* 493. *nu.* 2. *ver. in contrarium, vsque in fin. lib.* 5. † Amplia; quia actus, qui debet fieri
11 certo termino, prout electio, præsentatio, iurisdictionis exequutio, licet commissio fiat alteri intra terminum; non tñ probatur factum; imo is, cui commissio est facta, non potest extra terminũ facere, siue terminus sit ab homine, siue à iure. Anch. *consil.* 214.
12 *Franciscus antiquus, nu.* 15. † Extende in eo, qui debet eligere sepulturam suam extra parochiam, dum viuit; quia licet in vita alteri committat electionem, nõ valebit electio facta ab eo post mortem. Anch. *consil.* 214. *n.* 20. *& seq.* † Idem in restitutione in integrũ
13 intra quadriennium petenda; quia non sufficit commissio, quod petatur. Anch. *d. consil.* 214. *n.* 16. *ver. sexto.* † Idem in appellatione,
14 quæ debet interponi intra decem dies; quia non releuat mandatum ad appellandum intra decem dies, si non est facta appellatio. Anch. *d. cons.* 214. *n.* 17. † Idem multis exemplis de eo, qui debet electionem facere, vel electioni consentire, consecrare, vel aliud implere; quia non sufficit mandatum, & implementũ intelligitur, siue per eum, siue per alium faciat in termino præfixo. Anch.
debet esse mandatum in diuiduū, & singulare ad illud pœnatū, alias non sufficit. Alex. *cons.* 17. *In causa. & lite, nu.* 3. *& seq. lib.* 6. † Et non sufficit generale, etiam quod actus generaliter exprimatur, sed causa & persona debet specificari. Rom. *d. cons.* 241. *n.* 11. Socin. *cons.* 128. *n.* 6. *lib.* 1. † Extēde; quia etiam si casus clarus sit, quod dominus non incidit in pœnam, non tamē valet actus; quia sufficit potentia, ita Soc. *d. cons.* 120. *n.* 6. *lib.* 1. *ver. nec valet responsio.* quod est repetitum *cons.* 231. *lib.* 2. † Restringe; quia bene sufficit mandatū cum libera. Bald. & Alex. *in l. scriptum. §. fi. ff. de pact.* Alex. *in l. procurator. ff. de procur.* Ias. *in l. si procurator. n.* 3. *C. de procur.* Dec. *cons.* 404. *n.* 6. Soc. Iun. *cons.* 27. *n.* 7. *lib.* 2. † Amplia; quia mandatum speciale, vel generale cum libera, aut in rem propriam, requiritur ad hoc, vt ex dolo procuratoris præiudicetur principali. Cald. *cons.* 210. *circa fi. ver. aut dicemus*, alias 4. *de appell. & cons.* 105. *in princip.* alias 3. *de procur.* † Et in quibus speciale mandatum requiratur. Alex. *cons.* 33. *lib.* 2. † Amplia; quia mandatum speciale requiritur ad hoc, vt quis possit alium suspectum iurare pro debito. Rom. *cons.* 241. *Spectabiles Domini. n.* 11. vbi apost. *in ver. non potuit*, & plene Soc. *cons.* 120. *n.* 6. *lib.* 1. Fel. *in c.* 1. *vt lit. non contest. n.* 8. *& seq.* † Extende; quia capi non potest suspectus ad instantiam procuratoris, nisi habeat mandatum speciale, nec sufficit mandatum generale. Soc. *d. cons.* 120. *n.* 6. *lib.* 1. & Neap. *in* 3. *par.* 2. *temp. q.* 68. vbi alios allegat Rom. *cons.* 241. *n.* 11. *ver. quod autem.* † Extende idem in relaxatione capti; quia mandatum generale non sufficit, sed speciale requiritur. Soc. *d. consil.* 120. *n.* 6. *lib.* 1. Bart. *in cons.* 84. *In causa Statii, in pr.* † Contrarium tenet Rom. *d. cons.* 241. *n.* 12. *& seq. ver. secundo obijcitur & probatur*; quia coniuncta persona non potest ea, quę speciale mandatum requirunt, & tamen potest coniunctam personam obtinere relaxari, & tollit contraria, & Alex. *cons.* 133. *Circa exequutionem. num.* 9. *lib.* 6. † Declarat Alex. *d. cons.* 133. *n.* 9. *lib.* 6. *ver. non obstat, quod ad petendum*, vbi, ꝙ licet requiratur speciale, non tamen in individuo, & verbis specialibus. † Declarat Rom. *d. cōs.* 241. *in fi.* ꝙ *d. l. Pomponius, in pr. ff. de procurator.* super qua se fundat Bart. *d. cons.* 84. *lib.* 1. loquitur in exemptione personæ, quæ est sub patria potestate; secus, quando agitur de eximendo eo, qui sui iuris est; quia tunc speciale mandatum non requiritur. † Declarat Alex. *d. cons.* 133. *n.* 9. *lib.* 6. ꝙ text. *in d. l. Pomponius.* loquitur, qñ petens excarcerari nō erat procurator carcerati, sed alterius, cuius intererat excarcerari; secus si fuisset procurator carcerati. † Extende in tantum requiri speciale mādatum, vt non sufficiat ad capi faciendum in genere, sed persona, & causa debet exprimi. Rom. *d. cons.* 241. *n.* 11. vbi apost. dat concord. *in ver. non potuit.* Grat. *cons.* 159. *Illustris, n.* 2. *lib.* 2. Aret. *in l.* 1. *n.* 21. *ff. si cert. pet.* † Amplia; quia mandatum speciale requiritur ad dandum obiectus in appellatione extraiudiciali, & ad adhærendū appellationi. Oldr. *cons.* 290. *n.* 2. *ver. respondetur. & aliter, vsque in fi.* vbi hoc ampliat, etiam si procurator sine mandato speciali esset effectus dominus liris; quia intelligitur effectus dominus quoad ea, quæ habet in mandato. † Amplia; quia mandatum speciale requiritur in formalibus. Oldr. *cons.* 331. *nu.* 6. *ver. positionibus autem.* † Generaliter, in quibus casibus requiratur mandatum speciale, & in quibus locis tractetur materia, gl. & ibi Franch. *in c. qui ad agendū, de procur. in* 6. *& inc. nonulli. in ver. speciali, de rescrip. in* 6. *& inc. contra. in ver. mandatū, de resti. in integ.* † Declara, seu limita, nisi mādatū, quod non est speciale, esset fraudulentū ex tempore, vel alias, vt si dominus fecisset procuratorem ad capiendam possessionem rei litigiosæ pendente lite, nam tunc si procurator spoliat collitigantem, tale mandatum ex dolo præsumpto videtur sufficiens. Oldr. *cons.* 199. *Pro fundamento. n.* 6. *ver. nunc vero.* † Declara, seu limita, nisi dominus sciuerit factum, & delictum nomine suo, & ratum habuerit. Oldr. *d. cons.* 199. *n.* 7. *ver. sed dato*, vbi dicit ratihabitionem induci eo ipso, quod nomine suo gestum sciuit, & non cōtradixit, nec protestatus fuit. *n.* 11. *ver. non obstat.* dicit, quod licet in mandato requiratur expressio, id procedit; quia mandatum est ad futura, & incerta, ratificatio vero tacita sufficit; quia est de præterito delicto, & certo.

Mandatum fieri non potest in personas incertas. Concluſ. 53.

MANDATVM † non cadit, neque fieri potest in personas incertas; ideo si quis constituit procuratorē Seium, & ipsius Seii hæredes, mandatum non valet quoad hæredes; quia incerti sunt. Petr. de Anch. *cons.* 22. *n.* 7. *ver. sed hoc non placet.* † Amplia; quia mandatum non cadit in personam ignoratam. Petr. de Anch. *d. cons.* 22. *n.* 7. † Amplia; quia non valet mandatum, per quod constituuntur omnes procuratores tales loci, vel curiæ propter incertitudinē. Boer. *decis.* 274. *n.* 3. † Idem, si dimittatur nomen in al-

bis, quia non valet procuratorium. Boer. *d. decis. 274. n. 3.* licet in fi. dicat seruari de consuetudine contrarium. Vide, *Folium album quando valeat, & obliget, vel non. Concl. 409.* Vide, *Incertitudo vitiat dispositionem. Concl. 65.* † Amplia; quia multæ sunt personæ, in quibus non cadit mandatum procuræ, & factum non valet. Vide, *Procurator quis esse non possit. Concl. 811.*

Mandatum procuræ non potest cadere in multis, quæ per procuratorem non possunt explicari, & quæ. Concl. 54.

MANDATVM † debet esse gratuitum in iis, quæ explicari nõ possunt; quia actus attribuitur gerenti, nõ autem mandãti, vt si vnus sacerdos alteri mandet, vt Missam pro eo celebret, certe ei, qui celebrat, ascribitur celebratio, non ei, qui mandauit. Fed. de Sen. *cons. 15. n. 4. ver. vnde siquidem.* † Adulterium pariter alteri mandari non potest. Feder. de Sen. *d. cons. 15. n. 4. ver. & si mando.* † Aditio hæreditatis non potest fieri per procuratorem; quia eo, ipso, quod procuratorem constituit, censetur adire. Vide, *Aditio hæreditatis per quos fieri possit. Concl. 194.*

Mandatum debet esse gratuitum, & quale. Concl. 55.

GRATVITVM † debet esse mandatum. Ang. *cons. 207. Reperitur quædam scriptura. n. 5. ver. contrarium credo.* † Super re turpi non cadit mandatum obligatorium; quia non valet. Ang. *d. cons. 207. num. 5.*

Mandatum non comprehendit negocia mandatarii cum domino. Concl. 56.

MANDATVM † quantumcunque generale ad compromittendum omnes causas nomine principalis cum quibuscũque personis non comprehendit negocia ipsius procuratoris cũ domino constituente; ideo si vigore clausulæ, *ad substituendum*, substituit alium, & fecit cum tali substituto compromissum, & fuit latum laudum, non valet; quia mandatum non extenditur vt supra *l. si mandauero. §. si tibi centum. ff. mandat.* Bald. *in l. ordo, col. 2. ver. quæro, dat. est potestas creditori. C. de exequut. rei. iudic.* faciunt not. *in l. plane ff. quod cuiusque vniuersit. nomine. c. cum in iure. de electio. & in l. si in emptione. §. fi.* & ibi Salyc. *& in l. non licet. ff. de contrah. emptio.* Dec. *cons. 493. colum. 2.* & ita per plura consuluere D. Marcus de Asinis, & D. Bardus de Altouitis, vbi, quod alias fraus posset committi, nec obstare dicunt, quod inhabilis possit habilé substituere, *clem. religiosis, de procurat.* quia procedit in defectu concernente inhabilitatem personæ, non in defectu consensus mandantis. † Amplia; quia imo mandatum non est, neque cadere potest circa ea, quæ respiciunt commodum, & vtilitatem mandatarij; ideo si mando Titio, quod pro sua offensa vlciscatur, non est mandatum, sed consilium, vel inflammatio. Vide, *Mandatum procuræ multiplex. Concl. 30.*

Mandatum in quibus obliget mandantem, mandatarium, vel vtrumque. Concl. 57.

MANDATVM † regulariter ad licita, & permissa, si exequatur per mandatarium, obligat solum mandantem, ita, quod nõ valet pœnitentia, in iis, in quibus principalis non posset pœnitere. Dyn. *cons. 46. In quæstione. quæ vertitur, in princ.* Vide Conclusionem proxim. seq. Vide, *Procurator qua actione teneatur domino, & è contra. Concl. 820.* † Amplia; quia mandans tenetur mandatario ad omnes impensas per eum in re mandata factas; quia propriis stipendiis militare quis non debet. *l. si quis alicui. §. impendia. ff. mãdat. c. peruenit, & c. constitutus, de fideiuss.* † Extẽ de; quia si qs mãdat alteri, quod construat sibi domum, quæ constructa fortuito casu fuit combusta, vel dirupta, non solum æquum est, sed iustum, q̃ mandans conseruet mandatarium indemnem. Hostien. *in c. sicut, il tertio, de iureiur. l. si pecuniam. §. si. ff. de cond. caus. dat. l. si procuratorem. §. fi. & l. seq. §. item Papinianus, & §. item Labeo ait. ff. mand.* † Amplia in delictis; quia obligat tam mandãtem, quam exequentem, videlicet mandatarium. Fed. Sen. *cons. 15. n. 4. ver. item in rebus illicitis, & in fi. cons. ver. item non obstant iura, quæ immunt*, vbi, quod ideo tenetur mandatarius; quia non excusatur, & ne delicta remaneant impunita. † Limita; quia mandatarius, qui suscepit mandatum de transferendo pecunias alienas ad certum locũ, & ad certam personã absq; præmio, & casu aduerso, vel propter periculũ aliquod dimisit in itinere penes alium, & perditæ fuerunt, non tenetur, nisi de dolo, & lata culpa, *l. eum qui. §. si.* vbi Bart. & Ang. *ff. de furt.* † Extende; quia mandatarius non tenetur actione aliqua mãdati, sed excusatur, si fecit in re mandata illud, quod verisimiliter in causa propria fecisset. Dec. *cons. 430. Quod supra, col. 2.* † Restringe; duobus casibus, nisi mandatarius recepisset mercedem, vel nisi suscepisset in se periculum etiam sine mercede. Bart. & Ang. *d. l. eum, qui. §. fi. ff. de furt.* † Restringe; quia quandoque mandatarius tenetur de leui culpa, puta quando suscipit mandatum in iis, quæ requirunt exactam diligentiam, *l. in re mandata. C. mand.* † Imo quandoque de leuissima tenetur, quando suscipit mandatum in iis, in quibus requiritur exactissima diligentia, prout ad iudicia. *l. à procuratore. C. mand.*

Mandati actio qualis competat inter mandantem & mandatarium. Concl. 58.

MANDATI † actio inter mandantem & mandatarium habet duas clausulas, & obligationes tacitas, videlicet administrationis redditio, & reliquorum solutio. *l. cum seruus. ff. de cond. & demonstrat.* Bald. *cons. 270. Ad euidentiam præmittendum. n. 13. ver. solutio, lib. 1.* † Et propterea, vbi constat de administratione mandatarii, tenetur ad interesse verisimile, & condignum, etiam non probatum; quia in hoc iudex ex æquitate potest taxare. Bald. *d. cons. 270. n. 13. lib. 1.* † Actione mandati tenetur mandans id, q̃ pertinet ad vtilitatem propriam mandantis. † Extende, vt idem sit, si mãdat id, quod pertinet ad vtilitatem alterius, si mandatarius non erat aliter gesturus. Castr. *cons. 37. Antonius non tenebatur, lib. 1. in fin.* † Amplia; quia pariter mãdatarius, & sic procurator tenetur actione mandati ad id, quod ad eum peruenit ex gestione, vel administratione, *l. idẽque. §. 1. & §. si mandauero*, vbi gl. Bart. & alii. *ff. mãdati.* † Et hæc actio est perpetua, & transit in hæredes, non obstante, quod morte mandantis, vel mandatarii extinguatur mandatũ; quia non extinguitur actio nata. *l. si præcedente. ff. mandat. l. 2. & l. si. C. de hæred. actio.* † Amplia; quia mandatarius, qui suscepit mãdatum, & illud explere non potuit, tenetur eum primũ hoc notificare mandãti, alias est in culpa, & tenetur mandanti ad interesse, *l. si mandauero tibi. §. fi. & l. si quis a'icui. §. qui mandatum. ff. mand.* † Extende; quia eo ipso, quod mandatarius suscepit mandatum, & non contradixit, dicitur acceptare mandatum, & obligatur actione mandati, *clem. 1. de procur.* Fel. per illum tex. *in c. cum* M. Ferrariensis *n. 36. in fi. de constit.* ideo tenetur ad exequutionem, *l. si mandauero tibi. §. fi. & l. si quis §. qui suscepit. l. procurator. §. mandati. ff. mand. l. ad comp. rand. as. C. eod. §. mandatum. Inst. eod.* Alex. *cons. 41. lib. 3.* Paris. *cons. 91. lib. 1.* † Amplia; quia procurator tenetur reddere rationẽ de gestis domino, & si quid ad eius manus peruenit, restituere domino. Vide, *Procurator ad negocia. Concl. 846.* & extende vt ibi. † Amplia; quia procurator ad vendendum merces etiam ad tẽpus tenetur eedere iurã domino contra eos, quibus vendiderat credentiam, si vero credidit fallitis, tenetur cedere iura periculo suo. Are. *in l. eleganter. §. si vendiderit. ff. de pignor. actio.* Vide Conclusionem prox. præced. Vide, *Procurator qua actione teneatur domino, & è contra. Concl. 820.*

Mandatum ab vniuersitate factum quæ requirat, & quando valeat. Concl. 59.

MANDATVM † factum ab vniuersitate debet esse factum à duabus partibus ex tribus præsentibus per maiorem partem ipsarum duarum partium ex tribus. Gem. *cons. 139. in pr.* † Extende; quia per illa verba, *quod Canonici constituerunt procuratorem*, vel per verba, *conuocato, & congregato consilio*, non probatur, quod interfuerint duæ partes ex tribus; quia probatio debet de necessitate concludere. Alex. *cons. 112. Visa copia, in fi. n. 8. lib. 7.* & plenius *cons. 195. Reddito, per me. n. 3. & seq. ver. nec obstat. lib. 6.* † Non tamẽ necesse est, quod nomina singulorum exprimantur. † Contrarium in arduis, prout est alienatio, vel locatio perpetua, quia requiritur specificatio nominis singulorum. Alexand. *cons. 1. num. 3. & 4. lib. 4.* † Amplia; quia si mandatum fiat per certos officiales, necesse est, quod constet, quod communitas per eos gubernetur, & quod ipsi habeant hanc facultatem. Gem. *cons. 139. inpr. ver. item non apparet.* † Extende; quia etiam si constaret, non possunt consules, & officiales soli constituere procuratorem, sed oportet, quod constitutio fiat per vniuersitatem, & quod interueniat authoritas superioris. Gem. *d. cons. 139. In causa Reuerendi in princ. ver. item non apparet.* Vide, *Probatio debet de necessitate concludere. Concluſ. 765.* Vide, *Vniuersitas qualiter constituat syndicum, & quæ solemnitas requiratur. Concl. 267.*

Manda-

Mandatum vniuersitatis quando obliget singulares. Concl. 60.

MANDATVM † factum ab vniuersitate circa ea, quæ spectant singularibus personis de vniuersitate, dicitur factum à singularibus, ita quod sententia lata contra talem procuratorem præiudicet etiam singularibus. Castr. *consil.176. Videtur, quod præiudicius, in fin. ver. præterea. lib. 2.* Vide, *Vniuersitas in quibus non possit præiudicare singularibus, & è contra. Concl. 262.*

Mandatum à Capitulo factum quæ requirat, & quando valeat. Concl. 61.

MANDATVM † syndicatus factum à Canonicis Ecclesiæ, vel ordinis, potest fieri à minori parte, quando maior pars est absens; quia absentes non sunt vocandi. Feder. de Sen. *consil.148.* *Casus talis est, nu. 2. ver. item facit alia præsumptio.* † Declara, quod absentes non sunt vocandi in compositione; syndicatu, alienatione, & similibus; quia in istis vocantur solum præsentes; secus in electione, receptione Canonicorum, & collatione. Ioan. Andr. *in 1. de iis, quæ fiunt à maior. par. Capit.* Feder. *consil.288. in princ.* † Amplia; vt subsistineatur, & valeat mandatum huiusmodi, in quo dicitur, quod à maiori parte Capituli fuit factum, donec de contrario probetur; quia præsumptio est pro mandato, & enunciatis in eo. Fed. de Sen. *d. consil.148. per tot. vbi est casus.* † Extende hanc ampliationem, vt procedat, & si aliquis fuit constitutus syndicus procurator à Capitulo, in qua constitutione interuenerunt septem monachi, & Abbas; quia si reuocatur per Abbatem, & duos monachos, cum assertione, q faciunt totum Capitulum, adhuc probatur, q à maiori parte, nisi doceatur plures monachos tunc extitisse. Feder. de Sen. *consil.214. In anno, per tot.* † Amplia; quia mandatum Capituli factum sub nomine Capituli, quod est nomen collectiuum, valet, & præsumitur factum ab omnib⁹. Alex. *consil. 7. in fin.* vbi apostil. *in ver. duobus*, hoc dicit expresse. *lib. 1.* quia nomina licet non exprimantur, valet, & idem repetit *consil.49. In causa, num. 12. ver. & propterea in proposito, lib. 7.* † Restringe; quando nomina non exprimuntur Canonicorum, & dicere tur, *quod Canonici*; quia non valet tale mandatū; quia possunt esse duo Canonici, qui non faciunt maiorem partem. Alexan. *d. consil. 7. in fin.* vbi apostil. *in ver. duobus lib. 1.* & repetit *d. consil.49. num. 12. lib. 7.* † Restringe; quia in arduis, & ponderosis nomina singulorum de Capitulo, vel de vniuersitate debent exprimi, alias mandatum non valet. Alexand. *consil. 1. num. 3. & 4. lib. 4.* † Limita in tribus casibus, videlicet in receptione Canonicorum, collatione præbendarū, & electione Prælati, in quib. absentes sunt vocandi. Fed. de Sen. *d. consil.148. circa fin. ver. & hoc verum.* † Declara tamen, quod istis tribus casibus absentes vocantur, dummodo non sint in curia; quia vocandi non sunt. *c. cum inter vniuersas, de electio.* Fed. de Sen. *consil.288. num. 1. in fi.* † Limita; quia mandatum factum à Generali Ordinis, non dicitur mandatum Capituli; sicuti neque procurator constitutus à tutore post litem cōtestatam dicitur ,,curator pupilli; sed tutoris. Castr. *consil.16. Sponderarentur, n. 2. lib. 1.* Vide, *Capitulum quæ possit sine Episcopo. Conclus. 53. cum Concl. ibi prox. seq.*

Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta, & quando secus. Concl. 62.

PROCVRAE † mandatum debet produci parte opponente, alias gesta medio tempore irrita sunt, & nulla; quia paria sunt, non facere, & minus legitime facere. Lap. *alleg. 82. Non valuit actus, in princip.* qui bene loquitur in casu, vbi erat ita dispositum per legem municipalem, & sic per statutum. Alexand. *consil.72. Circa id, de quo.* qui loquitur in casu statuti, q intra quinq; dies commissio appellationis præsentetur, & loquitur in eo, qui præsentauit cōmissionem in termino, sed non produxit mandatū, nisi post terminum, vt non valeat, si pars opposuit de mandato. *lib. 4.* Castr. *consil.12. Tota disputatio, nu. 3. & seq. per tot. lib. 1. & consil.16. in princ. eod. lib.* idem videtur tenere Fulg. *consil.162. Visis actis, in fin. & consil.138. In quæstione, & causa. num. 2. ver. cæterum in diuersum.* Cruet. *consil.108.* Guidobo *decis.28.* ita coram R. P. D. Millino in vna Romana seretariatus, 20. Nouemb. 1592. & extat decisio Rotæ. Guidobo. *decis.129. & diuer. decis.163. inc. Die 27. Ianuarii.* Ias. *in l. licet, nu. 10. in 11. limit. Cod. de procur.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu inhabil. & mand. n.117.*

Contrarium, † quod imo sufficiat producere mandatum quandocunque, etiam post quam pars opposuit, & acta cōualidentur, tenet Rota *in nou. p. 1. decis. 599.* vbi, q ita seruat Rota; q quandocunq; mandatum producitur de præterito factum ante oppositionem valet processus; quia protestatio neminem exaduerso audiri, nisi docto de legitimo mandato tollitur, & impletur per exhibitionem mandati. Ang. *cons. 157. n. 2. ver. si tamen.* Cast. *cons. 291 Visis, col. pen. ver. nunc est videndum.* Put. *decis. 383. lib. 2. n. 8. vsq; in fin.* vbi, q oppositio non tollit, quin si constat de vno mandato ante oppositionem, sanetur etiam post sententiam; secus si mādatum esset posterius, vel per ratificationem, apost. ad Alex. *consil. 72. lib. 4. in ver. desertam.* Van. *tract. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. reparetur, n. 105. ver. si vero.* Curt. Iun. *cons. 63. col. 2. in pr.* Natt. *cons. 126. per tot.* maxime *n. 7.* vbi, q ita de consuetudine seruatur. † Declara; quia etiam si prima opinio teneretur; non tamen procedit, quando non continuauit protestationem in singulo actu iudiciali; quia censetur recessisse à protestatione. Rot. *in nouiss. p. 1. decis. 599.* & facit Mohed. *decis. 44.* Put. *decis. 380. lib. 1. & decis. 218. lib. 2.* † Amplia; vt procedat, etiam si mandatum esset productum per aliam personam ad alium effectum; quia adhuc non cōualidantur acta. Lap. *alleg. 82. in pr. ver. nec prodest productio.* † Extende, quia licet mandatum sit productum in causa principali, debet ,,produci in causa taxationis expensarū coram alio iudice. Castr. *cons. 12. lib. 1. per tot. & cons. 16. in pr. eod. lib.* † Extēde, vt idem sit coram quocunq; alio iudice, qui non vidit mandatum, quia debet produci de nouo parte petente, & nedum mandatum, sed omnia acta. Castr. *d. cons. 12. n. 3. vsque in fi. lib. 1. & cons. 16. in pr. eod. lib.* † Extende, vt procedat etiā in mandato actoriæ; quia debet produci parte opponente, & nō sufficit verbalis productio. Fulgos. *cons. 138. In quæstione, & causa, nu. 2. ver. cæterum in diuersum.* † Imo etiam si esset productum mandatum actoriæ, non sufficeret, si non constat de satisdatione tutoris, qui constituit actorem; quia ante satisdationem nō potest administrare, nisi esset datus ex testamento, & remissa satisdatio. Fulg. *cons. 138. num. 2. ver. cæterum.* Extende; † quia nedum debet produci mandatum, sed dari copia parti petenti, ad hoc, vt dicatur ,,ductum, ad effectū, vt terminus statuti ad excipiendū cōtra instrumentum, cuius exequutio petitur, concurrerit; quia ante legitimatam personam comparentis nō currit dilatio. Fulg. *d. cons. 138. n. 2. ver. cæterum, vsque in fin.* † Amplia; quia allegatio mandati non sufficit, nisi producatur ad inducendū morā contra alium, etiam si reueratis, qui comparuit, fuisset procurator. Bal. *cons. 27. Istæ rationes. lib. 2.* † Extende; quia in extraiudicialibus reus non tenetur excipere de mandato, sed actor debet ostendere mandatum. Bal. *in rubr. C. mand.* † Amplia; quia non sufficit productio mandati facti ab œconomo, & eo, qui alieno nomine agit, nisi ostendatur facultas eius, qui constituit, & si principale mandatum. Lap. *alleg. 82. in princ. ver. & facit ad hoc.* † Amplia; quia nedum parte opponēte, sed etiam si pars non opponat, potest iudex ex officio velle, q producatur. Fel. *in c. consuluit, in fi. de offic. delegat.* Rom. *cons. 17. Sciēb. ant. n. 2.* † Amplia; quia imo Florentiæ secundū formam statuti, ét parte non opponente debet ,,produci in primo actu gesto in causa per procuratoré cum nomine Notarii, & tempore rogitus. † Amplia; quia sicut iudex ante receptionē litterarum suæ iurisdictionis non habet iurisdictionē, ita ét procurator ante receptionem mandati. Lap. *alleg. 82. n. 4. ver. non fuerunt delatæ*, qui allegat gl. ordin. *in clem. 1. de procurator.* Compost. *inc. 1. de electio.* Archid. *inc. 3. de procurator. in 6.* Speculat. *eod. tit. §. 1. ver. quid si procurator.* & est cōmunis * opinio, vt per Curt. Iun. *consil.63. in princip.* licet ipse limitet, quando adest clausula rati, & in beneficialibus; quia si nō est facta contradictio, valent gesta, & dicit * communem. † Intellige, ét si opponatur de mandato; quia nihilominus ante receptū mandatum, quod erat, valent gesta, si sequatur ratificatio, seu si erat ratificatio in mandato. Curt. Iun. *d. cons. 63. col. 2. in princ.* Alex. *cons. 146. In causa, & lite, in fi. ver. præterea, n. 33. lib. 5.* † Extende in beneficialibus, vt per Alex. *d. cons. 146.* sequitur Boer. *decis. 274. nu. 2.* latius *decis. 348. num. 7.* † Extende in omni materia, quādo est certioratus, licet mandatum non receperit. Boer. *decis. 274. n. 2. & seq.* Marsil. *in l. si quis ne. ff. de quæstio. nu. 59.* † Restringe, quando in mandato non datur certa forma; quia potest ante receptum mandatum gerere officium procuratoris. Alexand. *d. consil. 146. num. 34. lib. 5. ver. præterea, vt dicit.* † Restringe, quando fuit procurator certioratus per litteras, licet mandatum non receperit, valent gesta per eum ante receptum mandatum. Alex. *cons. 146. in fi. lib. 5.* † Declara, nisi mandatum sit cum clausula ratihabitionis. Alex. *cons. 146. In causa, & lite, prope fi. ver. non obstat, libr. 5.* plene Curt. Iun. *cons. 63. cir. fi. lib. 1.* qui dicit * communem. † Idem, quando nō est data certa forma, vel quando aliunde de mandato fuit certioratus. Alex. *cons. 146. in fin. lib. 5.* † Amplia; quia præsentatio facta per procuratorem ad beneficium iuris patronatus est nulla, si intra tempus ad præsentandum concessum mandatum procuræ non est exhibitum. Lap. *alleg. 22. in princip. an sufficiat.* † Amplia; quia procurator non dicitur habere personam legitimam,

non ostenso mandato *l.procuratori, ff.de condit.caus.dat.* Ang. *cons.93.*
25 Alexand. *cons.72.nu.3.& 4.lib.4.* † Amplia; quia in casibus, in quibus procurator admittitur cum cautione rati, vt quia mandatū non est recognitum, vel quia negatur Notarius; tamē tale mandatum debet produci. Bald. *consil.118. Quia plenissime, in fin. ver. vltimo est concludendum, lib.3.* † Amplia; vt quod dicitur de mandato, idem sit de tutela; quia si compareat actor ad lites constitutus a tutore, & non doceat de tutela, acta sunt nulla, parte opponente.
26 Castrens. *consil.463. In causa vertente, in princ. lib.2.* vbi, ꝙ is, qui litigat cum tutore, sit cautus, vt faciat producere tutelam, & inuentarium, alias omnia essent nulla, licet sententia pro pupillo valeret. † Amplia; quia non valet electio compromissariorum facta per iudicem vigore statuti, ꝙ causa compromittatur, si non est productum mandatum in actis tempore petiti compromissi, vel si est productum, non est data copia parti. Bald. *cons.28. Ifud negocium, lib.5. in fin.* † Amplia, vt nec releuet productio mandati non validi, vel actoriæ non validæ, puta si non constat de causa necessaria, de decreto iudicis, & ꝙ fatisfecerit, vel quando tutela est
29 nulla; quia tutor est debitor pupilli. Castr. *cons.463. in princ. lib.2.* † Amplia; quia si dominus opponit de mandato contra prætēsum procuratorem agentem pro eo, nisi de mandato constet, acta sunt nulla, & non præiudicant domino, plene Vant. *de nullitat. tit.*
30 *quib. mod. sent. nulla, nu.91.* † Extende, etiam si iudex pronunciasset absente domino mandatum legitimum; quia non nocet. Vant.
31 vbi supra, *num.93.* † Amplia; quia si quis egit sine mandato, & pars opposuit de mandato, acta omnia sunt nulla. Angel. *consil.157.*
32 *In prædicta quæstione, col.2. ver. super secundo.* † Extende idem in tutore non producente tutelam, & inuentarium; quia omnia nulla in præiudicium litigantis cum eo, licet valeat sententia pro pupillo. Castren. *cons.463. in princip. lib.2.* & loquitur, etiam si pars non
33 opposuit. † Extende, vt si fecit actorem, debeat actor producere tutelam, & inuentarium, parte opponente, alias omnia sunt nul-
34 la. Castren. *d. consil.463. in princip.* † Extende, vt idem sit, qñ quis agit tanquam substitutus; quia parte opponente debet docere de mandato principali, & de substitutione. Angel. *d. cons.157. col.2. ver.*
35 *super secundo.* † Extende, vt procedat, ꝙ oppositiō mandati est releuans, etiam si opponens comparuit in causa cum ipso prætenso procuratore; quia semper exceptio potest opponi, donec super mandato, quod sit legitimum, sit pronunciatum. Alex. *d. consil.72.*
36 *num.2. ver. nec obstat. lib.4.* Dec. in *c. cum super. de offic. delegat.* † Extende; quia etiam si ego litigaui cum eo, quem scio non esse procuratorem, non propterea prohibeor posse opponere in qualibet parte iudicij exceptionem, *tu non es procurator*, & debet ipse docere de legitimo mandato, nisi esset pronunciatum mandatū esse le-
37 gitimum. Alex. *d. consil.72.n.3. ver. plus dicit Bartol. lib.4.* † Declara; ꝙ quando est facta productio mandati in actis, & cum tali procuratore fuit litigatum, non potest postea is, qui litigauit cum tali procuratore, opponere, quod mandatum non sit legitimum; si vero non fuit productum mandatum, & fuit oppositū de mandato, non dicitur legitimata persona procuratoris, nisi super legitimatione fuerit pronunciatum. Alex. *d. cons.72. nu.4. lib.4.* vbi,
*38 quod * omnes ita tenent. Extende; † quia approbatio procuratoris in vno actu, & vna causa non operatur, ꝙ etiam ad aliam
39 causam extendatur. Alex. *d. cons.72. in fin. lib.4.* † Extende; quia non dicitur in mora constitutus ex interpellatione prætensi procuratoris, donec de illius mandato constiterit. Alex. *cons.78. Viso, & diligenter, n.7. lib.5.* vbi apostill. in *ver. non exhibuit*, citat Tiraq. *de retract. lign. §.36. gl.2. n.4. & seq.* vbi citat infinitos pro vtraq; parte. †
40 Restringe; quia licet mandatum non fuerit productū in termino, ꝙ erat causa repellendi à iudicio; si tamen non fuit repulsus, & constat, ꝙ erat procurator tempore oppositionis valent gesta.
41 Castrens. *cons.291. col. pen. post med. ver.2. quia, lib.1.* † Restringe, vt nō procedat, si mādatum produceretur post, & de eo appareret, vel fieret ratificatio. Ang. *cons.157. n.2. ver. sit tamen de dictis.* Castren. *cons.*
42 291. *Visis iis, quæ, col. pen. ver. primo, quia tunc dicerentur, lib.1.* † Restringe; quia sicuti reus potest in qualibet parte iudicii excipere de mandato; ita actor in qualibet parte iudicii potest mandatū suum producere. Roman. *consil.170. in princ. ver. & primo*, vbi apostil.
43 in *ver. actoris*, citat concord. † Restringe, quando fit ratificatio gestorum à procuratore ante sententiam. Fulgos. *cons.162. Visis actis,*
44 *in fin.* † Restringe; quia imo etiam parte non opponente, ne iudicia elusoria reddantur, potest iudex compellere partem ad producendum mandatū, & productio isto casu in omni parte iudi-
* cii admittitur, secundum * communē, de qua Rom. *cons.170. n.2. ver. quinimo*, vbi apostill. in *ver. producat*, citat Marsil. in *l. si quis ne qu.*
45 *n.13. ff. de quæstio.* † Declara; quia si mandatū est productum, & super eo controuertitur, an sit legitimum, vel non, pronuncia iudicis, quod sit sufficiens, facit esse legitimum, si non est appellatum, vel si appellatio transiuit deserta. Ang. *cons.140. Quidam Matthæus.* Iaf.
46 in *l. licet, n.8. in 2. fallen. C. de procurat.* † Declara, qñ mandatum esset productum per instrumentū carens nomine Principis, vel alia solemnitate; quia licet instrumentum sit nullum; non tñ est nullum mandatum. Ideo conualidatur, vel ratificatione, vel probatione, extra instrumentum. Ang. *cons.292. Visis omnibus, nu.3. & seq.*
47 *ver. super secundo.* † Restringe; quia primo incumbit onus docendi de mandato, si vterque opponit, reo opponenti; postea vero actori, Boer. qui ita distinguit *decis.281. nu.11. & seq.* vbi, quod si est
48 productum; sed non registratum, sufficit. † Restringe, qñ erat in actis eiusdem Notarii causæ. Oran. in causa Cornetana damnorum, & interesse 16. Nouembris 1584. † Restringere videtur in
49 reo Fulgos. *d. cons.162. in fin.* quasi sine mandato liceat defendere, vide eum *d. cons.162. in fin.* † Restringe ad effectum impediendi
50 venditionem pignoris; quia si procurator offert, & deponit pretium, impeditur venditio, licet non doceat de mandato, qñ reuera erat procurator, & postea docet de mandato. Fulg. *cons.127.*
51 *Cum Titius, in fin.* allegat *l. per procuratorem. ff. de pact.* † Amplia; quia in tñ est verum, quod parte opponente de mandato nō valeant gesta, vtneq; valeat ratificatio. Iaf. in *l. licet, in fin. in 11. limitat. C. de procurator.* Simon de Præt. *cons.177.* Ferrott. *cons.321. nu.1.* Crau. *cons.*
52 108. Feli. in *c. causam, 11. primo n.9. de iudic.* Rota Ianuen. *decis.54.* Alex. *d. cons.72. lib.4.* late Crauett. *cons.387. col.2. n.3. & 5.* vbi, ꝙ paria sunt, non producere mandatum parte opponente, vel illud nō habere, vt ratificatio post oppositionem nō releuet, plenius Alex. *cons.*
53 38. *Viso, & diligenter ponderato, nu.11. & seq. ver. nec prædictis obstat, lib.1.* sequitur Menoch. *cons.100. n.38. & seq. lib.1.* † Contrarium tenet
54 Nat. *cons.126. per tot.* maxime *n.7.* vbi, ꝙ consuetudo est in contrarium, ꝙ producto mandato non sufficienti, si opponatur, sit aliud sufficiens cum ratificatione gestorum, & ꝓcedit iudicium.
55 † Amplia; quia si quis constituat procuratorē nomine suo, & nomine alterius, pura ad notificandū aliquid, vel ad protestādum, si talis procurator notificet, vel ꝓtestetur non exhibito mandato, non valet protestatio. *clem. causam, de electio.* & Bart. in *l. quia absentem. ff. de procurator. & in l. de pupillo, §. qui procuratorio. cum ibi not. ff. de nou. oper. nunciat.* † Amplia; quia iudiciū est nullum factum cum
56 falso procuratore, de cuius mandato sufficit, ꝙ non constet, etiam si non sit oppositum. Io. de An. *cons.104. Visis, & ponderatis per tot.* qui loquitur non obstante statuto, Bononiæ, ꝙ sententiæ incameratæ plene probent; quia si apparet processus, & non constat de mandato, sententia est nulla. † Extende, ēt si iudex ꝓnun-
57 ciasset eum procuratorem; quia non præiudicat domino. Bolog. in *addit. ad d. cons. Io. de Anan. in prin.* † Et ꝙ non valeat iudicium morum per assertum procuratorem, nisi doceat de mandato. Bald.
58 in *l. qui absentem, in 3. not. ab. ff. de procurator. & in l. de pupillo, §. qui pronocauit, col.2. ff. de nou. oper. nunciat.* allegat *l. si quis insciatus. ff. depos.* & qz qui pro alio vult agere, debet de mādato docere, alias repellitur;
59 quia sua non interest, supra *Concl.32.* † Extende, vt procedat, etiā si talis suscepit, vel incepit iudicium vt procurator, & omni meliori modo; & vellet nunc subsistinere nomine proprio propter
60 clausulam, *omni meliori modo*; quia talis clausula nihil operatur circa repugnantia, & contraria. Bald. in *l.2. col.3. de probat. & in l. adita. col.2. C. de edendo*, repugnant enim ad inuicem, ꝙ quis agat tanquā procurator, & non vt procurator, sed dominus. † Extende idem,
61 si iudicium fiat cum actore non producta tutela, & inuentario tutoris; quia omnia nulla facta contra pupillum, licet pro pupillo valeant; ideo cautus sit agens cum pupillo, vt legitimatio fiat.
62 Castr. *cons.463. In causa vertente, lib.2. in prin.* † Restringe tribus modis, nisi dñs sciuerit, & tacuerit, nisi sit cōiunctus, vel valde amicus; quia præsumitur procurator, ꝓut præsumeretur qui libet, nisi doceatur de contrario. Bologn. in *d. cons. Io. de Anan.* 104. † Am-
63 plia; quia imo si extat statutum, prout Florentię, ꝙ in primo actu debeat produci mandatū, alias omnia acta sint nulla; quia est formale, omnia acta erunt nulla, non facta ꝓductione. † Extende in
64 tantum, quod ex superuenienti productione non sanantur acta nulla. Bald. in *l. legatum*, alias *si vxorem, col.1. C. de cond. insert.* & in statuto Florentino. Cast. in *l. errore. ad fin. C. de testamen.* & extat reformatio anni 1548. Florētiæ, in qua datur modus producendi mādatum, alias inducit nullitatē processus, tollit audientiam, & sic
65 impedit litis ingressum. Bal. in *l. post quam liti, col.2. C. de pact.* † Extē-
de, etiam si pars non opponat, ex quo statutū prohibet, & generales exceptiones hoc important. Iason in *l.1. §. sublata. col.3. ff. ad Treb.*
66 vbi Ripa. † Limita; quia si dominus sciat causam suam agitari per talem procuratorem, & taceat, videtur dare mandatum Rom.
67 *cons.170. Sciebant, in prin.* vbi apostil. in *ver. præbuisse*, quæ citat infinitos, & dicit * communē. Vide, *Mandatum ex quibus tacite inducatur.*

64 Concluſ.31. † Limita, quando non fuit oppoſitum; quia ſufficit quandocunque probare mandatum. Fulgoſ.*d.conſil.162. Viſis actis, in fi.* Vide, *Procurator admiſſus, qui non debuit admitti, valide agit. Concl.*
65 827. *cum Concl.ibi prox.ſeq.* † Extende; quia poteſt etiam produci in ſecunda inſtantia, & conualidantur geſta in prima inſtantia, quando reuera erat procurator etiam tempore actorum. Angel.
66 *conſ.*292. † Declara, quia imo ēt parte non opponente mandatum debet omnino exhiberi, ad hoc, vt proteſtatus, vel interpellatus incurrat in moram, vel culpam; quia non tenetur credere aſſerenti ſe habere mandatū; & hoc, ſiue agatur in iudicio, ſiue extra iudiciū. Alex.*conſ.*78. *Viſo, & diligenter.n.6.& ſeq.ver. quia reſpondeo, lib.*5. Vide, *Intimatio vt dicatur legitima quæ requirantur. Concl.* 338. †
67 Reſtringe declarationē, niſi proteſtatio, vel intimatio fieret authoritate, & commiſſione iudicis, vel per iudicem. Alex.*d.conſ.*78
68 *n.*10.*& ſeq.lib.*5. † Reſtringe; quia etiam parte nō opponente non poteſt produci poſt concluſum in cauſa. Alex.*conſ.*72.*in pr.lib.*4.*&*
69 *conſ.*101. *Viſis.n.*8.*ver. ſecundo reſpondeo, lib.*5. † Contrarium, q; etiam poſt concluſum in cauſa, qñ non fuit oppoſitum, poſſit produci.
70 apoſt. ad Alex.*conſ.*101.*n.*8.*in ver. Produci.* † Limita; quia procurator ſubſtitutus à non habente poteſtatē ſi agit cauſam parte non opponente, valet iudicium; imo ēt ſi pars opponat, poteſt ratificare dñs & eo ipſo, quod ſciuit, & paſſus eſt, cenſetur de diſſe mandatum. Cald.*conſ.*106. alias 4. *de procurator.* † Extende, vt ſit idem in
71 aduerſario litigante; quia ſi admittit non habentem mandatum, valet iudicium, & cenſetur habilitaſſe, ita Marſil. qui multa ſi-
72 milia allegat *in l.ſi quis ne quæſtio, n.*84.*& ſeq.ff.de quæſtio.* † Limita; qa quandocunq; ſufficit docere de mandato etiam poſt ſententiam, quando declinatoria exceptio, vel mandati non fuit oppoſita; qa ſufficit tunc producere mandatum, quando opponitur. Bal.*conſ.*
73 122. *Vtrū dictus proceſſus. circa princ. ver. modo videamus, lib.*3. Crau.*conſ.*
74 108.*in princ.* † Et quod de iure communi poſſit produci in qualibet parte iudicii. Rom. *conſ.*170. † Extende, vt procedat, etiam ſi fuit oppoſita exceptio; quia ſufficit docere de mandato poſt, vt iudicium conſolidetur. Ang.*conſ.*157. *In prædicta quæſtione, n.* 2. *ver. ſi tamen de dictis*, quod intelligas poſt per paucum tempus, & per apoſtill. ad Alex.*conſil.*72.*lib.* 4. & pro primo dicto vide plene Menoch.*conſ.*100.*n.*38.*& ſeq.lib.*1. Crau.*conſ.*108.*in pr.* Vide, *Procurator ſi egit ſine mandato legitimo, quando valeat iudicium. Concl.* 828.

Mandatum non requiritur multis caſibus, quibus vnus agit pro alio ſine mandato. Concl. 63.

1 DOMINVS † poteſt agere pro moleſtia data ſubdito ſuo, ratione ſui proprii intereſſe ſine mandato, etiam ſi conſequēter reſultaret commoditas ſubdito; ſecus ſi vellet agere principaliter pro ſubdito; quia non poteſt. Old.*conſ.*206. *In cauſa Carnoen.n.*3.*ver. ad intelligentiam, c.licet, in fin. de probat.* vbi Archiepiſc. Rauennæ egit pro defenſione habitatorum caſtri Arioli. Gemi.*conſ.*
2 14.*in ſ.ver.& ſi dicatur*, vbi, q; vaſallus Eccleſiæ agit pro ſuis ſubditis circa ea, quæ vendicantur ab eis, quæ ſpectat ad dominum. †
Prælatus pro eccleſia etiam ſine conſenſu Capituli poteſt agere ſine mandato; imo, & ſubſtituere alium, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam. Lap. *alleg.*49. *per tot.* Vide late Spec. *tit. de actore*, vbi
3 ponit multos caſus. † Pater agit pro filio ſine mandato, *l.cum oportet, C.de bonis quæ liber.* Inno. *in cap.cum olim, de teſtib.in pr.* † Conſan-
5 guineus pro conſanguineo. Innoc. *d.cap.cum olim, de teſtib.in princ.* † Archidiaconus, & Canonicus, & quilibet de Eccleſia poſſunt agere nomine eccleſiæ etiam contradicente Epiſcopo, & Prælato, pro re eccleſiæ male alienata, ſeu occupata. Innoc. *in d.cap. cum olim, de teſtib. in princ.* vbi dicit hoc procedere, ſi Epiſcopus eſt negligens, & ſummarie conſtat. Lap. *alleg.*51. *ver. ad tertium, n.*2.*&* 3. dicit, q etiam ſi Epiſcopus, vel alius Prælatus non eſſet negligens, poteſt agere pro re male alienata per text. *in c. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alienand. in fin.* pro aliis vero caſibus, de quibus *in d.cap.*
6 *cum olim.* procedit diſtinctio. Vide, *Agere nomine Eccleſiæ quando, & q poſſint. Concl.*243. † In popularibus actionibus, ſingularis perſona, & vnuſquiſq; poteſt agere, & denunciare ſine mandato. Cald.
7 *conſ.*119. quod eſt 5. *de iudic.& ſor.comper.* † Socius mercator eiuſdē fundaci, poteſt agere & exigere ſolidum creditum fundaci, nec admittitur exceptio, q; non habet mandatum, vel quod non cōſtat, pro qua rata ſit ſocius. Angel. *in l.ſi vnus, in princip. ver. ſequitur in textu. ff.de pactis*, quem ſequitur Cuman. *conſil.* 7. *Primum videndum, n.*11. *ver. in ſecundo.* † Extende; quia de debito fundaci, vel credito non liquido poteſt compromittere, etiam in præiudicium
8 aliorum ſine mandato. Ang. *d.l.ſi vnus. n.*5. *ver. item de debito. ff.de pact.*
9 Reſtringe; † quia non poteſt pacto, vel nouatione liberare debitorem fundaci communis. Ang. *d.l.ſi vnus, in princ.& n.* 5. *ver. ſequitur. in gl. ff.de pact.& n.*4. *ver.& ex hac.* † Extende, quæ dicta ſunt de
10 ſociis mercatoribus eiuſdem fundaci, vt procedant etiam in ſociis conducentibus gabellam. Ang. *d.l.ſi vnus, n.*1. *in fin. ver. iſtud etiā vidi, ff.de pact.* † Maritus agit pro vxore; quia habet mādatum à lege. *l.maritus. C.de procurator.* Vide, *Maritus in quibus habeat mandatum ab vxore. Concl.*95. † Limita; quia licet poſſit quis agere ſine mandato in caſibus prædictis, ſi tamen agat vti procurator, non poterit iudicium ſubſtinere ex alio capite, ſi non eſſet procurator, licet eſſet co niunctus, vel de populo. Roman. *conſil.* 446. *circa fin. per tot.*

Mandatum primum reuocatur per ſecundum, & aliis modis. Concl. 64.

MANDATVM † primum reuocatur per ſecundum mandatum; quia dando ſecundum procuratorem, videtur prohibere, & reuocare primum, *l.ſi quis cum procuratorio. §. fin. ff. de procurator.* Bald. *in l.falſus, col.pen. C.de furt.* Dec. *conſil.*430. *in fin.* Vide plenius *in ver. Procurator reuocatur multis modis, & c. Concl.*860. *& in c. non iniuſte, de procurator.* Caſtrenſ. *conſ.*104. *Viſis, & ponderatis, nu.*3. *verſic. tertia ratio principalis, lib.*1. vbi apoſtil. allegat Socin. *conſil.*18. *verſ.& videtur dicendum, lib.*1. † Extende maxime in extraiudicialibus. Caſtrenſ. *d.conſil.*104. *col. fin. ver. tertia ratio, lib.*1. Extende; quia ſi procurator generalis conſortii conſtituitur ſpecialiter ad alienandum, vel inueſtiendum aliquem, mandatum primū generale cenſetur reuocatum. Alexand. *conſil.*83. *In cauſa, & lite, nu.*5. *in fin. & num.*6. *ver. vnde principaliter videndum, lib.*7. † Amplia; quia ſi duo procuratores inſolidum ſunt conſtituti, præoccupatio vnius alterum excludit, & reuocat, *cap.ſi duo, extra, de procurat. in* 6. Ægid. *conſil.*12. *num.*15. † Extende, vt idem ſit, etiam ſi conſtituantur ſeparatim; quia per conſtitutionem ſecundi reuocatur primū, vel ſaltem ſi ſecundus præoccupauit, geſta per ſecundū debent præualere. Alexand. *conſil.*83. *In cauſa, & lite, nu.*5. *in fin. & num.*6. *verſic. vnde principaliter, lib.*7. † Extende, vt procedat etiam in tutela, & cura; quia per præoccupationem ceſſat alius datus in ſolidum eo modo, quo ceſſat procurator. Ægid. *d.conſil.*12. *num.*17. *ver. circa ſecundum.* † Reſtringe, & declara, quando præoccupatio fit per litis conteſtationem, alias ſecus; quia ſi fiat præoccupatio per actus ante litem conteſtatam, non facit ceſſare mandatum in alio præoccupato. Ægid. Bellam. *d.conſil.*12. *num.*16. *in fin. & nu.*17. *ver. circa primam.* † Amplia; quia mandatum reuocatur per comparationē domini in cauſa, *cap.ſi quando de procurator. lib.*6. † Reſtringe, quando dominus comparet in cauſa ſimul cum procuratore; quia tūc dicitur potius aſſiſtere, quam cauſam per ſe ipſum agere, quando procurator eſt cum eo, ita Roman. *conſil.*76. *In cauſa nobilis, in princ. ver. quoad ſecundum, num.*2. vbi ad hoc allegat *l. Paulus reſpondit, ff.de procurator.* quem text. dicit notabilem ad declarationem *cap.ſi quē de procur. in* 6. † Reſtringe, quando per comparitionem domini factam ſine procuratore eſſet reuocatus; & tamē procurator reaſſumſiſſet mandatum ſciente, & patiente domino; quia inducitur mandatū de nouo. Rom. *d.conſil.*76. *n.*2. *ver. item dici*, allegat gl. *in d.cap.ſi quem, de procurator. in* 6. ſequitur Alexand. *conſil.*128. *Sentio, num.*6. *ver. quoad aliud, lib.*6. & apoſtill. ad Roman. *in ver. reuocatum*, citat alios. † Reſtringe; quia imo ſi procurator fuit reuocatus, poſtea dominus præſens, & ſciens patitur per ipſum procuratorem fieri actum procurationis, videtur renouare mādatum primum, & dare aliud mandatum. Alexan. *d.conſil.*128. *in fin. lib.*6. Reſtringe; † quia procedit nedum in principali, ſed etiam in tutore, adminiſtratore, & officiali habente liberam adminiſtrationē; quia ſi comparuit in cauſa, per quam comparitionem cenſeatur reuocaſſe procuratorem, ſi patitur poſtea eundē procuratorem exigere, vel exercere mandatum, cenſeturillud renouare. Alex. *d.conſil.*128. *in fin. lib.*6. vbi late. † Limita, vt non procedat, quando mandatum primū eſt ſpeciale, & generale ſubſequitur; quia per generale non tollitur primum ſpeciale. Bald. *conſil.*88. *Quæritur, vtrum, lib.*2. vbi idem dicit in generali commiſſione, vt non tollat præcedentem ſpecialem; & in generali deputatione collectoris in prouincia, vt non tollat ſpecialem collectorem certi loci. † Limita, quando ſecundum mandatum eſſet cum clauſula, *citra reuocationem.* Vide, *Procurator reuocatur multis modis. Concluſ.*860.

Mandatum finitur morte, & aliis modis. Concluſ. 65.

MANDATVM † procuræ morte mandantis finitur, *l. mandatum. C.mand.* Old. *conſil.*130. *Omni prolixitate. num.*3. *verſic. ſi enim noua poteſtas*, quod intellige, quando procurator non erat effectus dominus litis, vel quaſi dominus litis ante mortem principalis. Bald. *conſil.*340. *Tria ſunt, poſt med. ver. præterea mandatum, lib.*
2. Et † quod morte mandantis reuocetur mandatum abſq; alia intima-

MARITVS † substinens onera matrimonii debet consequi in- 1 teresse arbitrio boni viri iuxta quantitatẽ dotis, & consideratis oneribus, & secundũ morem regionis. Bal. *consi.94. Vtrũ maritus per tot.lib.1.* plene Crau. qui conc. allegat. *consi.358. Quæritur. si magister.n.2.& 3.* & est * communis concl. Anch. *consi.150. In quæst.* * Alex. *cõs.67.li.4.& cõs.74.li.5.* Dec. *consi.571.* Rom. *cõs.517. In casu proposito*

positæ,n.5.v.aut maritus, vbi apost. *in ver. alimenta*. citat concor. ma-
*2 ximè Alex. *cons.*147. *lib.*5. & dicit *communem. † Et interesse istud
debitum marito substinenti onera matrimonii dicitur damnum
emergens. Bart. & Doct. *in l. de diuisione. ff. sol. matr.* Canonistæ *in c.*
3 *salubriter, de vsur.* † Declarat Rom. *d. cons.*517. *In casu propositæ,n.4. ver.*
secundo videndum, & ibi apost. *in v. videndū*, vbi in confuso citat Ro-
man. in locis, in quibus hæc quæstio tractatur, postea dicit, quod
licet casus non sit dubius, quando dos promissa nō fuit soluta: ta-
men distinguit, vt in solito negociari possit peti lucrum cessans;
quia in eo attenditur lucrum cessans. & ibi apost. citat Abb. *consi.*
4 85. *Videtur primo, col.2. ver. oportet ergo. lib.*2. † Maritus autem non so-
litus negociari potest petere interesse, quod prætendit ratione
damni, quod sentit, eo quod præstat alimenta de proprio, vbi si
dos soluta fuisset, soluisset ex ipsa dote. Rom. *d. cons.*517. *n.*5. *ver. aut*
maritus non est consuetus. & ibi apost. *in ver. alimenta*. citat concor. &
*5 dicit *communem ex Alex. *cons.*147. *Perspectis, lib.*5. † Et procedit
istud interesse conuentum, etiamsi nomen vsurarum à partibus
acceperit; quia debent reduci ad naturam contractus, videlicet
6 interesse. Rom. *d. cons.*517. *n.*8. *cum seq. v. nec attendendū*. † Ratio est;
quia non tenetur alere de suo, quando dos fuit promissa (licet a-
lias secus) quia vxor tenetur viro inseruire, & quia est vxor. Salyc.
in l. pro oneribus, vbi etiam Bald. *C. de iur. dot.* vel melius, quia dos da-
tur propter onera matrimonii, & penes quem est dos, ibi debet
7 esse onus. Rom. *d. cons.*517. *n.*6. † Extende; quia fructus dotis debē-
tur marito substinenti onera matrimonii etiam ex mora irregula-
ri, multo magis ex mora regulari ob requisitionem, seu interpel-
lationem factam. Bar. *in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de negoc. gest.*
& in l. in insulam. §. vsuras. ff. sol. matr. vbi late Alex. Canonistæ *in cap.*
salubriter, de vsuris. Ruin. *cons.*61. *lib.*4. Cagnol. *in l. curabit, in 5. ampliat.*
C. de act. empt. Bald. *in l. fin. §. præterea, & in l. pro oneribus. C. de iur. dot.*
8 † Amplia; quia post biennium, & post litem contestatā quilibet
extraneus tenetur ad interesse dotis versus maritum, quia bie-
nium succedit loco contestationis litis. Bald. *d. cons.* 94. *circa med.*
*lib.*1. per *l. fi. C. de iur. dot.* quæ taxat ipsum interesse, sed dicit Bald. il-
9 lam taxationem non seruari. † Extende, vt procedat, quod non
debetur hoc interesse, nisi lapso biennio à die traductionis, per
tex. *in d. l. fi. §. præterea. C. de iur. dot.* etiam in patre promittente dotē
genero, vt ibi Bar. & Bald. quia tex. generaliter loquitur; ideo sine
interpellatione non constituitur promittens dotem in mora an-
10 te biennium. † Contrarium, quod imo debeatur immediate cō-
summato matrimonio; quia consummatio matrimonii habetur
pro termino à quo, & pro adimplemento ex parte viri eius, ad q̄
tenetur. Doct. *in d. l. de diuisione. ff. sol. matr.* vbi Ias. late disputat, &
tuetur, quando is, qui promisit dotē, tenebatur dotare. Alex. *consi.*
11 15. *n.*6. *lib.*2. † Declara; quia quando dos fuit promissa ab extraneo,
tunc verum est, quod ad hoc, vt succedat mora irregularis à lege
inducta, requiratur lapsus biennii, nisi fiat interpellatio, & requi-
sitio, quæ constituat in mora. Alex. *cons.*147. *Perspectis instrumentis,*
*lib.*5. secus, quando promissio fuit facta à socero, vel fratre, seu pa-
truo, vel alio, qui tenentur alere puellam; quia ipsi incurrūt mo-
ram statim consummato matrimonio ex parte viri absque alia in-
12 terpellatione, & ita concordantur opiniones. † Declara, vt idem
fit, quando is, qui debet dotem, tenebatur dotare; quia ex quo te-
netur dotare, tenetur alere, maxime Florentiæ, vbi frater succe-
dit fratri ex forma statuti exclusa filia; quia statutum mandat do-
tari filias de bonis fratris; ideo tenētur ad fructus æquiualentes
fructib. perceptis ex bonis, de quib. dotanda erat, vt in indiuiduo
Ang. *cons.*349. loquitur de statuto Florentiæ, & idem firmat Alex.
*cons.*7. *lib.*2. *& cons.*69. *Super secundo dubio. li.*1. sequitur Brun. *in tract.*
*de stat. fœmin. exclud. art.*11. *q.*3. *n.*30. Couar. *var. resol. lib.*3. *c.*4. *ver. septi-*
mo. Neuiz. *cons.*74. *nu.*5. Franc. Iurzanus *in communib. opin. concl.*155.
13 † Amplia, quia si marito est facta obligatio consignandi bona, vel
pecunias in dotem certo termino, & non fiat consignatio, succe-
dit obligatio ad interesse, *l. si quis ab alio. §. si. ff. de verb. oblig.* maxime-
14 que in viro procedit, *l. pro onerib. C. de iur. dot.* † Amplia, etiamsi ma-
ritus habuit in pignus aliquid; quia lucratur fructus, Alex. *consil.*
15 156. *Viso instrumento, n.*4. *li.*6. † Amplia; quia eo quod soluto ma-
trimonio vxor, seu mulier debet habere alimenta; quia dos tunc
est proprium patrimonium mulieris. Bal. *d. cons.*94. *in fi. lib.*1. Am-
16 plia; † quia potest interesse taxare iudex secundū morem regio-
nis, etiamsi non sit plene probatum, vel saltē potest condemnare
ad interesse liquidandum in executione. Alex. *cons.*133. *in fin. lib.*1.
☞ Vide, *Interesse incertum, &c. Concl.*304. † Extende, quia imo debe-
17 tur marito interesse dotis promissæ, & non solutæ taxatum à par-
tibus; quia sicuti valet pactum, quod maritus teneatur soluere v-
xori aliquid annuum, seu menstruum, vt se alat, ita etiam, vt vxor
teneatur marito ad interesse taxatum pro dote non soluta. Rom.
*cons.*517. *n.*5. *ver. & etiam isto casu*, vbi apost. *in ver. contuentio*, dat con-
cord. † Extende, etiamsi sit promissa dos arbitrio tertii, qui distu- 18
lit declarare; quia si interim maritus substinuit onera matrimo-
nii, & postea fiat declaratio, debentur etiam fructus dotis decla-
ratæ pro toto dicto tēpore, quo substinuit onera maritus. Corn.
*cons.*250. *lib.*2. sequitur Cagn. *in l. curabit, n.*29. *C. de act. empt.* Hercul.
in d. l. de diuisione. ff. solut. matr. † Contrarium tenet Castr. *cons.*11. *Viso* 19
*dicto libello, n.*4. *lib.*1. Vide, *Mora non contrahitur ab obligato, &c. Concl.*
375. † Amplia; quia fructus, & interesse debitum marito, qui substi- 20
stinuit onera matrimonii ob retardatam solutionem dotis, non
censentur remissi, vel remissum, licet steterit per decem, vel xv.
annos, & vltra, quod non fuerint petiti secundum *communem, 21
de qua Ias. *in §. fuerat. Instit. de actio. n.*20. vbi videtur residere, quod
requiratur lapsus 30. annorum. idem Ias. post Alex. *in l. quæ dotis. ff.*
*sol. matr. col.*5. *nu.*19. *& seq.* & Alex. *cons.*53. *in præsenti consultatione, lib.*
4. *& cons.*60. *Stantibus iis, col.*5. *ver. non obstat etiam. quod alimentis. eod.*
*lib.*4. quod est repetitum *cons.*39. *lib.*6. vbi multis modis respondet
ad tex. *in l. cum quidā. §. diuus. ff. de vsur.* in quo fundatur contraria o-
pinio Baldi. Corn. *cons. etiam* 145. *In hac consultatione, col.*5. *ver. nec ob-*
*stat, lib.*2. *& cons. vlt.* incip. *non seruato ordine, col. fi. eod. lib.*2. Dec. consil.
571. *Socer promisit*, vbi dat plures responsiones ad *d. §. diuus*, licet re-
uera in casu Decii non essent lapsi x. anni, vt ipse ibi fatetur; *in ver.*
secundo respondetur, plene Alex. *cons.*208. *lib.*7. vbi, quod ista opinio
contra Bal. est verior, & magis * cōmunis. Vide, *Dotis fructus. Concl.* 22
739, & hanc partem late tuetur Rom. *d. cons.*517. *In casu propositæ, n.*
14. *& seq. ver. secundo tamen*, vbi apost. *in ver. consilium*, de magis * cō-
muni, & hanc partem tuetur Alex. *cons.*56. *In præsenti, n.*6. *lib.*4. vbi
col. fi. tollit omnia contraria, *in v. nunc restat, vsque in fin.* † Extende; 23
quia debētur ipsi fructus dotis, etiamsi maritus à principio duxit
vxorem non facta mentione dotis; quia poterit petere dotē cum
fructibus, tam pro tota dote nō soluta, quā pro parte. Alex. *d. cons.*
56. *n.*6. *& seq. lib.*4. vbi, quod debentur fructus, siue naturales, siue
industriales, siue ciuiles, vel interesse, si in pecunia consistit. † Ex- 24
tendit Balb. *in tract. de præscriptio. in* 1. *parte,*3. *partis princ. q.*10. *col.*6.
quod etiamsi lapsi essent 30. anni, & gener non petiisset pro tem-
pore durantis matrimonii, sibi non præiudicasset, quando alia nō
concurrerent. † Contrariam opin. quod imo per lapsum decem 25
annorum non possint peti fructus, seu interesse dotis, consuluit
Bald. *cons.*156. *lib.*5. *& cons.*474. *Post biennium, lib.*3. mouetur per tex.
in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur. Corn. *cons.*206. *Circa thema, col. fi. v.*
*prædicta concl. li.*4. qui licet nō ponat pro absoluto; tamē in fine di-
cit, q̄ magna est authoritas Baldi. Alex. *cons.*74. *Viso titulo quæstionis,*
*col.*2. *ver. secundo principaliter, lib.*5. vbi tamen non ponit pro absolu-
to, & Bald. sequitur Dionysius de Perusio, vir maximę bonitatis,
& conscientiæ, vt refert Rom. *d. cons.*517. *n.*14. & ibi apost. *in v. con-*
silium citat pro vtraque, licet dicat ampliationē magis * commu- 26
nem. † Declara; quia ampliatio procedit, etiamsi lapsum esset lō-
gum tempus post decennīū; quia nisi lapsi sint 30. anni, & q̄ ma-
ritus tacuisset toto tēpore matrimonii, semper potest petere, do-
nec durat matrimoniū; eo vero dissoluto per mortem mariti, se-
cus; quia donatio posset dici morte confirmata; ideo heredes non
ita de facili admitterentur, vt videtur velle Alex. *cons.*208. *lib.*7. ex
mente Rom. *d. cons.*517. Balb. *d. tract. de præscript. in* 1. *parte,*3. *partis pr.*
*q.*10. Boer. *decis.*296. & in istis terminis post mortē loquitur Abb.
*cons.*85. *Videtur. col.*2. *n.*2. *& seq. per tot. lib.*2. † Declara; quia si mari- 27
tus prætendit interesse ob non solutam dotem ex eo solo; quia
præstitit alimenta vxori, quæ stetit cum eo, & præstitit operas ob-
sequiales, & non potest petere; quia alimenta debētur vxori, imo
seruo, & equo accōmodato, donec operas obsequiales præstant,
& requiritur protestatio, alias alimenta ipsa censentur donata; si
vero maritus velit interesse ex eo; quia aliunde, quam ob alimen-
ta præstita sua interfit, & tunc debetur, si adest mora ex parte de-
bentis soluere dotem, & constat aliunde, quā ex præstatione ali-
mentorum sua interesse, vt quia esset solitus lucrari, plene Abb.
*d. cons.*85. *Videtur, col.*2. *& seq. n.*2. *& per tot. v. quod autem transactio. lib.*
2. † Contrarium tener Rom. *d. cons.*517. *In casu propositæ, col.*2. *ins. & n.*3. *cū seq. v. ex iis ergo*. vbi reprobat Abb. pessime loquentem; quia 28
si præstitit infirmæ vxori non præstanti obsequia, non repetit ex
pietate; si præstitit ex eo, quia sana præstitit obsequia, & tunc debi-
ta, & nō repetit, siue sit protestatus, siue non, si debentur; quia po-
tuisset inuestire, & alimenta præstare ex dote, & non fecit propter
moram, tunc ex decennio non censentur remissa, & ibi apost. *in*
ver. consiliū, citat pro vtraque, sed plures pro opinione Rom. & di-
cit hanc magis * cōmunem; & ratio est; quia temporis lapsus non
induxit remissionem, & ibi apost. *in ver. remissionem*, nisi in quatuor
casibus. Primo, † in lucro pœnali, vel vsurario, & odioso. Secun- 29
do in lucro dotis, quod maritus facit propter dissolutionem ma-
trimo-

trimonii culpa vxoris. Tertio, quando tria cõcurrunt, ius sanguinis, decennii lapsus, & sæpius facta calculatio de a s. Vltimo, qñ maritus toto tempore matrimonii tacuit; quia nihil petiit. & dicit de hoc esse rex. singularem, i uncta gl. *ver. donationibus. in l. vir vxori, promissa dotis, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi apostill. ad Rom. 28 *cons. in ver. remissionem.* adducit concor. † Amplia; quia fructus dotis, seu interesse debetur marito, qui substinuit onera matrimonii, etiamsi sint excessiui; quia illos lucratur. Castren. *cons. 11. in fin.* 29 *lib. 1.* Alex. *cons. 56. nu. 8. & 9. in fin. ver. quinimo maiora. lib. 4.* † Extende etiamsi habeat rem in pignus; quia fructus dotis consequi debet, si substinuit onera matrimonii. Crau. *d. cons. 358. Quæritur. si* 30 *magister, nu. 2. & 3.* Bero. *cons. 178. n. 21. & seq. lib. 1.* † Extende, etiam si dictum interesse sit à principio promissum per socerum marito; quia debet illud consequi pro tempore, quo substinuit onera matrimonii. Soc. *cons. 176. Præsens consultatio, col. 3. ver. quarto adduco,* 31 *lib. 2. & cons. 179. Circa præsentem eod. lib. 2.* Alexan. *cons. 56. lib. 1.* † Extende, etiamsi fuit à principio taxatum, quatenus tamen sit veri- * similè, & conforme oneribus matrimonii secundum * communem cursum. Dec. *in c. cum venerabilis, nu. 14. ver. quare tamen, de exceptio.* Cagn. *in l. curabit, nu. 57. C. de act. empt.* Couar. *lib. 3. var. resolut.* * *24. in ver. septimo eadem inspectatione.* vbi dicit * communem opi- 32 nionem. † Extende, etiamsi nihil sit promissum marito; quia socero, vel debitore dotis existente in mora debetur interesse, tam de iure canonico, quam ciuili. Alexan. *cons. 31. Viso themate. lib. 6. & cons. 241. Viso themate, col. 2. ver. ita etiam consulendo. lib. 5. & cons. 147. Perfectis instrumentis. eod. lib. 5.* Rom. *cons. 517. col. 2. & 3.* Corn. *cons.* 164. *lib. 3.* & est ratio; quia si habuisset dotem, potuisset emere stabilia, & habere fructus, ex traditis *in c. Salubriter. de vsur.* Bart. & alii 33 *in l. in insulam. § vsur. as. ff. solut. matrim.* † Extende; quia imo maritus substinens onera matrimonii mora præcedente potest petere, quantum verisimiliter fuisset lucraturus cum illa pecunia, & sic habetur ratio lucri cessantis. Abb. post Calder. *in d. c. Salubriter, de vsur.* vbi dicit istam esse veriorem, quicquid ibi dixerit in contrarium Io. Andr. & idem tenent Canonistæ *in c. conquestus. eod. tit.* in homine solito negociari, in quo regulariter debet haberi ratio talis interesse secundum Bar. *in l. 3. ff. de eo. quod cert. loc.* & per Abb. 34 *in c. cum venerabilis, de except.* super gl. *in ver. bonæ fidei.* † Extende, vt procedant ampliatio, & extensiones, etiamsi maritus non interpellauerit, qui dotem soluere promiserat; quia sufficit, quòd maritus onera matrimonii substinuerit, & sic pro parte sua adimple- 35 verit secundum Doctor. *in l. de duissione. ff. solut. matr.* † Alex. declarat *d. cons. 56. nu. 12. lib. 4.* vt in vxore non requiratur interpellatio, 36 in extraneo promittente requiratur. † Restringe, quando maritus concessisset dilationem ad soluendum dotem; quia tunc durante dilatione, ex quo nulla subest mora, non potest consequi interesse. Castr. *in l. Iulianus, § ex vendito, ff. de actio. empt.* Soc. *consil.* 37 *176. Præsens consultatio, & cons. 179. Circa præsentem. lib. 2.* † Declara, nisi esset conuentum, quod interim pendente dilatione solueret tot fructus, vel interesse. Cast. *d. l. Iulianus, § ex venditio, n. 3. v. intelli-* 38 *get tamen. ff. de act. emp.* † Restringe; quia si maritus exegit dotem, & postea mutuauit easdem pecunias dotales socero soluenti, vel alteri personæ ad interesse, etiamsi exprimat, quod est pecunia dotalis, & dos vxoris suæ, & quod interesse soluitur pro onerib. matrimonii, pactum erit vsurarium, & *d. c. Salubriter, de vsur.* non operatur, nisi donec soluatur dos, qua soluta non habet locum *c. per* 39 *vestras. de donat. inter vir. & vxor.* † Amplia; quia licet maritus non debeat consequi interesse à socero, vel matre vxoris, qui promisit dotem post mortem suam; quia videtur promissa sub cõditione, & ante purificatam cõditionem non debetur sors; ergo nec fructus, & quia est concessa hæc dilatio, tamẽ mortuo promittente, & non purificata conditione debetur interesse pro tempore, quo substinuit onera maritus, & venit dies, etiamsi non fecerit interpellationem hæredib. debitoris; quia cum sint vsuræ licitæ de iure canonico & ciuili, & debeantur à quocunque debitore dotis, non videtur dubium, vt per Corn. *cons. vlt.* incip. *non seruato ordine,* 41 *col. 2. lib. 2.* & ideo videtur, quod non sit necessaria interpellatio, ex quo substinuit onera, vt per Doctor. *in d. l. de diuisione. ff. solut. matr.* 40 † Contrarium, quod non debeatur interesse hoc casu, nisi facta prius interpellatione; quia quoad promittentem res est clara, q nullo modo tenetur; quia noluit obligari, nisi post mortẽ, quoad hæredes idem videtur; quia dies mortis erat incerta, & promissio in tempus mortis videtur adinstar promissionis conditionalis, 42 quo casu requiritur interpellatio. † Secundo; quia exactio fuit translata in tempus mortis promittentis, & non datur terminus ad quem, seu intra quem esset fienda exactio; igitur necessaria fuit 42 interpellatio cum assignatione termini intra quẽ. † Tertio; quia erat in facultate mariti post mortẽ promittentis exigere, & non fuit vsus facultate, ergo ipsi est imputandum. † Quarto; quia hæ- 43 redes possunt prætendere ignorantiam obligationis; quia momentanea fuit obligatio, & licet sciuerint mortem, non tamẽ sciuerunt obligationem; & dato, quod sciuissent etiam obligationẽ, potuerunt credere solutionem factam, vel maritum differre exactionem animo non consequendi interesse. † Quinto; quia non 44 potest eodẽ tempore nasci obligatio, & cõstitui debitor in mora. Bar. *in l. quoties. ff. de verb. obl. & in l. quod dicitur. ff. de sol.* † Limita; quia 45 si maritus non substinuit onera matrimonii, non debet habere fructus dotis. Bald. *d. cons. 94. in pr. ver. sicut è contra. lib. 1.* † Extende; 46 quia neq; potest consequi interesse aliquod post moram ex promissione dotis pro tempore, quo non substinuit onera matrimonii, etiamsi interesse esset promissum, *l. cum post, §. in domum, ff. de iur. dot.* † Limita; quia si socer fecit expensas filiæ, & genero in do- 47 mo sua, pro illo tempore nihil debet consequi maritus, sed tenetur compensare tempus, non autem impensum; quia licet socer plus expenderit, vel minus, quam importarent fructus dotis, videtur facta remissio, & compensatur tempus; quia in illo pluri facile præsumitur donatio. Aret. *in l. alimenta. C. de negoc. gest.* Dec. *cons. 628. n. 6.* Vide, *Dotis fructus quando, &c. Concl. 741.*

Maritus an lucretur fructus bonorum vxoris, & quos, vbi de multiplicibus bonis vxoris. Concl. 97.

VXOR † habet bona triplicis generis, videlicet, dotalia, para- 1
phernalia, & propria, & libera, videlicet, quæ neq; sunt dotalia, neq; paraphernalia, Bal. *cons. 366. Quidam nomine Raynerius, in pr. lib. 2.* Alex. *cons. 144. Circa primum, n. 9. v. plus dixit. lib. 5.* Bald. *cons. 292. Factum sic proponitur, lib. 3. in fi.* plene Alexan. *cons. 42. Super præmisso. in pr. lib. 1.* & latius *cons. 63. Super primo dubio, nu. 7. ver. vltra prædicta. lib. 2.* Socin. *cons. 82. nu. 6. quasi per tot.* vbi latissime *lib. 4.* vide omnino consilium Franc. Albergotti, quod est insertum per apostillam magnam ad Bart. *cons. 125. Quæstio talis est. lib. 1.* Crau. *cons.* 193. *in fin.* † Dotalia bona sunt ea bona, quæ in dotem data sunt, & 2
istorum bonorũ maritus est dominus. *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* Bald. *cons. 366. in princ. lib. 2.* vbi, quod maritus agit in iudicio pro istis bonis, vt dominus, & illa gubernat. † Et ista sunt in do- 3
minio, & administratione mariti. Bald. *cons. 464. Quædam sunt, in princ. lib. 5.* † Qualiter autem debeat maritus talia bona guberna- 4
re, habetur *in l. si constante, § si maritus. ff. solut. matr.* † Fructus lucra- 5
tur maritus, quos percepit ex bonis dotalibus vxoris, & facit illos suos indistincte. Bald. *d. cons. 366. in princ. n. 2. ver. modo ad propositum, & cons. 439. Quidam fratres, in princ. lib. 3.* vbi dicit hoc esse verum in quibuscunque fructibus indistincte rerum dotalium, & *cons. 292. in fin. lib. 3. & cons. 464. in prin. lib. 5.* † Extende, vt procedat, 6
etiam si pactum esset cõtrarium; quia adhuc maritus fructus bonorum dotalium facit suos. Bald. *d. cons. 366. n. 2. ver. modo ad propositum. lib. 2. & cons. 464. lib. 5.* allegat tex. *in l. si conuenerit, ff. de pact. dotal.* † Secunda species bonorum mulieris sunt bona paraphernalia, 7
& dicuntur paraphernalia; quia non sunt data in dotem, sed tradita marito, & in domo mariti patata, de quibus maritus videtur habere custodiam, & etiam in istis maritus dicitur habere mandatum. Bald. *d. cons. 366. in prin. ver. habet mulier. lib. 2.* Alex. vero *cons.* 144. *n. 8. lib. 5.* dicit paraphernalia esse, quæ mulier iuxta dotem in domum viri secum ducit ad vsum suum, vel communem, & idem dicit Alex. *cons. 42. Super præmisso, in pr. lib. 1. & cons. 63. n. 7. lib. 2.* vbi, quod si mulier tradit custodiam marito, videtur tradere administrationem; si vero sibi reseruat custodiam, maritus nihil prætendit. † Adde, quod si dos mulieris consistit in pecunia, alia bona 8
præsumuntur paraphernalia. Bald. *cons. 413. Super primo, n. 2. ver. super secundo, lib. 2.* † Et in istis bonis mulier habet dominiũ, sed ma- 9
ritus habet administrationẽ suo periculo; quia omnia bona mariti sunt tacite hypothecata. † Cognoscuntur bona paraphernalia; 10
quia sunt mobilia, quæ portat mulier secum extra dotẽ in domum viri pro vsu mulieris, & si quidem mulier dat marito custodiam, videtur etiam dare administrationem; si vero retinet custodiam penes se, maritus nihil potest prætendere. Alex. *d. cons. 42. n.* 7. *ver. item paraphernalia, lib. 2.* † Et dicuntur bona paraphernalia, 11
quæ mulier iuxta dotem in domũ viri secum ducit ad vsum suũ, & ideo vbi non est dos, non possunt esse bona paraphernalia, sed erunt bona patrimonialia mulieris. Alex. *cons. 144. nu. 8. ver. paraphernalia, lib. 2. & nu. 9.* dicit, quod sunt bona mobilia tantum extra dotem portata in domum viri vltra dotẽ ad vsum vxoris, vel promiscuum vtriusque & pro istis non cauet maritus, quia habet tacitam administrationem maritus. † Bona paraphernalia tenetur 12
maritus restituere, vel eius hæres soluto matrimonio, prout etiam tenetur ad restitutionem aliorum bonorum non dotalium vna cum fructibus perceptis, ad quorum rationem reddendam

dam obligatur. Alex. *d.cons.42. Super præmisso, in prin.lib.1.* vbi apost.
13 *in ver.fructus*, dat concord. † Intelligas, quatenus maritus fructus
conuertisset in vsus proprios; quia debet in vsum cõmunem con-
14 uertere. Alex. *cons.63.n.7.ver. de fructibus vero, lib.2.* † Et fructus bo-
norum paraphernalium cõsumptos in vsus communes lucratur
maritus, quando mulier tradidit administrationem marito. Alex.
d.cons.63.n.6.ver. istam opinionem, lib.2. & cons.144. Circa primum, n.9.
v. & de fructibus, lib.5. vbi secus, si in vsus proprios maritus consum-
15 psit. † Secus si maritus, vt minister, vel procurator vxoris admi-
nistrauit; quia si non sunt bona assignata marito, fructus cõsum-
16 ptos restituit. Alex. *d.cons.63.n.6.ver. vbi non apparet, lib.2.* † Restrin-
ge; quia maritus, & hæredes non tenentur restituere fructus bo-
norum paraphernalium, quando statutum disponit, quod mari-
tus illos lucretur. Alex. *d.cons.42.n.13. & seq. ver. decimo, & vltimo, lib.*
17 1. apostil. ad *cons. Bart.125. lib.1. in ver. fructuum. ver. limita tamen.* † Fru-
ctus istorum bonorum paraphernalium lucratur maritus, qua-
tenus sunt consumpti sine cõtradictione mulieris, si modo sunt
pauci, & indistincte cõsumptos paucos lucratur. Bald. *d.cons.366.*
nu.3. ver. in secundo genere, lib.2. siue sint industriales, siue naturales;
quia si sunt pauci, sunt mariti, quando consumpti. Franc. Alberg.
18 *cons. inserto in apostil. ad Bart. cons.125. lib.1.* † Imo indistincte maritus
lucratur consumptos industriales, prout segetes, vinum, & simi-
les, si de consensu vxoris sunt consumpti. Cuma. *cons.105. Quæri-*
tur, nunquid, n.3. ver. super eodem, quæ est subscriptio Castr. & ibidem
in ver. quantum autem. quæ est subscriptio Floriani de S. Petro, idẽ
tenet, vbi, quod sufficit allegare, quod sunt consumpti, si non
probantur extare. Franc. Alberg. *d.cons. in additio. ad cons. Bart.125.*
19 *lib.1.* † Contrariũ tenet Bald. quod licet maritus lucretur fructus
bonorum vxoris non contradicentis, quando sunt industriales
propter laborem; tamen dicit hoc non procedere quoad fructus
paraphernalium, quorum administrationem vxor non commisit
marito. Bald *cons.292. Factum sic proponitur, in fi. ver. præterea iura quæ*
20 *dicunt, lib.3.* † Declara, quia Bald. *d.cons.292. lib.3.* dum loquitur de
bonis paraphernalibus, quorum administratio nõ est commissa,
necessario debet intelligi de bonis hæreditariis; quia alias cõtra-
diceret, ex quo maritus quoad vere paraphernalia habet à lege
administrationem periculo suo, vt idem Bald. *d.cons.366. in pr. lib.*
21 2. *& cons.464. in pr. lib.5.* † Declara secundo; quia distinctio illa de
industrialibus, quos lucratur maritus; secus de vsuris, & de natu-
ralibus, non approbatur per Doct. vt idem Bald. *d.cons.464. circa*
22 *princ. lib.5.* † Ratio est; quia propter laborem mariti in istis bonis
lucratur fructus. glo. *in l. fin. C. de pact. conuent.* Bald. *d.cons.464. lib.5.*
23 † Alia ratio est; quia maritus tenetur ad custodiam istorum bo-
24 norum. Bald. *d.cons.366. n.3. ver. & pro Deo, lib.2.* † Alia ratio; quia cũ
administratio istorum bonorum sit cõcessa marito periculo suo,
aliquid commodi etiam confertur marito in recompensam. Bal.
25 *d.cons.464. Quæd.an sunt, in prin. lib.5.* † Restringe; quia etiam de vo-
luntate vxoris non lucratur maritus consumptos fructus, quan-
do sunt naturales, & magnæ importantiæ. Alex. *d.cons.144.n.6.v. si*
autem essent fructus. lib.5. concord. Cuman. *cons.105.n.3.v. super eodem*,
quæ est subscriptio Castr. nisi sint consumpti intuitu matrimonii,
& filiorum. Bald. *cons.276. in fi. lib.3. & cons.464. lib.5. in princ.* Franc.
26 Alberg. *d.cons. in apostil. ad Bart. cons.125. lib.1.* † Contrarium tenet
Cuma. *cons.105.n.3. circa si. ver. Bart. tamen.* vbi, quod siue sint in ma-
gna, vel parua quantitate, lucratur maritus omnes consumptos,
& est subscriptio Flor. de S. Petro, allegat Bart. ita consuluisse. Et
quod dicitur de naturalibus, procedit etiã in pensionibus, & af-
fictibus, qui præstantur ex reb. paraphernali bus. Alex. *d.consi.144.*
27 *n.7. ver. & illud, quod gl. lib.5.* † Declarat Bald. *d. cons. 276. Verba statu-*
torum, circa fin. ver. sequitur videre, lib.3. quod si mulier non dederat
dotem, maritus facit fructus bonorum vxoris consumptos suos;
quia præsumitur in recompensam onerum matrimonii cõsum-
psisse, & si dedit dotem, ita demum lucratur, quatenus consum-
28 psit in vsus matrimonii, non alias. † Et an maritus lucretur fru-
ctus bonorum paraphernalium, sunt quinq; opiniones diuersæ,
29 de quib. plene Castr. *cons.199. Super primo, lib.2.* † Prima fuit opinio
glos. quod maritus non lucretur fructus paraphernalium, sed de-
beant restitui, & augeant hæreditatem vxoris, *l. penult. ff. ad l. Falc.*
nec obstat *l. fi. C. de pact. cõuent.* quia loquitur in vsuris pecuniæ pa-
raphernalis; quia propter laborem lucratur, & quia vsura cense-
tur lucrum inhonestum; ideo de facili remittitur, & hanc opinio-
nem gl. in dubio tenendam tanquam securiorem secundum cõ-
*10 munem * dicit Castr. *d. cons. 199. in prine. lib.2.* † Secunda opinio
fuit Cyni, quod sicut glos. admittit, quod maritus lucretur vsuras
propter laborem; ita etiam sit in fructibus industrialibus, in qui-
bus versatur labor, prout in exigendis vsuris; secus in fructib. na-
31 turalibus. † Declarat Castr. *d.cons.199. n.2.v. secunda fuit, lib.2.* quod
non procedit argumẽtatio de vsuris ad fructus industriales; quia
labor non est æqualis, & diuersa ratio, & dato, quod valeat argu-
mentum, debet intelligi, quando vsuræ sunt modicæ, & fructus,
siue industriales, siue naturales, sunt modicæ quantitatis, & quan-
do resultat patientia vxoris secundum * omnes, & quando facta *
est consumptio in communes vsus, q non præsumitur, nisi pro-
betur. † Tertia opinio fuit Mart. Silimani, quod in duob. casibus 32
maritus teneatur restituere, videl. si extant, vel etiam si sunt con-
sumpti contra voluntatem vxoris, extra istos duos casus maritus
lucretur. † Declarat Castr. *d.cons.199. col.2. ver. tertia fuit opinio, lib.2.* 33
quod duo primi casus sunt veri, quod si extant, vel sunt consum-
pti contra mentem vxoris, restitui debent, sed quod extra istos
duos casus maritus illos lucretur, dicit non esse verum; quia di-
stinguitur, an sint magni, vel modici valoris. † Quarta fuit opi- 34
nio Bart. quod maritus tenetur restituere hæredibus mulieris in
quodam consilio, licet *in l. pen. ff. ad l. Falcid.* teneat opinionem Sili-
mani, vt refert idem Castr. *d.cons.199. col.3. ver. quarta fuit opinio, lib.*
2. † Quinta fuit opinio Bald. *in l. si vita matre. C. de bon. matern.* limi- 35
tantis opinionem Bart. vt non teneatur restituere, nisi in quantũ
expendit vltra vsum communem, & dicit concordare Angel. de
Perus. Castr. *d.cons.199. col.3. ver. quinta opinio. lib.2.* † Amplia; quia 36
maritus lucratur fructus paraphernalium consumptos in com-
munibus vsibus sui, vxoris, & filiorum. Bald. *cons.464. in prin. lib.5.*
Alex. *cons.42. in prin. lib.1.* Bart. *cons.125. Quæstio talis, lib.1.* Ang. Aret.
cons.57. Quantum ad primum, n.3. ver. fin autem. † Extende ampliatio- 37
nem, quod maritus, & hæredes non tenentur restituere fructus
bonorum paraphernalium, quando sunt consumpti per maritũ
in vsum communem, siue sint naturales, siue industriales, siue sint
operæ. Bar. plene *d.cons.125. Quæstio talis est, per tot. lib.1.* † Declara, vt 38
per Bar. *in d. l. pen. ff. ad l. Fal.* vbi ponit distinctionem, quod debent
restitui, si extant; item si sunt consumpti contradicente muliere,
item; quando sunt consumpti de voluntate mulieris, & sunt na-
turales, & magnæ importantiæ; si vero sunt industriales cõsumpti
de voluntate mulieris etiã magnæ importantiæ non restituũtur,
& idem etiam de naturalibus paruæ importantiæ, ex quib. mari-
tus non dicitur locupletior factus, & eandem distinctionem dat
Bart. *d.cons.125. Quæstio talis est, habens vxorem, lib.1.* vbi apost. magna
dat concor. & inserit consilium plenum Franciſci Albergotti, &
eandem distinctionem Bart. sequitur simpliciter Rom. *consi.394.*
Præsupposito, in fin. Alex. vero *cons.144. lib.5.* sequitur eandem distin-
ctionem, & addit casum omissum, si non contradixit mulier, ne-
que consensit, præsumitur contradixisse. † Declarat Angel. Aret. 39
cons.57. Quantum ad primum, nu.2. cum seq. ver. quoad primum. quia in-
dustriales, siue extent, siue non, sunt restituendi, vel eorum æsti-
matio; quoad industriales, si extãt, sunt restituendi, si sunt cõsum-
pti distinguitur; quia si sunt percepti de voluntate vxoris, & con-
sumpti in vsus communes, non restituuntur, aut percepti, & con-
sumpti contra voluntatẽ mulieris, & restitui debent. & non præ-
sumitur voluntas mulieris, secundum * communem, etiamsi cõ- *
sumpsisset in vsus communes, & non cõmunes extra consensum
mulieris, debent restitui. † Extende; quia mulier, & hæredes fi- 40
lius non repetunt fructus bonorum paraphernaliũ, etiamsi mu-
lier sibi reseruauit administrationem, quãdo sunt expensi pro-
cessitate mariti, apostil. ad *cons. Bart. 125. lib.1. in ver. Fructuum. ver. Alii*
voluit Bald. † Restringe, vt nõ procedat ampliatio, quãdo maritus 41
percepisset fructus bonorum paraphernalium ante matrimonii
contractum; quia etiamsi expendisset in vsus communes, non lu-
cratur illos. † Limita, quando maritus consumpsisset in vsus pro- 42
prios; quia debet, & potest solum consumere in vsus communes.
Alex. *d.cons.144. num.9. ver. sed pro paraphernalibus. lib.5. & cons.42. in*
princ. lib.1. Franc. Albergot. *cons. inserto in apostil. ad consi. Bart.125. lib.*
1. ver. nunc ad propositum. imo Ang. Aret. *cons.57. nu.4.* vult, quod re-
stituantur, quando sunt consumpti extra communem vsum. De-
clarat † Bald. *cons.* 464. fructus consumptos per maritum debere 43
restitui, si ad vtilitatem mariti sunt consumpti, & auxerunt illius
patrimonium, *lib.5.* † Imo, quod in dubio præsumatur maritus 44
factus locupletior, tenet Franc. Albergot. *in additione. ad Bart. consil.*
125. lib.1. circa fin. vbi, etiamsi in vsus communes consumpsit, dici-
tur pro se consumpsisse, quia de suo teneturalere vxorem. † Li- 45
mita, si fructus paraphernalium extant, vel ex eis sint acquisita
bona; quia ipsa bona sunt vxoris. Bald. *consi.413.n.2. ver. super secun-*
do, lib.2. & idem, si in mercibus sunt expensi; quia spectant hære-
dibus vxoris, ex quo extant, Bald. *d.cons.276. in fi. lib.3.* & quod ex-
tantes omnino sint vxoris. Bald. *d.consi. 464. circa princ. lib.5.* Franc.
Albergot. *cons. in apost. Bart. inserto 125. lib.1.* vbi loquitur, etiamsi de
consensu mulieris sint percepti. † Extende, vt procedat, etiamsi 46
maritus expendisset in melioramentis vtilib. in ipsis bonis. Bald.

d.cons

d.conſ.433.n.3.v.ſuper tertio.lib.2. vbi, quod voluptuaria poſſunt ra-
47 di.† Tertia ſpecies bonorũ mulieris ſunt bona propria extra duas primas ſpecies, veluti ſi obueniat mulieri nuptæ hæreditas, vel ſi fiat ipſi donatio, vel quid ſimile. Bal.*d.conſ.366.in prin.ver.habet mu-*
48 *lier.lib.2.* † Item, ſi mulier habet alia bona non dotalia, nec paraphernalia, vt quia non portat illa in domum viri, & iſta eſt tertia
49 ſpecies. Alex.*conſ.63.n.7.v.quædam ſunt.lib.2.* † Et iſtorũ bonorum dominium, & adminiſtratio eſt ſolius vxoris. Bald.*conſ.464. ante*
med.v.quædam ſunt res.li.5. Franc. Alberg.*conſ.ſuo, quod eſt in apoſt. ad*
50 *Bart.conſ.125.lib.1.* † Item ſi mulier habens multa bona nupſerit ſe ſine dote; quia bona ſua nõ cenſetur dediſſe in dotem, ſed remanent libera ipſi mulieri. Alex.*conſ.140. Circa primum, in pr. & per tot,*
maxime n.4.& ſeq.v.circa ſecundum, lib.5. vbi, quod ſunt propria mulieris, & maritus contradicente muliere non poteſt fructus per-
51 cipere.† Imo etiã ſi maritus talia bona in præteritum tenuerit, & fructus perceperit, poteſt vxor contradicendo impedire perceptionem fructuũ in futurum, & bona ſua repetit à marito, ẽt conſtante matrimonio, & non vergente ad inopiã. Alex.*conſ.140.n.5.*
52 *lib.3.* † Agere non poteſt maritus pro iſtis bonis, niſi caueat de rato pro vxore. Franc. Alberg.*d.conſ.inſerto in apoſtil. ad Bart. conſ.125.*
53 *lib.1.* † Primus caſus eſt, quando fructus iſtorũ bonorum lucratur maritus, ſi ſunt conſumpti in vſus promiſcuos matrimonii de cõ-
54 ſenſu vxoris. Bart.*in l.maritus.ff.ad l.Falc.* † Extende, vt idem ſit, ſi mulier conſumpſit iſtos fructus in filios; quia nõ repetit. Bal.*conſ.*
55 *464.ante med.v.quædam ſunt.lib.5.* † Extende, vt idem ſit, ſi mulier conſumpſit in neceſſitatibus viri; quia non repetit, quia tenetur ſubuenire marito poſito in neceſſitate. Bal.*conſ.464. ante med.li.5.*
56 † Declara in iſto membro, prout ſupra de fructib. bonorum paraphernalium eſt dictum circa conſumptos de voluntate, circa naturales; quia ſi ſunt magni, & tenentur hæredes reſtituere, non attenta voluntate vxoris; aut ſunt induſtriales, & ſeu naturales pauci, & tunc non reſtituuntur. Alex.*d.conſ.144.n.9.v.in fructib. lib.*
57 *5.* & melius *n.6.v.quod fructus quicunque.* † Imo, quod naturales reſtituat, ẽt ſi ſint de voluntate mulieris percepti. Alex.*d. conſ.63.n.*
5.v.naturalib.etiam, lib.2. vbi, quod præſumitur locupletior, niſi cõ-
58 trarium probetur.† Extende; quia mulier tenetur alere maritum inopem, ideo ſi ſunt conſumpti, iſto caſu non repetit, niſi maritus culpa ſua incidiſſet in inopiam. Bald.*d.conſ.464.n.2.v.ſed ſi tamen,*
lib.5. vbi maxime dicit non dari repetitionem, quando miſeratio-
59 nis cauſa conſumpti ſunt ad commodum mariti.† Extende; quia mulier nõ repetit, vel hæredes, quando largita eſſet iſtos fructus marito, & mortua eſſet; quia morte confirmata dicitur donatio,
60 alias ſecus. Bal.*d.conſ.464.n.2.v.aut vxor.lib.5.* † Secundus caſus eſt, ſi mulier reclamauit, & contradixit, tunc maritus, vel hæredes tenentur ad reſtitutionem. Alex.*conſ.144. Circa primum dubium.nu.6.*
& n.9.v.in fructib.vero, lib.5.& conſ.63.n.7.v.de tertio vero genere, lib.2.
61 † Extende, etiamſi ſint fructus induſtriales; quia facta contradictione maritus illos reſtituit. Alex.*d.conſ.63.n.5.v.venio ad aliud.lib.*
62 *2.& conſ.144.n.6.lib.5.* † Extende, vt idem ſit in fructibus impropriis, prout in affictibus, & penſionibus domorum; quia cum ſint fructus ciuiles, magis aſſimulantur fructib. naturalibus propter
63 intrinſecam rei vtilitatem, quã vſuris, quæ ex negotiatione proueniunt, ita Alex.*d.conſ.144.n.7.ver.& procedit etiam, lib.5.* † Tertius caſus eſt, ſi extant, & nondum ſunt conſumpti, licet de conſenſu mulieris ſint percepti, & tunc ſpectant ad mulierẽ, quatenus ex-
tant. Alex.*d.conſ.144.n.9.v.aut conſtat, lib.5.* Alex.*d.conſ.63.n.7.ver.de*
64 *tertio vero genere, lib.2.* † Idem, vt ſpectent ad hæredes mortua vxo-
65 re. Alex.*d.conſ.63.nu.5.ver.ſubdunt etiam, lib.2.* † Quartus caſus eſt, quando non conſtat de voluntate, neq; de contradictione vxoris & in dubio præſumitur diſſenſus, & mariti hæredes tenentur ad reſtitutionem, & iſte caſus fuit omiſſus à Bart. prout plene Bald.
conſ.366.n.4.v.or modo in tertia, vſque in fi.lib.2. vbi allegat tres rationes; quia donare eſt perdere, quod in muliere nõ præſumitur; ſecundo, quia donatio non valeret, niſi morte confirmetur; tertio, quia monſtroſum eſt, ꝙ vxor donet marito, & patientia in damnoſis habetur pro diſſenſu, maxime vbi reuerẽtia poteſt cadere, & eſt conſilium Andreæ Alphei de Cortona, qui dicit ita conſu-
* liſſe Bald. & Franc. de Alberg. & hanc communem * dicit Alex.
conſ.144.n.10.v.aut voluntas.lib.5. vbi, quod ſiue ſint conſumpti, ſiue non, ſiue naturales, ſiue induſtriales, debent reſtitui, & quod præſumitur diſſenſus vxoris in dubio, Bal.*conſ.291. Factum ſic pro-*
ponitur, circa ſi.ver.preterea ex eo, lib.3. & ad omnia prædicta Alexan.
plene *conſ.42. Super præmiſſo, n.2.v.ſi vero voluntas.li.1.* & plenius *conſ.*
66 *36. Super primo dubio.nu.7.v.de tertio vero genere, lib.2.* Franc. Alberg. pientiſſime *conſ.inſerto in apoſtil. ad Bart.conſ.125.lib.1.* † In contrariũ videtur facere rario, quam omnes fere prædicti Doctor. admittunt, quod maritus agit pro paraphernalibus, neq; de rato cauet; quia cenſetur habere adminiſtrationem ex voluntate vxoris, *l.ſi.*
C.de pact.conuent. vbi gl. ita Albergot. *d. conſ.inſerto in apoſtil. ad Bart.*
67 *conſ.125.lib.1.* † Quintus caſus eſt, quando mulier habet filios ex primo matrimonio, & habet dotem, & alia bona; nam ſi concedit omnia bona in dotem marito etiam contra formam ſtatutorum, licet non valeat dotis conſtitutio ad effectum lucri; valet tamen ad effectum fructuum perceptorũ per maritum; quia filii primi matrimonii non poſſunt petere fructus conſumptos; quia viuẽte matre non habent ius. Bald.*conſ.276. Verba ſtatutorum, n.3.v. ſed*
68 *de iure municipali.vſque in fi.li.3.* † Amplia, vt procedat, etiamſi maritus magis delicate ſubſtentaſſet vxorem; quia ſi non eſt proteſtatus, non poteſt retinere iſtos fructus ẽt conſumptos, vt ſupra.
69 Bal.*d.conſ.366.in fi.ver.nec defenſio.lib.2.* † Amplia, etiamſi mulier nõ habuiſſet dotem; quia ſi maritus non eſt proteſtatus, non facit ſuos; quia tenetur alere vxorem ẽt ſine dote. Bal.*d.conſ.366.in fi.lib.*
70 *2.* † Amplia, vt procedat, etiamſi mulier non dediſſet dotem ſecundo marito, ſed maritus omnia bona poſſediſſet; quia fructus conſumptos non tenetur reſtituere filiis primi matrimonii. Bald.
71 *d.conſ.276.circa fin.ver.ſequitur videre, lib.3.* † Declara in aliis caſibus, quãdo mulier habuit dotem, & bona extra dotem, vt maritus eo modo lucretur, prout in alia muliere non habente filios ex primo matrimonio; quia in hoc paritas iuris ſeruatur, prout ſupra
72 dictum eſt. Bald.*d.conſ.276.in fi.lib.3.* † Locupletior in dubio præſumitur maritus ex conſumptione fructuum bonorum non dotalium vxoris, & vxor præſumitur pauperior; quia loco iſtorũ expendiſſet de ſuo, & vxor, ſi illos haberet, ditior eſſet. Bald.*conſi.*
73 *292. Factum ſic propomitur, in fi.v.quantum ad aliud, lib.3.* † Limita, niſi maritus ſine culpa ſua incidiſſet in inopiam; quia tunc tenetur vxor alere maritum; igitur fructus conſumptos facit ſuos. Bald.*d.*
74 *conſ.366.n.4.v.niſi eſſet caſus.li.2.* † Limita, quando mulier non erat dotata; quia tunc præſumitur fructus dediſſe marito pro onerib. matrimonii; ideo qualitercunq; conſumpſit maritus, illos lucra-
75 tur. Bal.*d.conſ.276.circa fi.ver.ſequitur videre, lib.3.* † Limita, quando maritus cõſumpſiſſet in communes vſus matrimonii; quia tunc non tenetur reſtituere in dubio, ſi mulier expreſſe non contradixit Bald.*conſ.367. Egregius Doctor, lib.2.* vbi, quod ita conſuluerunt DD. Recuperus, & Bart. & quod iſta eſt veritas. Bald.*d.conſ.276.in*
fin.lib.3. vbi, quod maritus non dicitur locupletior, licet honorabilius vixerit, & reprobat Bar. & Mart. Sili. qui tenent, quod imo maritus omnino lucretur, etiamſi aliter cõſumpſit, quam in matrimonium, vel communem cauſam, & Bald. *conſ.293.in fin.lib.3.*
† Extende limitationem, etiamſi conſumptio fuerit cum amicis, & ſcutiferis in promiſcuos, & communes vſus. Bald.*d. conſ.367.*
76 *lib.2.* quia honorabilius vixiſſe non reddit maritum locupletiorem. Bald.*d.conſ.276.in fin.lib.3.* vel ſi in vberiorem ſumptum matrimonii. Bald. *d. conſ.293. Donatio cauſa mortis.in ſi.lib.3.* † Limita;
77 quia fructus induſtriales non tenetur maritus reſtituere; quia ſi inquirendo illos laborem adhibuit, tunc non reſtituit. Bald.*conſ.*
78 *432. Super dubia, circa med.ver ſuper ſecundo.lib.3.* † Limita; quia maritus non facit fructus paraphernalium bonorum ſuos etiam conſumptos, ſi mulier contradixit. Bald.*d. conſ.366.n.3.v.in ſecundo ge-*
nere.lib.2. plenius Alex.*conſ.144.num.5.& 6.ver. circa ſecundum.lib.5.*
Franc. Alberg.*conſ.inſerto ad Bart. conſ.125.lib.1.* † Et in dubio non
79 præſumitur conſenſiſſe, neq; permiſiſſe, neq; donaſſe. Ang. Aret. *conſ.57.n.4.* vbi de * communi. *

Maritus non poteſt alienare bona vxoris. Concl. 98.

MARITVS † non poteſt alienare bona vxoris; ideo vxor poteſt 1
bona vendicare ab emptorib. eorundem à marito ſuo Bald.
conſ.63. Hæres Gabrielæ, ver. ſuper ſecundo. lib.2. † Extende; quia licet 2
maritus ſit legitimus adminiſtrator, imo dominus bonorũ dotalium vxoris *l.doce ancillam, C.de rei vend.* tamen non poteſt maritus facere, vel paciſci aliquid in præiudicium vxoris, neq; conditionem illius poteſt facere deteriorem abſq; vxoris conſenſu. *l. ita*
conſtante.ff.de iur.dot.l.ſi mulier dotis.l.cum maritus.l.de die.& l. Attilicinus.ff.de pact.dot al. † Imo neq; de conſenſu mulieris poteſt aliena- 3
re, vel obligare bona dotalia, niſi cedat in vtilitatem vxoris. Bald.
nouell. *de dote in 7.parte, priuil.1.in 3.colum.ver.poteſt.* vbi, quod poterit vxor alienata dotalia recuperare mortuo marito. † Amplia 4
multo magis in bonis extradotalibus, in quibus maritus nullum habet dominium, neque adminiſtrationem, niſi conſentiente vxore. *l.maritus.C.de procurat.* vbi Doctor. faciunt regulam. *quod noſtrum.ff.de reg. iur.* faciunt not. per Corn. *conſil.272.lib.4.* Dec. *conſil.*
57.num.3. vbi, quod maritus non poteſt præiudicare vxori in iure quæſito, ita in terminis Soc. Iun. *conſ.105.in 2.q.lib.1.* † Amplia; 5
quia ſi maritus conuenit cum ſocero, quod poſtquam traduxiſſet vxorem ſuam ad domum, feciſſet illam renunciare hæreditati pater-

paternæ, non nocet vxori ratum non habenti, quin possit hæreditatem paternam obtinere, si ad eam spectat. Cast. *cons.* 278. *in fin.*
6 *n.* 3. *lib.* 2. † Extende, quia neq; maritus ex tali conuentione potest molestari. Castr. *d. cons.* 278. *in fi. lib.* 2. quia factum alienum non seruatum non obligat promittentem. † Limita; quia valet alienatio
7 facta per maritum de bonis dotalibus suæ vxoris quoad præiudicium mariti, & eius hæredum; ideo poterit habens hypothecam, vel emptionem agere contra maritum, & hæredes. Bald. *cons.* 422.
8 *Res dotalis, lib.* 2. † Limita; quia si maritus, & vxor simul vendant valide prædium vxoris, & ambo in solidum confiteantur habuisse pretium; quia est impossibile, quod pretium sit integrum apud ambos, præsumitur, quod medietas peruenerit ad maritum, & alia medietas ad vxorem; ideo soluto matrimonio vxor non repetit, nisi medietatem pretii, quod ad marirũ peruenit, actione pro dote. Bart. *cons.* 124. *Punctus quæstionis, lib.* 1. sequitur Castr. *cons.* 361. Bart. *cons. In quodam, lib.* 1. *& cons.* 362. *Super primo, in fi. lib.* 2. Roman. *cons.* 201. *Pro decisione, in pr.* Curt. Sen. *cons.* 9. *circa med.* pro qua parte
9 Castr. in simili *cons.* 297. *Visis actis, in prin. lib.* 1. † Contrarium tenent multi, quos allegat apostil. ad Bartol. *d. cons.* 124. *lib.* 1. quia dicunt, quod experientia docet, quod pro cautela emptorũ faciunt mariti interuenire vxores, & vltra prædictos Bald. *in auth. si qua mulier, col.* 2. *ver. pone ergo, quod vir. C. ad Velleian.* vbi, quod mulier prohibetur, & ideo ad eam nihil præsumitur peruenisse. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, n.* 5. vbi citat Panor. *cons.* 44. *In præsenti quæstione, lib.* 1. *col.* 1. Soc. *cons.* 15. *Visis prædictis, col.* 6. *v. est ergo aduertendum, lib.* 1. Bertran. *cons.* 236. *Multa sunt, nu.* 22. *lib.* 1. late pro vtraq; Afflict. *decis.* 209. & quod pro ista parte fuit iudicatum; quia ad vxorem non præsumitur aliquid peruenisse, & sequitur Rol. à Vall. *consil.* 64. *per tot. li.* 1. vbi plures allegat, & dicit, q; consilũ Bar. procedit
10 in iis, qui possunt se obligare. Crau. *cons.* 91. † Declara igitur; quia *cons. Bart.* 124. *lib.* 1. procedit in aliis, qui non prohibentur obligari,
11 secus in viro, & vxore. Rol. à Val. *d. cons.* 64. *lib.* 1. † Declara; quia non habet locum *cons. Bar.* 124. *lib.* 1. quando de contrario apparet, vt quia maritus recepit totum pretium, postea fecit fieri confessionem in solidum. Bald. *in l. mater, col.* 4. *ver. modo quæritur, C. de rei vend.* quem sequitur Tiraq. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, nu.* 4. Alex.
12 *cons.* 38. *n.* 2. *lib.* 2. † Et idem, si ex libris constaret, quod postea ma-
13 ritus exegerit. Castr *d. cons.* 297. *Visis actis, in pr. lib.* 1. † Declara tribus modis per Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, nu.* 5. quia non procedit dictum *cons. Bart.* 124. *lib.* 1. quod medietatem receperit maritus, & medietatem vxor, quando primo loco se obligat maritus, secundo loco vxor, vel prius vnus, quam alter nominatur; secundo, nisi simus in personis prohibitis, prout vir, & vxor; tertio etiam in permissis, quando tota pecunia, vel res peruenit ad v-
14 num tantum. † Declarat etiam Natt. *cons.* 552. *per tot.* quia si vxor venderet rem mariti consentiente marito; quia præsumitur pretium ad maritum peruenisse, licet vxor confiteatur, quia ex fraude præsumitur id factum.

Maritus agit ad recuperationem vxoris multis casibus. Concl. 99.

1 MARITVS † potest agere petitorio vendicando vxorem nolentem reuerti ad se, sicut pater agit contra filium. Cuman. *cons.* 1. *Certissimi iuris. in prin.* quod est subscriptum à Cumano, Fulgosio, & Prosdocimo de Padua. † Amplia; quia agit etiam possessorio, & spolio; quia dicitur spoliatus, eo, quod vxor recuset velle
2 reuerti ad maritum, & tunc non admittuntur exceptiones requirentes petitorii cognitionem. Cuman. *d. cons.* 1. *in princip. & per tot.*
3 † Declara; quia debet probare prius titulum matrimonii, & consummationem, alias non agit spolio. Abb. in sua *quæstio.* 4. *in princ. & col.* 7. *nu.* 8. *ver. nunc respondeo.* † Restringe; quia admittitur exceptio nimiæ sæuitiæ viri, & hæc exceptio tanquam incidens, vel emergens ad impediendum processum in restitutione debet summarie cognosci, & probari, & ideo sufficit summaria probatio, hoc est, semiplena. Card. Zabar. *cons.* 9. *Primo præsuppono. per tot.* vbi, quod sufficit probatio sæuitiæ de præterito, nisi probetur ex ad-
5 uerso emendatio. † Declara; quia sæuitia debet esse capitalis ad hoc, vt negetur restitutio marito, etiamsi velit cauere de non offendendo. Card. Zab. *d. cons.* 9. *in prin.* Vide omnino Soc. *reg.* 16. *Restitutio ad quasi possessionem matrimonij petenti concedenda.* vbi relatiue restringit 14. modis, quinq; dicit poni per gl. *in cap.* 1. *vt lite non con-*
6 *test.* & ibi Ioan. And. addit octo, & alium ponit ibi Soc. † Amplia; quia etiam potest maritus implorare officium iudicis, vt restituatur vxor nolens reuerti. Cuma. *d. cons.* 1. *in prin.* † Extende, vt procedant prædicta, etiamsi vxor post consummatum matrimoniũ afferat se velle agere vitam spiritualem, & monachalem; quia debet marito restitui. Cuman. *d. cons.* 1. *n.* 3. *ver. nec iusta allegatio.* † Extende; quia potest vxor excommunicari, & compelli per excommunicationem, vt redeat ad virum suum. Cuman. *d. cons.* 1. *num.* 4. *ver. & si renuerit.*

Maritus ex quib. causis possit expellere vxorem. Concl. 100.

MARITVS † potest expellere vxorem de domo, si non soluit dotem promissam. Abb. *cons.* 85. *Videtur primo, col.* 2. *num.* 1. *ver. nam quandocunque, lib.* 2. idem tenet Rom. *cons.* 517. *In casu proposito, num.* 2. *col.* 2. *in princ. ver. aut est indotata,* vbi plenissima apostil. *in ver. potest,* citat plurimos concord. citat etiam tenentes contrarium; sed dicit hanc * communem, & veram Alex. *cons.* 56. *In præsenti, nu.* * 10. *ver. tamen propter non solutam dotem, lib.* 4. vbi apost. *in ver. expelle.* citat pro vtraque parte Alex. *cons.* 123. *Viso processu, n.* 6. *ver. posset etiam. lib.* 7. † Contrarium tenent aliqui; quia esset contra iuis Diui-
2 num, vt *in Euangel. Matth. cap.* 10. *&* 19. Beat. Paul. *ad Ephes. cap.* 5. & plures citat apostil. ad Alex. *d. cons.* 56. *n.* 10. *lib.* 4. *in ver. expellere.* Declarat † apostill. ad Rom. *d. cons.* 517. *in ver. potest,* quod ius diuinum
3 prohibet separationẽ matrimonii, non separationem thori, prout hic tractatur; & ideo dicit, quod potest expelli; quia qui non tenetur alere, neq; tenetur in domo retinere; quia venit habitatio appellatione alimentorum; tamen dicit, quod licet sit * com- *
munis opin. quod possit expelli, melius facit, qui non expellit.
dit ipsis filiis ab intestato vna cum fratribus prædefuncti vtring; coniunctis in capita, cam quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum, *auth. defuncto. C. ad Tertullian.* Bald. *cons.239. Dicta mater. in fin. lib.5.* Cardin. Zab. *cons.51. in pr.* † Et si omnes decedunt, 2
succedit omnibus. *auth. defuncto. C. ad Tertull.* Alex. *cons.185. In causa, & lite. n.8. & seq. ver. rursus posito, quod. li.6.* † Si vero sunt fratres, vel 3
sorores filii defuncti ex vno latere tantum, mater excludit eos. Alex. *cons.45. Habita pro viribus, in pr. lib.7.* † Amplia; quia mater ꝑ- 4
fertur fratribus defuncti filii, quando sunt ex vno latere coniuncti. Bald. *cons.418. An in substitutione. lib.5.* Card. Zab. *cons.51. in princip.* † Amplia; quia mater, quæ successit filiis, potest testando dispo- 5
nere libere de successione sua, etiam quoad bona, quæ fuerunt illi obuenta ex hæreditate aliquorum filiorum in præiudicium superiuuẽtium filiorum, dummodo illis reseruet portionem legitimæ debitæ. Alex. *cons.227. Ponderatis narratis. in pr. li.6.* & iterum *n.6. vers. sed ita est.* † Extende, vt procedat etiam state statuto, quod 6
mater teneatur reseruare filiis hæreditatem, quam habuit ab aliis filiis defunctis; quia non tenebitur illam reseruare nepotibus ex filiis præmortuis, etiam quando ipsi nepotes concursum habuerunt cum patruis; quia licet nepotes de iure communi concurrant cum patruis ad hęreditatem patrui, & repręsentent patrem, illud est de iure communi; secus de iure statutario, maxime, quãdo statutum est contra ius commune. Alex. plene *d. cons.227. in pr. ver. aut consideramus, & per tot. lib.6.* † Limita; quando mater susce- 7
pit tutelam filiorum, & non confecit inuentarium; quia priuatur successione. Cardin. Zabarel. *cons.51. in pr.* † Declara tamen; quia 8
si pater testator liberauit matrem à confectione inuentarii; tunc nõ priuatur; quia inuentarium respicit priuatam vtilitatem; ideo potuit remitti. Cardin *d. cons.51. in princip.* † Limita, quando mater 9
non petiisset tutorem filio impuberi defuncto intra annum; quia ipsa excluditur. Bald. *cons.418. in fin. li.5.* † Limita, qñ mater transi- 10
ret ad secunda vota; quia quoad bona filii, quæ prouenerunt ex hæreditate paterna, solum succedit in vsufructu, non autem in proprietate; secus est in bonis, quæ aliunde prouenerunt, quam à patre. Bald. *cons.464. Incipiendo, numer. 3. ver. est verum, lib.2. authen. ex testamento. C. de secund. nupt.* & Bal. *consil.467. Factum sic proponitur, in princip. lib.2.* Ioann. de Anan. *consil.101. in fin. & consil.73. in 4. dubio,* vbi plene Bologn. Flor. de S. Petro *consil. 2. n. 4. in fi. ver. ad illud autem, cum sequen.* vbi allegat tex. in *l. fœminæ. §. illud etiam addimus. C. de secun. nupt.* Roman. plene *consil. 405. Præsuppositis terminis per tot.* vbi apostill. dant concord. † Extende, vt procedat, si ma- 11
ter transfuerit ad secundas nuptias ante mortem filii, cui succedit, siue post. Castrens. *dict. consil. 67. In casu præsenti, col.2. circa med. ver. mater tamen, lib.2.* † Et quod mater transiens ad secundas nu- 12
ptias, etiam post tempus luctus perdat proprietatem omnium legatorum, & donatorum sibi à marito, ita quod proprietas deuoluatur ad filios, ipsa autem mater pro se retineat solum vsumfructum, vt *authen. de nupt. § si vero expectet.* Roman. *dict. cons.405. in princip.* Alexand. *cons.66. Viso testamento. nu.7. & seq. ver. attamen attenta, lib.3.* vbi apost. *in ver superstite,* dat concord. † Extende, vt pro- 13
cedat etiam quoad donationem propter nuptias, si non à marito, sed ab alio habuisset ex donato, vel legato, aut alias; quia adhuc amittit proprietatem, quæ filiis acquiritur, & retinet solum vsumfructum, est text. in *authent. in donatione. C. de secund. nupt.* Roman. *d. cons.405. Præsuppositis, in pr. ver. hanc autem sententiam.* † Re- 14
stringe in donatis, legatis, vel quocunque titulo peruentis ad matrem ab alio, quam à marito, etiam si contemplatione mariti & à consanguineis mariti habuit; quia cum vere à mariti substantia nõ proueniant, sed p quandam fictionem, & leges priuantes matrem sint pœnales, & odiosæ, non debent extendi ad ca-

sum fictum; ideo mater non priuatur per transitum ad secunda vota, neq; proprietate, neq; vsufructu habitis, datis, donatis, vel legatis contemplatione mariti, nisi esset ex causa donationis nuptialis, in qua est speciale, quod priuetur proprietate, quãdo trãsit ad secundas nuptias, etiam si habuit ab aliis contemplatione mariti, ita plene Rom. *d. cons.* 405. *col.* 2. *ver. iis tamen non refragantib.*

15 vbi apost. *in ver. verius*, dat concord. † Restringe; quia bene mater, quæ transiuit ad secundas nuptias, succedit filio, seu filiæ ex primo matrimonio, vna cum aliis filiis primi matrimonii in capita, seu in virilem hoc modo in bonis filii aliunde, quam à patre quæsitis, etiam si contemplatione patris sint quæsita pleno iure, videlicet tam in proprietate, quam in vsufructu; si vero sunt bona quæsita à patre; tunc succedit in virilem solum quoad vsumfructum. Roman. plene *d. cons.* 405. *nu.* 9. *ver. quoad quartum.* vbi apost.

16 fin. in *ver. vsumfructum*, dat concord. † Declara, seu extende, vt per Bart. *cons.* 54. *Angelus, in fin. lib.* 1. distinguentem, de quo infra *Conclus.* 112. *nu.* 51. *ver. Declara totam.* & vide plenius Alex. *cons.* 63. *In dubitatione, n.* 2. *& seq. per tot. lib.* 5. vbi mater transiens ad secundas nuptias priuatur successione filiorum quoad proprietatem, quando extant alii filii, sed si nulli alii filii ex ipso matrimonio extant; tunc bene succedit mater, & in proprietate, & vsufructu; quia priuatio matris fit fauore filiorum; ergo si filii non extant, priuatio non habet locũ, & apost. ad Alex. ibi in *ver. postquam.* citat plurimos cõcord. quibus adde Bald. *cons.* 42. *& cons.* 46. *in fin. lib.* 2. Aret. *consil.* 40. & Bald. *consil.* 153 *Quidam testator, lib.* 5. *in primo dubio.* extendit, etiam si extent filii ex eodem parente ex alia vxore; quia non excludunt matrem à successione filii sui vnici, etiam si transiuit ad secunda vota, plene Alex. *cons.* 66. *Viso testamento, nu.* 7. *ver. & si dicti filij, lib.* 3. vbi apost. *in ver. superstite.* citat concord. maxime Alex. *cons.*

17 211. *in princ. li.* 7. † Contra declarationem, quod imo priuatio matris, si transiuit ad secunda vota, procedat, etiam si alii ex eodem matrimonio non extarent, tenet gl. *in auth. ex testamento. C. de secun.*

18 *nupt.* † Declarat Bald. *consil.* 153. *in pr. lib.* 5. quod illa gl. reprobatur

* 19 per Doct., put reprobant omnes * citati in *ver. declara n.* 16. † Imo declaratio procedit, vt succedat nedum in bonis filii defuncti in proprietate, & vsufructu, quando non extant alii filii ex eodem matrimonio, non obstante transitu ad secundas nuptias, sed imo etiam succedit in donatione propter nuptias sibi à marito defũcto facta quoad proprietatem, quæ erat filii mortui, ita Alex. *dict.*

20 *cons.* 63. *n.* 3. *lib.* 5. † Restringe, quando filius est effectus testabilis; quia moriens intestatus censetur remisisse pœnam matri, quæ transiuit ad secundas nuptias; ideo succedit filio in totum, si alii filii ex eodem matrimonio non extant. Alex. *d. cons.* 63. *num.* 2. *in fi.*

21 *ver. item quia filius. li.* 5. † Restringe, vt non procedat, quando vigore statuti mater excluderetur; quia neq; in vsufructu succederet.

22 Bald. *d. consil.* 467. *per tot. lib.* 2. † Restringe, vt limitatio procedat, quando extant alii filii ex primo matrimonio; secus si non extant; quia mater succedit in plena proprietate. Ioan. de Anan. *cons.* 101. *in fin.* Anchar. *cons.* 278. *num.* 3. & 4. Bologn. ibi in *apostill. ad Ioan. de*

* *Anan. num.* 3. vbi in fine dicit * cõmunem. Castr. *cons.* 67. *colum. fi.*

☞ *ver. mater tamen. lib.* 2. † Vide Conclus. prox. seq. † Limita, quando

23 vitam inhonestam duxisset; quia etiam propter stuprum priuatur tutela, & consequenter successione filii. Bald. *cons.* 297. *Super pri-*

24 *mo, lib.* 3. † Limita in matre spuria; quia non succedit filio procrea-

25 to ex coitu damnabili. Fulgos. *cons.* 82. *in princ.* † Qualiter autem è conuerso filii succedant matri, quæ transitum fecit ad secũda vota, quando sunt tam ex primo, quam ex secundo matrimonio, sic

26 dicas. † In bonis matris, siue dotalibus, aut alias ad eam spectantibus, quæ non proueniunt à primo, neq; à secundo marito, neq; contemplatione eorum, succedunt omnes æqualiter in virilem, *au: h. defuncto, cum ibi notat. C. ad Tertull.* Roman. *d. cons.* 405. *Præsuppo-*

27 *situs, n.* 8. *ver. quoad tertium.* † Extende, vt idem sit in bonis, quæ ad matrem peruenerunt, non à maritis, sed contemplatione maritorum; quia ista sunt libera mulieris, & in istis æqualiter succedunt filii vtriusque matrimonii. Roman. *d. cons.* 405. *in princ. in pri-*

28 *mo dubio, & num.* 8. *in tertio dubio.* † Extende, vt idem sit in bonis, in quibus mater successit filio ex primo matrimonio, quando illa bona filii non erant ex hæreditate primi mariti; quia in ista successione materna succedũt omnes filii æqualiter mortua matre. Ro-

29 man. *d. cons.* 405. *in fi. ver. ipsi autem filij.* † Restringe; quia in omnibus, quæ peruenerunt ad matrẽ ex donato, vel legato primi mariti mulier transiens ad secunda vota perdit proprietatem, & retinet solum vsumfructum; ideo soli filii primi matrimonii succe-

30 dunt. Rom. *d. cons.* 405. *n.* 8. *ver. licet enim dispõatur.* † Restringe, vt idem sit, si mater, quæ transiuit ad secunda vota, succederet vni filio, vel filiæ ex primo matrimonio in bonis, quæ erãt primi mariti; quia tenetur illa reseruare aliis filiis primi matrimonii, & filii secundi matrimonii nihil possunt prætendere. Rom. *d. cons.* 405. *in fi. ver. quatenus autem.* † Restringe in donatione propter nuptias, si quã habuit, siue à primo marito, siue ẽt ab alio contemplatione primi mariti; quia nõ possunt succedere, nisi filii primi matrimonii; quia illis tenetur conseruare. Rom. *d. cons.* 405. *n.* 3. *ver. tertio de hac quæstione, cum seq.* † Declara prædicta omnia, quæ dicta sunt de filiis primi matrimonii, vt donata propter nuptias teneantur cõseruare, ita, quod filii secundi matrimonii nihil consequi possint, & in aliis casibus prædictis procedunt in casu conuerso; quia pariter filii primi matrimonii non succedent matri in iis, quæ sibi donata sunt à secundo marito propter nuptias, vel si successit vni filio ex secundo matrimonio in bonis secundi mariti; quia filii primi matrimonii non succedunt in istis. Rom. *d. cons.* 405. *n.* 6. *v. secundo quia.*

Mater succedit filio, exclusis auo, & aliis ascendentib. Concl. III.

MATER † succedit filio, excluso auo paterno secundum gradus prærogatiuam. Bald. *cons.* 438. *Factum, super quo, in prin. & per tot. lib.* 4. † Extende, vt multo magis præferatur auiæ paternæ, vel maternæ. Bal. *d. cons.* 438. *circa fi. lib.* 4. † Amplia, vt procedat etiam in rebus donatis propter nuptias filio marito, vel nurui vxori, in quibus filii nepotes donantis successerant; quia adhuc mater excludit auum paternum in iis, quæ prouenerant ab ipso auo ex donatione nuptialia. Oldrad. *cons.* 110. *ver. donatio ita q. & vers. ex prædictis. in fin.* † Amplia; quia succedit filio exclusis fratribus filii ex latere paterno tantum. Bart. *cons.* 54. *Angelus. nu.* 6. *lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si non petiit tutorem filio, cui succedit, quando habebat substitutum. Bart. *d. cons.* 54. *n.* 6. *lib.* 1.

Mater quando priuetur successione filii, vel non, ob transitum ad secunda vota. Concluſ 112.

MATER, † quæ accepit tutelam filii impuberis, si transeat ad secunda vota non petito alio tutore, & non reddita ratione administrationis, priuatur successione filii. *l. omnem. C. ad Tertull.* Bald. *cons.* 51. *Istæ quæstio, in pr. & per tot. lib.* 3. maxime *in fin. ver. contra matrem.* & Ang. Aretin. *cons.* 78. *Pro decisione, num.* 2. *& sequen. ver. secundo hoc probatur.* † Extende; quia procedunt prædicta, etiam si ipsa mater transiens ad secunda vota retinuerit tutelam, & bona filii administrauerit; quia lex inducit contra eam multas pœnas; quia dicitur Deum negligere, & memoriã primi mariti denigrare, & filiorum charitatem deserere; ideo multis pœnis tales matres leges afficiunt, *auth. de nupt. §. si autem tutela. collat.* 4. plene Anchar. *consil.* 316. *In causa, qua vertitur, nu.* 2. † Extende; quia non debet filius educari penes matrem, quæ transiuit ad secunda vota propter suspicionem imminentis periculi vitæ pupilli. Anchar. *cons.* 316. *num.* 7. † Extende, vt procedat, etiam si data sit tutrix mater à marito in testamento; quia si non fecit inuentarium, & non accepit administrationem, neque petiit alios, antequam transiret ad secunda vota, priuatur successione filii. Bart. *cons.* 18. *Viso testamento, in* 2. *dubio, lib.* 1. † Declara tamen; quia hæc priuatio non fit ipso iure, sed per sentẽtiã. Anch. *cons.* 440. *In quæstione, quæ vertitur, num.* 4. & 5. † Restringe; quia ex solo transitu ad secunda vota non priuatur mater successione filii, quando non concurrit negligentia in petendo alio tutore, & reddenda ratione administrationis. Ang. Aret. *cons.* 78. *Pro decisione, n.* 6. & *n.* 7. *ver. sed tamen iis non obstantibus.* † Et bona secundi mariti sunt tacite hypothecata pro mala administratione matris post trãsitum ad secunda vota. Ancha. *d. cons.* 316. *n.* 2. † Exosæ sunt legibus tales matres; ideo lex non confidit de eis; imo dicit lex, quod nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt, *l. lex quæ tutores. C. de adm. tut.* Anch. *d. cons.* 316. *n.* 3. † Amplia; quia priuatur etiam successione filii, si non acceptando tutelam testamentariam transiuit ad secunda vota, non petito alio tutore. *auth. vt matri, & auiæ, & l. sciant. C. de legit. tut.* Bart. *d. cons.* 18. *in* 2. *dubio, lib.* 1. † Amplia; vt quod dicitur de successione, qua priuatur mater transiens ad secunda vota non petito tutore filio impuberi, procedat etiam in substitutione pupillari facta per patrem filio ad fauorem vxoris, quam tutricem reliquit; quia priuatur etiam ex substitutione. Bald. *d. cons.* 51. *per totum.* vbi est casus, *lib.* 3. † Extende ampliationem, vt procedat etiam stante statuto, quod mulieri liceat sine pœna transire ad secunda vota; quia statutum licet tollat pœnam transitus, non tamen tollit pœnam negligẽtiæ redditionis administrationis tutelæ, & non petiti tutoris; & ideo in casu omisso recurrimus ad ius cõmune. Bald. *d. cons.* 51. *per tot.* maxime *in fi. ver. non obstat statutum. li.* 3.

† Re-

12 † Restringe in substitutione fideicommissaria; quia ex ea succeditur marito; ideo non priuatur. Ioann. de Anan. *cons.* 102. *num.* 1.
13 *ver. non obstat l. sciant.* † Amplia; quia idem est, si negaret contraxisse; quia si cum secūdo viro se immiscuit, adhuc idem est; quia priatur tutela, & successione filii ob stuprum. Bald. *cons.* 297. *Super*
14 *primo. lib.* 3. *per tot.* † Amplia; quia etiam priuatur, quando intra annum non petiit tutorem filio, licet non transfuerit ad secunda vota. Vide *Tutelam qui petere teneantur. Concluſ.* 413. † Amplia; quia
15 mater nedum priuatur successione filii ob non petitum tutorem, si transeat ad secunda vota, sed etiam si tutorem petierit coram iudice incompetenti; quia cum non sit tutor legitime datus, priuatur successione. Bald. *d. cons.* 334. *Factum tale est, magister, circa med.*
16 *ver. concluditur, quod, lib.* 4. † Amplia; quia mater tutrix si transeat ad secunda vota non reddita ratione administrationis suæ tutelæ alteri contutori, priuatur successione filiorum. *l. omnē, in fi. ff. ad Tertull.*
17 † Restringe, etiam si mater administrasset, quando contutor accepta administratione in totum in se per instrumentum attestatur, quod mater nihil administrauit, & si quidem consititerit eam administrasse, se obligat pro ea reddere rationem, quia istud sufficit, & releuat matrem, ne priuetur; quia sicuti releuaretur, si depositum muscale fecisset, dando fideiussionem pro residuo; ita
18 etiam in casu isto Angel. Aret. *d. cons.* 78. *Pro decisione, nu.* 15. *& sequ. ver. secundo hoc probatur.* vbi late. † Restringe, vt non procedat, quando mater transiuit ad secunda vota non reddita ratione cōtutori, vel alteri tutori petito; quia ita bene administrauit, quod non supererat locus redditioni rationis administrationis. Bald. *in*
19 *omnem. ver. quæro quid si mater, ita bene tutelam. ff. ad Tertull.* quem sequitur Angel. Aretin. *cons.* 78. *Pro decisione, numer.* 12. *& 13. ver. vnde cum in casu nostro.* † Restringe, quando mater habebat contutorem, qui solus administrauit ex conuentione, quam facere possunt; quia si non reddidit rationem; quia alius contutor administrauit, non priuatur. Angel. Aret. *d. cons.* 78. *in pr.* vbi pro vtraque
20 parte, & hanc tuetur, & tollit contraria, maxime *num.* 9. *& multis seqq. ver. nec etiam tertio.* † Amplia; quia etiam in bonis emphyteuticis Ecclesiæ non succedit mater, quæ transiuit ad secundas nuptias viuente filio, de cuius hæreditate agitur, sed præferuntur pauperes, quibus bona sunt distribuenda ex testamento, si emphyteusis transit ad quoscunq; hæredes extraneos. Petr. de Anch.
21 *cons.* 89. *Decisio supradictorum, per tot.* † Restringe, vt non procedat, quando concurreret mater, quæ transiuit ad secunda vota cum extraneo non hærede vltimi defuncti. Pet. de Anch. *cons.* 38. vbi,
22 quod mater præfertur. † Amplia, vt procedat, ēt si pupillus haberet alium tutorem testamentarium datum à patre simul cum ipsa matre; quia antequam transeat ad secunda vota debet reddere rationem iudici, & hoc notificare, quatenus alius sit idoneus, & contutori reddere rationē, & quatenus non sit per se sufficiēs, debet petere etiam alium tutorem dari simul cum testamentario. Bald. *cons.* 489. *Punctus quæstionis. lib.* 4. quibus postea reddet ratio-
23 nem. Ang. Aret. *cons.* 78. *Pro decisione, n.* 4. *v. nec etiam reddidit.* † Cōtrarium, quod ex solo transitu ad secunda vota, & etiā ex eo, quod alium tutorem non petierit, quando extabat alius tutor sufficiēs. puta frater pupillorum, qui administrauit, tenet expresse Ang. Aret. *d. cons.* 78 *Pro decisione, n.* 7. *& 8. v. sed tamen iis non obstantibus.* vbi oltendit clare; quia solus transitus ad secunda vota non inducit priuationem successionis, *auth. ex testamento.* vbi gloss. & Doct. *C. de secund. nupt.* ex non petito tutore idem; quia habenti tutorē alius
24 non potest dari, vel debet. † Et contrarium extendit idem Ang. Aret. *d. cons.* 78. *num.* 9. *ver. ac etiam si dicti filii.* vt mater non priuetur successione, si transit ad secunda vota non petito alio tutore, qñ extabat tutor legitimus, licet nondum accepisset administratio-
25 nem ex iudicis decreto. † Amplia; quia mater priuatur successione filiorum, si inhoneste viuat, etiam si non transeat ad secunda vota. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de secund. nupt. concl.* 8. *Pœnæ*
26 *secundo nubentium afficiunt.* † Amplia, quod dicitur de matre nō petēte tutorem filio intra annum, vt priuetur successione, procedat etiam in auia, quę licet non succedat extante matre; tamē propter officium pietatis priuatur vna cum matre, si simul non petierunt intra annū. Anch. *cons.* 250. *Omnia iura*, vbi dicit, quod mora matris, licet non noceat aliis, tamen nocet auiæ, quæ non debet tar-
27 dare. † Contrarium, quia bene de iure anti quo mater, & auia tenebantur simul petere intra annum, alias priuabantur, & hoc ideo; quia ipsæ esse non poterant tutrices, hodie, quod possunt esse, & mater præfertur auiæ, mater habet annum, & eo lapso incipit annus auiæ, non prius; quia non est in mora, donec mater præ-
28 fertur, ita Castr. *cons.* 29. *in fi. ver. nunc est videndum. n.* 4. *li.* 2. vbi apost. dat concor. † Vide Bar. *cons.* 18. *Viso testamento, n.* 3. *versic. tertio est videndum, li.* 1. vbi, quod auia, quando adest mater, licet possit & ipsa petere tutorem; tamen non tenetur petere, & ob non petitum nō priuatur, siue sit auia paterna, siue materna, & siue non petierit intra annum matris, siue post, quia leges, quæ priuant ob non petitum tutorem, habēt locum in iis, qui habēt primam causam succedendi, non iis, qui veniunt secundario, exclusis primis, & repetit *cons.* 215. *An testamentum, n.* 3. *lib.* 1. † Extende in matre, etiam si 29
exat ante eā substitutus; quia non excusatur expectando morā substituti; quia si post lapsum anni substitutus moriatur nō petito tutore, neq; per substitutum, neq; per matrem, neq; per auiā, isti omnes excluduntur, licet alii non. Ancha. *d. cons.* 250. maxime *n.* 3. *ver. præterea si habet pupillus.* † Amplia; quia mater, cui maritus 30
fecit legatum, & fecit tutricem filiarum suarum, si transit ad secūda vota non acceptata tutela, priuatur legato sibi facto, quod & si auferatur tanquam ab indigna, non defertur fisco, sed filiis. Castillio. *cons.* 11. *Super casu, nu.* 5. *ver. & similiter dici potest.* † Extende, vt 31
procedat, etiam si pater filiabus solas dotes reliquerit, quasi nihil haberent; quia expectandum erat matrimonium; quia mater tenebatur accipere tutelam, & legitimam debitam filiabus in inuentario describere. Castillio. *cons.* 11. *nu.* 5. *& seq. ver. forsitan diceret.* † Extēde; quia imo etiam si extaret statutum, quod solus masculus succedat, & filię dotentur, ita quod dotem conditionalem solum haberent, priuatur adhuc; quia debuit iuxta mentem mariti acceptare tutelam, & in inuentario describere legata dotis conditionalia. Castill. *d. cons.* 11. *n.* 9. *& seq. ver. quinmo.* † Extende; quia 33
non debet habere, nisi vsum fructum, etiam si non esset priuata, ex quo ad secunda vota transiuit. Castillio. *d. cons.* 11. *nu.* 10. *ver. rursum.* † Extende in tantum teneri matrem, & maritum transeuntes ad 34
secunda vota reseruare filiis primi matrimonii, quicquid habuerit titulo lucratiuo ab vxore, vel marito respectiue, vt si vxor habens emphyteusim Ecclesiasticam patiatur fieri inuestituram in ea, & maritum, & filios eorum, & vtriusque eorum vsque ad tertiam generationem, & altero decedente ex eis succedat superstes, si moritur vxor relicta filia, ad filiā spectat portio matris sine dubio, etiam si mater instituisset hæredes filiam pro dimidia, & maritum pro alia dimidia; quia filia habet emphyteusim vt filia, non vt hæres. Alexand. *cons.* 119. *Viso processu, num.* 3. *&* 4. vbi dicit * cō- *
munem. *lib.* 5 si vero maritus transeat ad secunda, vota, & habeat alios filios, non possunt succedere in emphyteusi, sed tota reuertitur ad filiam ex primo matrimonio; quia maritus habuit ex liberalitate vxoris; ideo tenetur reseruare filiis ex prima vxore, à qua habuit. Alex. *d. cons.* 119. *n.* 4. *& 5. ver. de reliqua vero. lib.* 5. vbi tamen *n.* 7. fatetur, quod si non extarent filii ex primo matrimonio; tunc posset relinquere filiis ex secundo matrimonio. Vide Con- ¶
clusionem proxime præcedentem, *n.* 10. *& seq.* Vide, *Matrimonium secundum priuat vxorem legato primi mariti. Concluſ.* 155. Vide. Plene Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de secund. nuptiis. Concl.* 1. *Mulier transiens ad secunda vota, cum duabus conclusionibus ibi proxime sequentibus.* † Limita; 35
quia si primo mater successit filiis mortuis in ætate pupillari, quia petiit tutorem, vel susćepit tutelam, licet postea transeat ad secunda vota non petito tutore aliis filiis superstitibus, nec reddita ratione, non priuatur quoad mortuos ante, ita plene Ang. Aretin. *cons.* 78. *Pro decisione, n.* 9. *ver. præterea*, & plenius, *n.* 20. *& seq. v. vltimo superuacanea.* † Declara tamen, quia licet mater non perdat succes- 36
sionem acquisitam ante transitum ad secunda vota, bene perdit proprietatem, quam tenetur restituere superstitibus filiis, si superuiuant, vna cum vsufructu post mortem matris, si tamen ipsa mater superuiuat filiis, tunc lucratur etiam proprietatem, de qua potest libere disponere. Angel. Aret. *d. cons.* 78. *Pro decisione, num* 22. *& sequent. ver. capio secundam.* † Limita, quando mater non ac- 37
ceptasset tutelam filii extante auo paterno; quia licet auus non administrauerit, & mater transiuerit ad secunda vota, non priuatur successione, secus si ipsa mater primo acceptasset tutelam, & non petito alio transiuisset ad secunda vota. Bald. *cons.* 438. *Factū, super quo per tot.* maxime *ver. solutio. lib.* 4. Alexand. *cons.* 185. *In causa. nu.* 12. *ver. alia etiam. lib.* 6. † Contrarium, quod imo etiam stante a- 38
uo paterno priuetur mater transiens ad secunda vota non petito tutore filiis, tenet apostill. ad Alexand. *d. consil.* 185. *n.* 12. *lib.* 6. *in ver. mater*, allegat Alberic. Bart. & Bald. *in l. matres, Cod. ad Tertull.* & Anch. *consil.* 104. Guid. Pap. *cons.* 179. † Imo, quod mater non pri- 39
uetur successione filii, si transiuit ad secunda vota, quando non acceptauerat tutelam, tenet simpliciter Castr. *cons.* 417. *Ista domina, in princip. lib.* 1. vbi solum considerat priuationem ex transitu ad secunda vota, quando tutelam acceptasset; quia debet reddere rationem, & reliqua restituere, antequam transeat ad secunda vota: item priuatur ob non petitum tutorem; sed non ob transitum, vt supra, & ita Anton. de Prato veteri *inter consilia Alexand. consil.* 133. *Vere crudelis, in princip. lib.* 4. quia istæ pœnæ,

quoad transitum ad secundas nuptias sunt sublatæ, vt etiam dicit
40 Alex. *cons.3.in fi.lib.7.* † Declara limitationem, matrem non priuari stante auo paterno, vt non procedat simpliciter; quia si auus paternus non haberet in potestate nepotes, vt quia essent concepti ex filio emancipato, & qui non reincidebant in potestatem aui, tunc auus non erit ipso iure tutor, & præferendus matri, qui eam excusat, neq; patruus, qui dicitur legitimus tutor, qa de iure moderno mater excludit in tãtum istos, vt non possint esse tutores, nisi postquam mater renunciauerit tutelæ; quia ipsa, & intra annum, & post annum impedit alium dari, nisi ipsa renunciet, ita Castillio. *cons.6.Supponitur, per tot.* vbi, quod non excusatur, si non petiit, licet adsint alii, ad quos possit tutela deferri, nisi ex decreto
41 iudicis tutelã susceperint. † Limita, quãdo mater contraxit spõsalia, & non fuit traducta; quia non priuatur, si tutelam assumpserat, alias secus. notandum dicit Rom. *Sing.222. Tu habes, quod ma-*
42 *ter*, vbi apostil. declarat, si copula non interuenit. † Extende idẽ, si contraxit matrimonium, sed nulliter, & nõ interuenit copula; quia non priuatur, si sumpsit tutelam intra annum, apostil. secun-
43 da *in fi. in d. Singul.222.* vbi citat plures. † Limita, vt non procedat, si filius decessit pubes factus; quia mater nõ priuatur successione; secus si decessit pupillus, & in dubio pupillus non præsumitur decessisse, sed incumbit onus probandi asserenti. Bald. *cons.451. Intelligo, quod dicti, lib.* 4. qualiter autem probetur pubes, vel maior decessisse, & quę probationes præualeant contrariæ. Bald. *cons.452. Quis melius, lib.* 4. vbi, quod maior numerus præualet, & quod masculi præferuntur fœminis, & si maior numerus esset fœminarũ,
44 causa potest transigi. † Limita; quia mater priuatur successione filiorum, si intra annum à die mortis patris nõ petiit tutorem filiis
* secundum * communem; sed tamẽ debet probari ab eo, qui vult matrem priuari, quod filii vixerint per annũ, & vltra, & quod mater non petiit tutorem intra annum, alias si hoc nõ probatur, mater non priuatur. Alex. *cons.185. In causa, & lite, in fi.n.* 10. *& seq. ver.*
45 *nec habet obstare, li.6.* † Limita, quando filii decessissent omnes, antequam mater transiuerit ad secunda vota; quia tunc cessant pœnæ secundarum nuptiarum omnino. Bald. *cons.317. Ad euidentiam,*
46 *n.3 ver. tertio est præmittendũ, li.5.* † Limita; quia illud, quod mater transiens ad secũda vota intra annum priuetur successione filiorum, quoad proprietatem, intelligitur, quando extant alii filii; secus si solus filius, de cuius hæreditate agitur, ita Alex. *cons.211. Viso*
* *themate, in pr.* vbi dicit * communem, & nemine discrepante, vbi
47 Apost. *in ver. secus.* citat alia cons. Alex. † Limita; quia si mater trãsiuit ad secunda vota intra annum, sed mortuo infante non perdit hæreditatem filii circa ea, quæ aliunde proueniunt pupillo, quã à patre; in iis vero, quę à patre, perdit proprietatem, sed consequitur vsumfructum; Io. de An. *cons.73. in quarto dubio.* vbi plene Bo-
48 logn. in apost. † Extende idem, quando post annum luctus mater transiuit ad secunda vota non petito tutore; quia erat minor, intra annum, licet maior effecta; quia succedit in bonis filii aliũde, quam à patre quæsitis libere, in aliis à patre prouenientibus suc-
49 cedit solum in vsufructu. Rom. *cons.279. Visis, in fi.* † Et priuata matre non petente tutorẽ defertur hæreditas ad sequentes, qui succedere deberẽt, & idem in aliis. Anch. *d.cons.440.n.11. v. Sed præsup-*
50 *posito.* † Declara tamen; quia si plures sunt substituti pupillariter, & omnes sint negligentes stante matre, licet successio deferatur matri, tanquam proximiori; si tamen inter substitutos esset vnus minor, defertur ei ex iure accrescendi, quod est potentius. Anch.
51 *cons.440. nu.12. & 13.* † Declara totam hanc materiam secundum Bart. *cons.54. Angelus, in fi. ver. vltimo. circa prædicta, lib.1.* vbi, quod de iure communi mater succedit filiis, sed debet aliis reseruare post mortem, quando transiuit ad secunda vota, *l. fœminæ, C. de sec. nupt.* si vero nubat post mortem filii, tunc bona, quæ habuit ex successione filii, quæ prouenerunt à patre filiis, pariter tenetur reseruare filiis ex eodem matrimonio; bona vero; quæ non prouenerunt ex patre, mater pleno iure facit sua, nec tenetur reseruare. *l. mater,*
52 *C. ad Tertull.* † Sed secundum iura post Cod. mater pleno iure succedit filiis, & non tenetur reseruare filiis primi matrimonii aliquid, siue viuente, siue mortuo filio transiuerit ad secunda vota, *auth. de non eligend. secundo nub. §. cum autem.* Bartol. *d. consil.54. ver. se-*
53 *cundum ius, lib.1.* † Ius vero nouissimum *auth. de nupt. §. hinc nos.* reddit ad distinctionem Cod. in *d.l. mater. C. ad Tert.* vt dicit Bartol. *d. cons.54. in fi. v. tertium fuit, li.1.* Alex. *cons.63. lib.5.* Aret. *cons.40. per tot.* & ides si cessant filii, succedit pleno iure, vt Bart. vbi supra, & ita etiam dicit Angel. Aret. *cons.78. Pro decisione, num.22. & seq. ver. capio secundum,* Alex. plenius *consil.63. lib.5.* vbi apost. citat plurimos, plenius Alex. *cons.3. circa præmissam, num.4. lib.7.* vbi dicit glosl. in
* *auth. ex testamento, C. de secund. nupt.* tenentem contrarium * com-
54 muniter reprob. † Declara; quia ex eo, quod mater transiuit ad secundas nuptias, non priuatur successione filii, quando alii filii non extant, alias secus secundum ius commune, & hanc commun. * dicit Alex. *d. cons.3. nu.4. ver. & constat, quod de iur. comm. lib.7.* *
cum sequ. vbi secus dicit, si statutum excluderet; siue quia vocaret consanguineos, seu agnatos, siue quia restringeret successionem matris ad vsumfructum pro illo tempore, quo vidua steterit, siue alias; quia valet. Vide, *Nuptiarum secundarum pœnæ, quæ sint sublatæ, vel non. Concl.164.* Vide Conclusionem proxime sequẽtem. Vide plene Anton. Gabr. *lib.3. titul. de secund. nupt. Concl.s.1. & 2. & 3.* vbi plene.

Mater quando priuetur successione filii ob non petitũ tutorem. Concl.113.

PRÆFERTVR † mater auiæ in tutela secundum veriorem opi- 1
nionem, sicut in successione. Ioan. de Anan. *consil.45. in fin.* vbi
Bologn. in apost. † Mater priuatur successione filii ob non petitũ 2
tutorem filio intra annum. Fulgos. *cons.137. Visis præcepto in fin.* qui
annus datur ad plus. Signor. *cons.193. Veritas est, in princip.* Roman.
sing.222. tu habes, quod mater, vbi declarat non procedere, si suscepit tutelam, & contraxit matrimonium, sed non traducta consummauit, vel nullum fuit, magis facit ad propositum *in sing.105.* incip. *sec. quero.* Castill. *cons.39. n.11. & seq.* Castr. *cons.154. col. fi. in pr. lib.*
2. *& cons.322. num.3. lib.2.* Bart. *cons.64. In quæstione, num.5. lib.2.* Ang.
Aret. *cons.76. In iis dubitationibus, num.* 8. vbi dicit * communem. *
Extende, vt procedat, siue filius, cui mater vult succedere, adiuerit hæreditatem, vel non; quia etiam si agatur de transmissione iuris adeundi, adhuc mater priuatur. Fulgos. *dict. cons.137. in fi.* Castillio. *consil.39. in pri. c. & per tot.* Bart. *d. consil.64. num.5. ver. præterea*
ex facti narratione, lib.2. † Et ideo mater non potest succedere filio 3
mortuo post annum in pupillari ætate, quando tutelam non accepit mater. Castr. *cons.287. Casum istum, in fi. lib.2.* † Extende; quia 4
mater non petens tutorem, vel non assumens tutelam filiorum intra terminum statuti, puta duorum mensium (prout Mantuæ) etiam quod sit exclusa ab agnato, præterquam à legitima, priuatur successione legitimæ. Ang. Aret. *d. cons.76. In iis dubitationibus,*
per tot. vbi pro, & contra, & hanc tuetur, & tollit cõtraria, & quod ita consuluit cum eo D. Bart. Campegius. † Extende; quia mater 5
non petens tutorem, nec assumens tutelam priuatur successione filii nedum circa successionem iuris communis, sed etiam circa successionem ex statuto inductam. Angel. Aret. *dict. cons.76. num.*
39. *v. & quod priuetur.* † Extende; quia priuatur successione filiiim. 6
puberis, si tutores dati filiis se excusauerint, vel fuerint remoti, si confestim nomina aliorum tutorum prætori non ediderit. Ang.
Aret. *cons.78. Pro decisione, in pr.* † Restringe, quando mater in nul- 7
lo succedit; quia non tenetur petere tutorem, neque assumere tutelam. Angel. Aretin. *d. cons.76. num.40. vers. ex iis apparet.* † Am- 8
plia; quia priuatur tutela, & consequenter successione filii, si cõmisit stuprum, vel alias vitã inhonestam duxit. Bald. *cons.297. Su-*
per primo puncto. per tot. li 3. allegat Iacob. de Beluis. *in auth. de restit. &*
ea, quæ parit in 11. mense, §. si. cuius opinionem dicit veriorem. † Cõ- 9
trarium glosl. *in l. in liberæ. ff. de rit. nuptiar.* Vide Anton. Gabr. *lib.3.*
titul. de secund. nupt. Concl.8. Pœnæ secundo nubentium afficiunt, vbi ple- 10
nius. † Amplia, quia ignorantia iuris in hoc non excusat mulie- 11
rem. Castillio. *cons.139. num.12. ver. nec ignorantia.* † Extende, quia 12
imo, neque ignorantia statuti abbreuiantis terminum matri ad duos menses ad petẽdum tutorem, vel assumendam tutelam excusat à priuatione succedendi in legitima. Ang. Aret. *d. cons.76. n.*
37. *ver. nec dici potest.* † Amplia; quia mater priuatur successione fi- 13
lii, si confestim non petiit tutorẽ filio, & sic intra 50. dies, ita Bart.
in l.2. §. confestim, ff. ad Tertull. & in l. sciant. C. de legit. hæred. vbi idem
dicit post Riccard. in quocumq; alio. † Declara; quia licet tenean- 14
tur mater, & alii petere confestim, videlicet intra 50. dies & cum primum potuerint, non priuantur successione ex hoc, sed bene, si negligentia durauerit per annum, ita Abb. ex mẽte Bart.
in cons.90. colum. 2. ver. secundo potest, li.2. allegat *Inst. ad Tertull. in fi.*
† Amplia; quia mater priuatur successione filii non solum, quan- 15
do non petiit tutorem, sed etiam quando bona filii sine administratione sibi à iudice decreta administrauit secundum veram opinionem. Castr. *cons.371. Iste, qui formauit. num.3. ver. item fuisset. lib.*
1. Castillio. *consil.39. num.13.* vbi, quod debet petere intra annum obtinere ex decreto, fideiubere, & inuentarium facere. Abb. *con-*
sil.90. Duo ad decis. in prin. lib.2. ver. secundo de hoc, vbi allegat glosl. *in*
l. res. §. si mater, ad Tertull. quam ibi sequitur Bart. & Bald. *in l. matres,*
C. ad Tertull. Contrarium tenent aliqui, vt per Castr. supra proxi-
me. † Declara; quia vera est ampliatio, & conclusio in matre; 16
quia si non petiit tutorem filio intra annum, priuatur succes-
sione,

sione, etiam si ipsa tanquam tutrix administrauit bona pupilli filii, non facto inuentario, & non susceptit administrationem ex decreto iudicis; quia imo priuatur administratione susceptа de facto; secus est in alio substituto, vel proximiore; quia pœna loquens in matre non extenditur ad alios, ita plenissime Abb. *cons.90. n. 2. v.*
16 *secundo videtur, & per tot. lib. 2.* † Extende, vt priuetur mater relicta tutrix filiorum à marito, si non fecit inuentarium, neque recepit administrationem, neq; alios tutores petiit. Bart. *cons.18. Viso testamento, n. 2. in 2. dubio,* & repetit iterum *cons.215. n. 2. vers. secundo est videre. lib. 1.* vbi, quod est sine dubio, vbi apost. *in vers. secundo* dat con-
17 cor. † Amplia, vt procedat, etiam si petiit tutorem impuberi co-
18 ram iudice incompetenti. Bald. *cons.83. in pr. li. 5.* † Amplia, vt quod dicitur de matre, habeat locum in substituto pupillariter; quia si non petiit tutorem pupillo, priuatur substitutione. Fulg. *cons.52.*
19 *Quidam Antonius, per tot.* † Restringe; quia non procedunt à paritate, nisi quoad petendum tutorem intra annum; secus quod ipse substitutus priuetur, prout mater, si administrauit bona pupilli sine decreto iudicis, ita Abb. *cons.90. Duo ad decisionem, in prin. lib. 2.*
20 † Restringe, nisi esset minor; quia excusaretur, etiam si factus esset maior, quando pupillus impubes decessit; quia excusatur perpetuo, ex quo semel fuit minor. Fulgos. *cons.52. nu. 3. & 4. vers. circa*
21 *secundum.* † Restringe; quia ex datione substituti cessat suitas se-
* cundum communem, * de qua Abb. *d. cons.90. col. 2. vers. tertio facit, li. 2.* vbi dicit, quod propterea, antequam pupillus adiuerit, nihil habet, & substitutus ex vulgari dicitur succedere patri pupilli, nō pupillo, nec obstat, quod statim non petiit tutorem, vt aditetur
22 hæreditas; quia sufficit, quod intra annū decessit pupillus. † Restringe; quia non priuatur, etiam maior, si procurauit, quod daretur tutor, qui sumpsit tutelam, & fecit inuentarium, & alia necessaria in sumptione tutelæ; quia licet postea male tutor administrauerit, excusatur substitutus. Fulg. *d. cons.52. in fi. ver. ad quartū.*
23 † Restringe; quia magis de facili priuatur mater, quam substitutus, vel alius extraneus successor; quia mater tenetur ex pietate, & propter successionem, alii dumtaxat propter successionem, ita
24 Abb. *cons.90. in fi. ver. præterea mater tenetur, lib. 2.* † Amplia, vt procedat, etiam si superuenisset impedimentum legitimum matri
25 post annum; quia non excusatur. Signor. *cons.193. in pr.* † Amplia; quia mater priuatur successione filii posthumi mortui, si non petiit curatorem ventri dari. Bart. *cons.64. In quæstione, n. 5. vers. præterea*
26 *dicta filio, lib. 2.* † Amplia; quia multo magis priuatur, si non petiit tutorem, nec acceptauit tutelam datam in testamento, nec fecit inuentarium, neque sibi decerni administrationem. Bartol. *cons.*
27 *18. in secundo dubio, & 215. lib. 1.* † Amplia in tantum matrem priuari successione filii, si intra annum non petiit tutorem, vt procedat, etiam si fuisset impedita legitimo impedimento, si impedimentum non allegauit intra annum; quia lapsus anni inducit præsumptionem de iure. Castr. *cons.148. Postpositis, col. 2. in pr. ver. oportet ergo dicere, lib. 1.* vbi dicit hanc fuisse opinionem Bartol. non
28 veram, & nimis rigorosam. † Contrarium tenet ipse Castr. *d. cons.147. col. 2. ver. præterea sufficit, lib. 1.* quod sufficit impedimentum adfuisse, licet non propositum intra annum, ne inducatur spes affectæ successionis, sed sufficit probare, si successio aduenerit per mortem pupilli, & respondet ad contraria, & *col. fin.* dicit opinionem Bart. rigorosam, & inhumanam, & quod exemplum de curatore petendo ventri non est bonum; quia venter non durat per
29 annum. † Declarat tamen Cast. *d. cons.147. col. 3. ver. posset quis substituendo, lib. 1.* quod opinio Bart. quod mater statim, quod potest petere, & non petit, incurrat moram, sed eam possit purgare intra annum, postea non; sed tamen recedit, & facit tres casus. *colu. fin.*
30 † Primus est, si mater negligit toto integro anno, omnes * te-
31 nent, quod priuetur, & conc. apostil. ibi. † Secundus, quando toto, & integro anno fuit impedita petere, & non priuatur, etiam si
32 intra annum non deduxit. † Tertius, quando fuit impedimentū in parte anni, & si in vltima parte anni fuit negligens, impedita
33 vero in prima, & media parte, & priuatur, vt in primo casu. † Si vero impedimentum est in vltima parte anni, & negligentia in prima, & media parte; tunc si se non arctauit, in tantum, quod nō
34 potuit commode petere, & non priuatur, alias secus. † Limita; quia priuatur successione filii, non autem successione mariti; ideo si per fideicommissum filio est substituta, habebit substitutionem; quia succedit marito, non filio, reliquum habebunt proxi-
35 miores. Io. de Anan. *cons.102. per tot.* vbi Bologn. in apost. † Limita; quia non priuatur successione filii mater ob non petitum tutorem intra annum, etiam si transeat ad secunda vota, quando extabat auus paternus, qui est legitimus tutor, etiam si auus tutelam
36 non administrauit Bal. *cons.438. Factum super quo, circa fin. ver. solutio, si mater, lib. 4.* † Extende, vt idem sit, quando extabat auus maternus tutor; quia mater excusatur. Fulgos. *cons.137. Visis præcepto in fin.* qui non loquitur, quando transiuit ad secunda vota. † Exten- 37
de; quia non priuatur successione, quando non petiit tutorem, si extabant legitimi, & ipsa illam non susceptit. Bartol. *cons.22. Homo in fine, sub num. 5. ver. secundo contra prædicta, lib. 1.* † Restringe secus 38
esse, si mater iam sumpsisset tutelam, & postea non reddita administratione, vel non petito alio tutore transiuisset ad secunda vota; quia tunc bene priuaretur, etiam si extaret auus paternus. Bald. *dict. cons.438. circa fin. vers. solutio. lib. 4.* † Limita, quando filia 39
pupilla nihil haberet, quod administratione indigeret, puta quia pater dotem reliquisset, cum nuberet, & interim alimenta; quia substitutus, & mater non priuantur. Anch. *cons.440. In quæstione, num. 7. & seq.* † Extende, quando non expediet pupillo detegere 40
patrimonium pupilli propter creditores. Rom. *singul. 105. secundo quæro,* vbi apostill. & sequitur alia apostill. ad Castrens. *consil. 371. in ver. fuerat, lib. 1.* † Limita; quia ius priuationis non intentatæ non 41
transit ad hæredes; quia pœna est. Anch. *d. cons.440. In quæstione, quæ vertitur, num. 4.* † Limita; quia non priuatur mater successione 42
filii, etiam si non petiit tutorem, dummodo filius impubes decedat intra annum concessum ad petendum tutorem; quia non priuatur, nisi lapso anno. Ang. *cons.166. Si testator, circa med. ver. super* 2. Fulg. *cons.137. in fin.* Io. de Anan. *cons.45. Visis iis, num. 3.* vbi Bologn. in apostill. dicit hanc veriorem. Castrens. *cons.147. Postpositis, colum. 2. ver. oportet ergo necessario, lib. 1. & cons.371. num. 3. lib. 1.* Rom. *consil. 221. Super isto,* vbi apostill. *in ver. veritas,* dat concord. & dicit
* communem, & magis * communem. Bartol. *cons.22. Homo, in fi.* **
num. 5. ver. sed contra. lib. 1. & Alexand. *cons.185. In causa, & ite, num.*
10. ver. nec habet obstare, lib. 6. vbi dicit * communem, & apostill. *in* *
ver. Bald. dat plurimos concord. vbi dicit, quod tenetur petere tutores acceptantes. † Extende, quod dicitur de matre, vt teneatur 43
intra annum petere tutorē filio impuberi, alias priuatur successione; secus si impubes decedat intra annum intra pubertatem, procedit enim etiam in substituto. Roman. *cons.221. Super isto, per tot.* vbi in fin. reprobat Bartol. tenentem contrarium *in auth. Presbyteros, Codic. de Episc. & Cler.* † Extende limitationem; quia neque 44
mater, neque substitutus priuantur successione, si die vltima anni petierint tutorem, & idem si intra annum pupillus moritur; quia regula est, quod is, qui tenetur intra certum terminum facere, sufficit, quod faciat vltima die termini, vel impediatur, quod non debeat facere. Roman. *dict. cons.221. num. 2. versicul. vnde regula, cum seq.* & ibi apostill. *in ver. vltima die,* dat plurimos concord. † De- 45
clara; quia licet mater teneatur petere confestim, videlicet, cum primum potest, tamen non dicitur in mora intra duos menses. Bartol. *cons.97. Factum proponitur, in princip. lib. 2.* † Extende; quia 46
mater, quæ habet tres filios impuberes, quibus tenetur intra annum petere tutorem, si vnus decedat intra duos menses superstitibus matre, & aliis duobus impuberibus, seu infantibus, quibus nec mater intra annum petiit tutorem, mater non excluditur à successione primi infantis, qui decessit intra duos menses, sed excluditur à successione aliorum duorum, qui pariter post annum decesserunt, & licet non præferatur mater in successione primi, sed deberet concurrere cum aliis duobus filiis, *auth. defuncto, Cod. ad Tertull.* tamen; quia alii duo infantes non habebant tutorem etiam culpa matris, nō transmittunt hæreditatem fratris, vel sororis; ideo mater in totam succedit primo infanti defuncto, sic Bartol. *cons.97. Factum proponitur, lib. 2. per totum.* † Cui incumbat 47
onus probandi, mortuo filio impubere, an matri, quæ non vult priuari, quod ante completum annum, an obiicienti matri, quod decesserit post annum, dicit Alex. *d. cons.185. n. 10. & seq. ver. nec habet obstare, li. 6.* ꝙ mater nō priuatur, nisi probetur, quod filius impubes decesserit post annum, licet mater non petito tutore intra annū transiuerit ad secunda vota, sed dubito; quia durat præsumptio vitæ filii intra annum, & post annum; ideo cogita, quia incumbit asserenti mortuum. † Extende multo magis, quando 48
impubes intra octo dies decessit. Ioann. de Anan. *cons.73. in tertio dubio.* † Extende, vt procedat, etiam si petiit coram iudice incom- 49
petenti intra annum, & non administrauit; quia si pupillus decedat intra annum, mater non priuatur successione filii. Bald. *cons.*
83. *Præmittendum, num. 8. ver. non obstat prædictis, lib. 5.* † Extende, 50
quando filius moritur supra pubertatem; quia mater non priuatur. Castrens. *cons.371. num. 3. lib. 1.* Vide infra *num. 62.* † Contra- 51
rium tenet Fulgos. *cons.48. Quidam P. condidit,* vbi recitatis opinionibus dicit hanc veram, nisi probet impedimentum legitimum; quia etiam non petens curatorem ventri priuatur successione, & tamen venter non durat per annum. † Declara; quia non pri- 52
uatur successione legitimæ sibi delatæ per statutum, prout est Senarum, vbi quarta matri habitanti in ciuitate conser-

uatur,

53 iatur, vt in illa succedat. Fulg. *cons.* 48. *Quidam* P. *condidit.* † Declara; quia hæc opinio est rigorosa nimis, & fuit Bartoli, quod priuetur, & argumentum de curatore dando ventri non est bonũ. Ca-
54 strr. *cons.* 147. *col.* 2. *li.* 1. † Extende; quia mater non priuatur succes-sione pupilli, quando pupillus decessit intra annum, & supererat tantum temporis anni, quod mater potuisset solemniter petere tutorem. Castr. *cons.* 29. *num.* 3. *vers. vel quia fuisset præuenta, lib.* 2. vbi,
55 quod non habet dubium. † Contrarium, quod imo si mater fuit in negligẽtia magna, licet intra annum pupillus mortuus sit, pri-
56 uetur, dicit Castr. *cons.* 322. *n.* 3. *lib.* 2. esse opinionẽ Bart. † Et quod si mortuus est impubes intra annum, sed ita in fine anni, quod non poterat solemniter peti, & dari tutor: tunc mater priuatur, ac si lapsus esset integer annus. Castr. *d. cons.* 29. *n.* 3. *ver. si vero, lib.* 2.
57 † Declarat Castr. *d. cons.* 29. *n.* 3. *ver. vel aliter lib.* 2. quod in pœna ista legali non priuatur, nisi lapso toto anno; quia donec subest de anno, potest adire hereditatem pupilli, sed postea lapso anno priua-
58 bitur; quia sufficit, quod non restet tantum de anno, quod posset solemniter petere tutorem, vt postea lapso anno priuetur. † Limita; quia non priuatur successione mater, si non petiit tu-
59 torem intra annum, quando assumptio tutelæ fuisset frustatoria, cum nihil esset, vnde gubernacula possideret Bal. *cons.* 239. *Dicta*
60 *mater, lib.* 5. † Limita, quando extarent legitimi; quia cessant dati-ui, vt mater teneatur petere. Sign. *cons.* 193. *in fi. & d. cons.* 238. *n.* 8. *in*
61 *fi. ver. præterea mater.* † Limita, quando filius habebat substitutum, ad quem successio deferebatur. Bald. *cons.* 317. *Ad euidentiam, in pr. lib.* 5. quia primus annus excusat matrem, ex quo substitutus tenetur petere; sed lapso primo anno mater tenetur. Anch. *cons.* 440.
62 *in pr.* Bart. *cons.* 54. *Angelus, n.* 6. *ver. nec potest. lib.* 1. † Extende; quia si substitutus fuit negligens in primo anno, & mater in secũdo excluſi sunt ambo; sed tamen si substitutus possidet, hæres natus agens excluditur, nisi doceat matrem fuisse minorem. Anchar. *d.*
63 *cons.* 440. *in pr.* † Limita, quãdo filius, licet esset impubes tempore mortis patris, tamen quando ipse decessit erat pubes factus. Bald. *d. cons.* 317. *n.* 2. *ver. secundo præmittendum, lib.* 5. *& cons.* 418. *in fi. lib.* 5. *l. matres*, vbi gloss. & scrib. *C. ad Tertullian.* Dec. *in cap. ex parte, de*
64 *appel.* Paris. plene *cons* 86. *nu.* 25. *lib.* 1. Port. & alii post gloss. *Instit. ad Tertullian. §. sed quemadmodum, ver. impuberum.* Castr. *cons.* 417. *Ista do-*
65 *mina, in pr. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si plures filii essent mortui, aliqui intra, aliqui supra pubertatem; quia quoad maiores puberes non perdit, licet secus quoad impuberes. Castillio.
66 *cons.* 39. *n* 13. *ver. cæterum.* † Limita: quia mater nõ priuatur successione filii, & si petiit tutores, qui susceperint, & inuentarium fecerint, & iurauerint; quia licet male administrauerint, nihil refert ad priuationem matris Fulg. *cons.* 52. *Quidam Antonius. n.* 5. *ver.*
67 *in oppositum.* † Extẽde, vt idem sit in substituto; quia licet non sollicitauerit tutores, vt bene administrarent, non priuatur; quia ad
68 hoc non tenetur. Fulg. *cons.* 52. *nu.* 5. *ver. ad quartum.* † Limita; quia mater non priuatur successione filii, si tutelam suscepit, inuentarium fecit, & alia præstitit in susceptione tutelæ necessaria; quia licet postea male tutelam susceptam gesserit, non priuatur. Fulg.
69 *d. cons.* 52. *nu.* 5. *ver. in oppositum.* † Extende, vt idem sit, quando mater non procurauit, quod administrarent tutores post susceptam solemniter tutelam; quia cum sit excusata à principali, excusatur
70 etiam ab accessoriis. Fulg. *d. cons.* 52. *in fi.* † Limita; quia licet mater teneatur petere tutorem impuberi filio; non tamen tenetur ipsa assumere tutelam intra annum, etiam si esset relicta tutrix in testamento patris impuberis; quia ex hoc non priuaretur succes-
71 sione filii. Ang. *cons.* 166. *circa med. ver. super secundo.* † Limita, quando mater probabiliter ignorauit mortem patris filii, qui decessit
72 in absentia; quia excusatur. Fulg. *d. cons.* 137. *in fi.* † Limita; quando statutum vocat fratres, & sorores ad successionem excluſa matre, præterquam à tertia vsus fructus; quia si omnes filii decedãt, impubes non priuatur, puta donec supereſt vltimus; quia priuatio non datur sine habitu, & quoad vltimum, si non vixit per annum, post mortem aliorum non priuatur, ita Castillio. *cons.* 39. *nu.*
73 13. *ver. in cæteris, vsq; in fi.* quasi etiam non teneatur petere vltimo, nisi postquam alii omnes sint mortui, & successio matri defera-
74 tur. † Extende; quia mater priuatur, si transiuit ad secunda vota non petito tutore intra annum, sed tamen si intra annum transeat, priuatur solum proprietate, non autem vsufructu eorum, quæ à patre prouenerunt, istud intelligas esse verum, si extant alii filii, quibus hæreditas mortui deferri debet, sed si erat solus filius mortuus, tunc mater non priuatur proprietate. ita Alex. *cons.*
* 211. *Viso themate, in pr.* vbi dicit * communem nemine discrepan-
75 te, *lib.* 7. † Limita, quia non tenetur etiam petere tutorem, quando filio sunt dati tutores testamentarii, ex quo illi præferuntur.
76 Ang. *d. cons.* 166. *prope fin. ver. primo quia pupillus.* † Limita, quando mater succederet filio ex vulgari; quia succedit defuncto, non autem filio, & idem in substituto. Anch. *d. cons.* 440. *n.* 7. † Limita, 74
quando pupillo esset factum magnum legatum, si non habet tutorem; quia mater non priuatur, si non suscipiat tutelam, neque petat tutorem intra annũ; quia expedit pupillo, ne perdat legatum magnum. Rom. *d. sing.* 105. *Secundo quæro*, sequitur apostill. ad
77 Castr. *cons.* 371. *in fi. in ver. fuerat, li.* 1. † Limita, quando intra annum 75
esset præuentum, quod alius suscepisset tutelam; quia mater eo casu, etiam si non petierit, non punitur. Ang *d. cons.* 166. *circa fin. v.*
78 *tertio quia.* † Extende; quia donec extant tutores dati in testamento, vel reliqui, vt quia pendebat excusatio, vel an essent idonei, vt
79 quia impedimẽtum erat temporale, excusatur mater, & alius obligatus petere intra annum. Sign. *cons.* 193. *in fin. ver. opponit, & cons.*
80 238. *n.* 8. *in fi.* † Limita; quia mater minor excusatur, si non petiit 77
tutorem filio impuberi. Anchar. *cons.* 340. *In quæstione, in pr.* Castr.
81 *cons.* 29. *nu.* 3. *lib.* 2. vbi apost. citat Rom. *cons.* 279. *Visis*, vbi apost. *in*
ver. effecta sit. dicit magis * communem, & dat concor. Castr. *cons.* *
82 322. *In casu supradicto n.* 3. *li.* 2. vbi apost. citat Soc. *cons.* 153. *Pulchra. fi.*
2. vbi ponit alias causas, ex quibus excusetur. † Extende, vt idem 78
83 sit in masculo quocunq; obligato petere tutorem, prout substitutus pupillariter; quia si minor est, excusatur. Fulg. *cons.* 52. *in pr.*
Anch. *cons.* 440. *In quæstione, n.* 11. *ver. vlterius.* † Extende, vt proce- 79
84 dat limitatio, etiam si mater minor, (durante adhuc minoritim-pubere filio) efficiatur maior; quia adhuc non priuatur. Rom. *d.*
cons 279. *in pr. vers. consequens est*, vbi apost. *in ver. effecta sit*, citat pro
85 vtraq; parte, & dicit hanc magis communem. * † Contrarium, * 80
quod imo mater, quæ non petiit tutorem filio impuberi intra annum, priuetur successione, etiam si sit minor, dummodo efficiatur maior, tenet Bald. Nouell. *in tract. de dote, in* 11. *par. priuil. n. in*
86 13. *memb. in fi.* † Declara tamen, quia prima opinio procedit, si ma- 81
ter efficiatur maior, quando filius impubes remanet; quia perse-
87 ueret in eadem negligentia, tunc bene priuaretur, alias secus, ita
Neuizan. *in sylua nuptia. lib.* 2. *post n.* 53. *ver. limita nono.* † Contrade- 82
88 clarationem tenet apost. ad Roman. *d. cons.* 279. vbi dicit Neuiza. pessime loqui, quia non potest dari casus, quod mater efficiposit maior, nisi durante ætate impuberis, nisi Neuizanus præsupponat partum, vt aliqui affirmant, contingere in nono anno ætatis matris, & sic reprobat, quasi malesentiat, posse matrem effici
89 maiorem etiam pupillo facto pubere, quod non potest contingere. † Ego credo, quod possit verificari dictum Neuizan. alio 83
modo, quia potest contingere casus, quod mater minor non petierit tutorem intra annum, & sic nõ priuetur post annum, si datus esset tutor alius, & mater tunc maior efficiatur, non priuatur; quia non est necessaria petitio tutoris; secus, quando duraret negligentia, & sic debet intelligi Neuiza. & vterq; casus est contingibilis in isto sensu, & vt saluetur semper opinio, si potest saluari,
90 non vt cauilletur. † Declara in tantum esse verũ, vt sufficiat, quod 84
semel mater, vel substitutus fuerint minores; quia licet postea sint effecti maiores ante mortem impuberis, adhuc tamen excusantur; quia attenditur initium. Fulg. *cons.* 52. *n.* 3. & 4. Anch. *d. cons.*
91 440. *n.* 11. *ver. vlterius.* † Restringe; quia debet probari minor ætas 85
ab eo, qui se fundat super ea, alias si nõ constat de ea, non releuat.
92 Anch. *d. cons.* 440. *in pr.* † Limita; quia mater non priuatur succes- 86
sione filii, quando intra annum petiit coram iudice dari tutorem, & iudex illi respondit iã esse prouisum de tutore; quia excusatur, quia nõ debuit decipi, ideo competit restitutio in integrũ. Sign.
93 *cons.* 238. *n.* 8. *ver. item quia*, vt infra. Vide, *Tutelam intra quantum tempus petere teneantur obligati. Concl.* 412. *&* *Concl. seq. ibi proxime.* Vide 87
Conclusionem prox. præced. Vide Ant. Gabr *lib.* 3. *titul. de secund. nupt. concl.* 9. *Mater, quæ susceptæ tut. la transit ad secunda vota non petito tutore, priuatur successione filii impuberis decedentis.*

Mater quando priuetur successione filii; quia ventri non petiit tutorem. Concl. 114.

MATER † priuatur successione filii posthumi, si dũ erat in ventre, non petiit ventri curatorem dari intra sex menses. *l.* 2. *§. si* 1
mater. ff. ad Tertull. & in §. quid si cum prægnans, circa fi. Bart. *cons.* 22. *Homo Accursuli, in fi. ver. restat modo videre. lib.* 1. vbi apost. *in ver. curatore*, 2
dat concor. † Declara, dummodo post mortem viri tantum tempus, videl. sex mensium duret venter prægnans, vt per Bar. *cons.* 3
30. *Vannutius, col.* 2. *ver. & tunc aduertendum, lib.* 1. † Extende, etiam si 3
posthumus natus obiit intra octo dies; quia bene excusatur, filii nato non petiit tutorem, sed tamen non excusatur, si ventri nõ 4
petiit curatorem. Bar. *d. cons.* 22. *n.* 5. *ver. sed contra hoc. lib.* 1. † Exten-
de, vt idem sit, si extaret legitimus tutor; quia requiritur cura-
tor.

tor. Bart. *d. cons. 22. n. 5. ver. secundo contra prædicta. lib. 1.* † Declara tamen; quia in ista petitione curatoris debet mater plura facere, de quibus Vide, *in ver. Venter quando, & qualiter in possessionem mitten-*
6 *dus. Concl. 76.* † Restringe, quando mater esset minor 25. annis, vt per Bart. *d. cons. 22. Homo, lib. 1.* vbi mater erat maior, & *cons. 30.* vbi dicit, dummodo non sit minor viginti annis; quia forte statutū hoc disponit.

Matriculatus quando perdat priuilegium, & an iterum soluere teneatur pro noua matricula. Concl. 115.

1 SCHOLARIS † matriculatus semel remanet matriculatus, licet steterit ablēs minori spatio quinquennii; si vero maiori spatio quinquennii, perdit priuilegium matriculæ. Bart. *cons. 134. V-*
2 *niuersitatis. lib. 1.* vbi apost. *in ver. vniuersitatis*, dat concord. † Ratio est; quia per lapsum quinquennii præsumitur non habuisse animum reuertendi; quia in quinquennio perficit studium. Bartol.
3 *d. cons. 134.* vbi apost. *in ver. reuertendi, lib. 1.* † Extende; quia artifex, qui per quinquennium deserit artem, desinit esse de illa arte, & contumax vocatus à Collegio si perseueret per quinquennium, priuatur Collegio, ita apostill. ad Bart. *d. cons. 134. in ver. reuertendi.*
4 *li. 1.* † Contrarium Bald. *cons. 409. Cum quæritur, in fi. li. 5.* vbi, quod desinit esse artifex, cum primum deserit. † Declara tamen; quia scholaris, qui soluit semel matriculam, licet propter absentiam perdiderit priuilegium, & debeat iterum matricolari; non tamē teneatur iterum soluere. Bart. *d. cons. 134. in fin. lib. 1.* vbi apost. *in ver. super secundo.*

Matrimonium quid sit, & qualiter cōtrahatur. Concl. 116.

1 MATRIMONIVM † est maris, & fœminæ legitima coniunctio, *Institut. de patria potest. in prin.* ideo requiritur consensus vtriusque de præsenti, & quod sit legitimus consensus, Gemin.
2 *cons. 33. num. 10. ver. pro cuius declaratione.* † Est maris & fœminæ per mutuum consensum signis perspicuis de præsenti libere expressum maritalis coniunctio inter personas legitimas, indiuiduam vitæ consuetudinem continens. Alex. *cons. 56. In præsenti, n. 2. lib. 4.*
3 † Et dicitur matrimonium quasi matris monos, (siue potius nomos) id est, lex; vel quia matrem monet, vt seruet fœdus, vt quia per maritum, & filios defenditur, vel quasi matris muniū, id est, officium matris pro eo, quod prolis acquisitio maxime spectet ad mulieres in concipiendo, pariendo, nutriendo, & compatiendo; quia sicuti possessio dicitur patrimonium; quia paterna sollicitudine acquiritur; sic prolis acquisitio dicitur matrimonium,
* & hæc est communis * sententia secundum Alex. *d. cons. 56. n. 3. li.*
4 *4.* † Extende in tū requiri consensum amborum, vt licet ambo consenserint durante impedimento, puta cōsanguinitatis in gradu prohibito, & matrimonium consummauerint; tamen altero dissentiente nō valet matrimonium etiam superueniente dispēsatione Papæ tempore dissensus. Gemin. *cons. 33. n. 13. ver. tertia sal-*
5 *sa. & n. 14.* vbi late. † Extende; quia si quis contraxit cum muliere animo eā cognoscendi carnaliter, non autem animo contrahendi, licet in foro fori sit matrimonium; tamē in foro poli secus
6 est, etiam si pluries carnalē copulā habuerint, plene Soc. *cons. 28. li.* vbi, quod potest Papa super tali matrimonio dispensare ad instantiam mariti, qui non habuit animum; sed tamen ibi concurrit, quod mulier erat meretrix. † Extende; quia qui contraxit per verba de præsenti cum muliere, & non potest probare matrimonium, si mulier nupsit alteri, poterit & ipse nubere; quia potest credere, quod ipsa mulier vere non consenserit. Ferret. *cons. 178.*
7 *li. 1.* † Amplia; quia consensus solus legitimus de iure Canonico perficit matrimoniū, in quo ius Canonicum, & non ius Ciuile, quod omnia attendi debet; & ideo licet non interueniāt dotalia instrumenta; tamen est matrimonium. Ang. *consil. 29. Titius*
8 *existens, in pr.* plene Paris. *cons. 13. li. 2.* † Extende; quia in omni dispositione loquente de matrimonio contracto, vel matrimonio constante, attenditur sola dispositio matrimonii cōtracti per verba de præsenti, & si non sit facta traductio ad domum, neq; consummatio; quia solus consensus perficit matrimonium. Zab. *cōs.*
9 *14. Statuto Tigesti, in fi.* Ang. *d. cons. 29. in pr.* Alex. *cons. 61. Viso proces-*
su, in pr. l. 5. † Matrimonii appellatione venit quandoq; coniugiū contractum solum per verba de præsenti sine copula, quandoq; cum copula; quia primum sine copula potius importat spōsalia, videl. quia sunt sponsi, non coniuges; quia nō se coniūxerunt mixtim per copulam carnalem. Abb. *cons. 1. n. 5. lib. 1. ver. secundum præ-*
10 *suppositum.* † Matrimoniū est maximū sacramentū, & maximi pōiudicii. *c. litteras, & cap. illud, de præsumptio. c. licet ex quadam, de testib.*
† Et primum fuit sacramentum à Deo constitutum, *auth. de trien.* 11
& semisse. § nemo. coll. 3. † Institutū fuit ab ipso Deo originaliter in 12
cælo ante peccatum. *Genes. c. 2. in fi.* ibi: *Os ex ossib. meis, & caro ex carne mea; de relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ.* & idem dicit tex. *in c. 1. de voto. in 6.* gl. in *c. summa 27. q. 1. &*
in c. iis ita 30. q. 2. c. gaudemus. de duor. c. debitum. de bigam. Alex. *cōs. 56.*
In præsenti, n. 3. & 4. lib. 4. † Et fuit institutum tempore legis naturę 13
in remediū infirmitatis humanæ. *c. sicut. §. 1. & §. 2. 27. q. 2.* † Et 4 14
vult decidere causam matrimonii, quæ tangit substātiam ipsius, videtur decidere causam fidē tangentē. Io. Hisp. *in tract. de matr. in*
3. charta. Ideo matrimonialis causa ad forum Ecclesiæ spectat absolute. Alex. *cons. 169. Visis instrumentis, in fi. lib. 7.* † Et valet sine do- 15
talibus instrumentis. Alex. *d. cons. 56. n 3. ver. & valet, li. 4.*

Matrimonium carnale requirit consensum, & qui possint contrahere matrimonium, vel non. Conclus. 117.

MATRIMONIVM † tam spirituale, quam carnale requirit cō- 1
sensum; ideo non potest contrahi a furioso; vel mente capto; quia quoad defectum consensus à pari procedunt. Alex. *con-*
sil. 54. Ad quæsitum breuiter. lib. 1. in pr. † Et consensus debet esse de p̄- 2
senti. Alex. *cons. 61. in pr. lib. 5.* & supra *Concl. præced.* † Extende in tā- 3
tum, vt licet mente captus, & furiosus contrahat matrimonium, ex quo caret consensu, tamen est nullum. Alex. *d. cons. 54. in pr. li. 1.*
vbi per totum, qualiter probetur mente captus, vel furiosus.
† Amplia; quia non possunt parentes ex voto eorum obligare fi- 4
lium ad religionem sine suo proprio consensu, sicut non possunt obligare ad matrimonium, nisi ipse cōsentiat per se ipsum. Castr.
cons. 366. Ne sub æquiuoco, in pr. lib. 1. † Excommunicatus potest con- 5
trahere matrimoniū. Alex. *cons. 56. In præsenti. nu. 4. li. 4.* allegat tex.
in c. illud, 90. distinct. cum gl. vbi Alex. quod etiam potest vxorē ducere, *cap. nullus, distinct. 4.* Vide, *Matrimonium prohibentur contrahere*
multi. Concl. 148.

Matrimonium debet contrahi in faciem Ecclesiæ, & quæ requirantur. Concl. 118.

MATRIMONIVM † in faciem Ecclesiæ debet contrahi, & di- 1
citur contractum in faciem Ecclesię, si solemnis benedictio, & aliæ solemnitates in Ecclesia interuenerint. Oldr. *cons. 256. Cle-*
mens Episcopus, in fi. ver. ad quartum, sequitur Gemin. *cons. 27. in fi. ver.*
quoad secundum. sequitur Rol. à Val. *cons. 93. num. 29. lib. 3.* † Contra- 2
rium, quod imo adhoc, vt matrimonium dicatur contractum in faciem Ecclesiæ, requirantur denunciationes, & bannimenta in Ecclesia facta, *ca. cum inhibitio, de clandest. desponſ.* & benedictio spōsæ in Ecclesia, & quod matrimonium publicè contrahatur conuocatis amicis, & consanguineis. Rol. à Vall. *cons. 93. num. 26. li. 3.*
vbi dicit communem. * † Declara; quia quando matrimonium * 3
contrahitur palam, & publice in faciem Ecclesiæ, hoc est, conuocatis amicis, aliæ solemnitates bannimentorum, & in Ecclesia, de consuetudine non seruantur. Curt. Iun. *consil. 52. in princip.* vbi
dicit hanc communem, & communem * dicit, & sequitur Ro- *
land. à Vall. *d. cons. 93. num. 25. li. 3.* vbi *num. 27. & seq.* dicit, quod Ecclesia est collectio fidelium nullis exclusis, & quod hoc modo cōtractum dicitur de consuetudine in faciem Ecclesiæ, & maxime, quando interuenerunt publica instrumenta, & hanc partem cōfirmat Mascard. *Concl. 1032. num. 4.* vbi dicit magis * communem; *
& quia fauet matrimonio, & legitimitati, est verior, & tutior.
† Et matrimonium per verba de præsenti consueuit contrahi in 4
ecclesia præsentibus parentibus. Cast. *cons. 45. n. 2. in fi. ver. quod et-*
iam patet. lib. 1. † Et contractus matrimonii in ecclesia cum bene- 5
dictione inducit probationē legitimę filiationis, nisi constet ambos coniuges sciuisse impedimentum. Gemin. *dict. cons. 27. in fi.* &
hæc est communis * opinio, vt per Roland. à Vall. *d. cons. 93. n. 23.* *
& seq. † Requiritur denunciatio in ecclesia, & bannimentum cū 6
temporis interuallo, ad hoc, vt proles dici possit legitima, si matrimonium esset nullum propter gradus consanguinitatis, *d. cap.*
cum inhibitio, de clandest. desponſ. & hæc est communis * opinio, vt *
dicit Roland. à Valle *d. cons. 93. n. 26. lib. 3.* licet de consuetudine dicat non seruari, sed sufficit, quod palam, & publice contrahatur,
ibi *num. 25.* vbi de * communi opinione Doctorum. † Extende; * 7
quia imo etiam contrahentes in gradu prohibito procreāt filios legitimos, quando ambo, vel alter coniugum fuit ignorans impedimenti, communem * dicit Roland. à Valle *dict. consil. 93.* *
num. 18. lib. 3. † Et hæc legitimatio procedit tam quoad succes- 8

sionem

sionem etiam excluso substituto, quam quoad ordines, & bene-
*9 ficia, communem * dicit Roland. *d. consil. 93. n. 19. & 20. li. 3.* † Extende; quia ignorantia præsumitur, & bona fides ad effectũ prolis legitimæ, quando in faciem Ecclesiæ, videlicet, palam, & publice est contractum. Ias. *cons. 156. & cons. 168. lib. 4.* Curt. Iu. *cons. 52.*
* *in pr.* vbi dicit * communem, plenissime Roland. à Vall. *cons. 93.* v-
* bi *nu. 25. lib. 3.* dicit communem, & * communem Canonistarum
dicit *nu. 26.* & quod sufficit, quod sit contractum coadunatis a-
10 micis nullo serioso excluso. † Extende, vt ille text. procedat nedum in casu, in quo propter gradus esset matrimonium prohibitum, sed etiam si propter aliud impedimentum; quia cum sit fauorabilis materia propter periculum animarum, fit extensio. Io. Andr. *in cap. ex tenore, de clandest. desponsa.* Gemin. *cons. 66. col. fin. in pr.* vbi declarat hoc procedere quoad parentes, vbi agitur de fauore animæ; secus quoad legitimationem prolis, quæ non peccauit. Petr. de Anch. *consil. 401. Stipositus, in princ.* vbi idem dicit in eo, qui
contraxit secundum matrimonium super fama mortis primæ vxoris; quia filii non sunt legitimi, ex quo non in faciem ecclesiæ
11 contraxerunt, maxime, quando prima viuebat vxor. † Restringe, vt ille text. *d. c. cum inhibitio, de clandestin. desponsa.* non habeat locum in eo, qui contrahit in mortis articulo constitutus. Gemi. *d.*
12 *cons. 66. n. 6. ver. vel potest alio modo.* † Restringe; quia *d. ca. cum inhibitio*, ante Concilium Tridentinum non seruabatur quoad denun-
13 ciationes, vt ibi apost. &alii. † Operatur multa contractus matrimonii in faciem Ecclesiæ; quia si deducatur aliud matrimoniũ, vel aliquod impedimentum, si non est contractum in faciem ecclesiæ, fit separatio thori, alias secus; quia non confert quasi possessionem matrimonium non cõtractum in faciem ecclesiæ. Ge-
14 minian. *cons. 76. Super dubio, in prin. vsq; ad ver. super secundo.* † Amplia; quia ad hoc, vt matrimonium sit validum, requiritur, quod verba sint conformia; quia si vnus pure, alter sub conditione, vnus de præsenti, alter de futuro contraherent, nõ esset matrimonium. Bald. *cons. 65. Casus est talis, numer. 1. ver. secundo præmitto, lib. 2.*
15 † Amplia; quia matrimonium dicitur clandestinum, & prohibitum etiam in præiudicium prolis, quando non interuenerunt solemnia, de quibus in *d. c. cum inhibitio, de clandest. desponsa.* si impedimentum detegatur dirimens matrimonium, vt quia vel sint in gradu prohibito, vel quia contrahens habebat aliam vxorem, ita Abb. & alii *d. c. cum inhibitio*, quia tũc dicuntur esse in crassa igno-
16 rantia; quia non seruant solemnia. Ruin. *cons. 14. n. 10. lib. 3.* † Extende; quia etiam dicitur clandestinum, quando fit absq; præsentia consanguineorum, amicorum, & testium, *d. c. cum inhibitio, de clandest. desponsa.* Capra *cons. 116. num. 17.* Paris. *cons. 13. lib. 2.* Ruin. *cons. 128. nu. 5. & 6. lib. 2.* Cephal. *cons. 276. nu. 15.* Socin. Iun. *cons. 86. lib. 2.*
17 † Limita; quia matrimonium non dicitur clandestinum, licet nõ fit factum in ecclesia, neq; sint posita edicta, quando fuit seruata consuetudo contrahendi, vel quando in faciem ecclesiæ, videlicet coram multitudine fidelium fuit actum. Abb. *d. c. cum inhibi-*
18 *tio. num. 9. de clandest. desponsa.* vbi apost. *in ver. coram multitudine.* † Extende; quia si coram Notario, & testibus, & amicis est contractum, non dicitur clandestinum, licet non in ecclesia, ita Paris. *cons. 15. nu. 40. & seq. lib. 2.* & ita seruari in Lombardia dicit Ruin.
19 *cons. 51. lib. 5.* † Extende; quia imo matrimonium celebratum coram iudice, vel de quo cõfectum est publicum instrumentum,
20 non dicitur clandestinum. Ruin. *d. cons. 51. n. 15. li. 5.* † Declara extensionem, nisi esset confectum instrumentum à Notario amico cum testibus amicis; quia tenerent illud secretum; tunc licet instrumentum faciat rem notoriã; secus est, si esset occultũ. Ruin. late *cons. 128. lib. 4.* Vide omnino Menoch. *cons. 199. n. 39. & seq. li. 2.* vbi, quod requiritur conuocatio consanguineorum secundum consuetudinem loci, & bona fides; vt quia non adsit impedimẽ-
21 tum. † Limita; quia licet contrahentes matrimonia clandestina peccent; tamẽ matrimonium est matrimonium, si potest probari cõsensus. Abb. *in ca. 1. in primo not. ab. de clandest. desponsat.* plene Palæott. *de nothis, & spur. in pr. cap. 5. n. 6. & seq.* vbi, quod est validum ex solo consensu, si constare potest, licet Ecclesia appositerit pœnam
22 peccati ad tollendas fraudes. † Extende, vt idem sit in contractu clandestino; quia licet sit suspectus, tamen valet, & idem in collatione, & omni actu. Abb. *d. cap. 1. in primo not. ab. de clandest. desponsa.* v-
23 bi apost. *in ver. non vitiant.* † Extende; quia filii nati ex matrimonio clandestino sunt legitimi à principio, etiam si nati sint ante publicationem. Abb. *in ca. 2. n. 4 de cland. desponsa.* vbi dicit notandum.
24 † Declara, quando non adest impedimentum, quod impediat, & dirimat, alias secus; quia est ignorantia procurata contrahendo clandestine, & in casu prohibito; & tunc proles non est legitima. Abb. *d. cap. fi. in pr. de cland. desponsa.* vbi idem dicit, quando sciuissent
25 ambo impedimentum, licet in faciẽ ecclesiæ contraxerint. † Declara, vt extensio procedat, quãdo facta est publicatio matrimonii clandestini, vel est probatum matrimonium clandestinum ante natiuitatem, sed non statur in hoc soli confessioni coniugũ quia esset aperta via fraudibus, ita Gabriel. *cons. 21. num. 43. & seq.* † Contra declarationem Curt. Iun. *cons. 27.* vbi, quod communis
* opinio est, quod sola confessio coniugum probat matrimonium, * sed tamen ibi concurrit, quod erat etiam facta publicatio. † De-
clara; quia si cum confessione etiam absente parte facta concurrunt fama, datio annuli, copula, habitatio simul, & alia, de quib. Dec. *cons. 162.* probatur matrimonium. vide Soc. *cons. 39. li. 1.* † Restringe in sententia; quia si fertur clam, est omnino nulla, vt apost. ad Abb. *d. cap. 1. de clandest. desponsa. in ver. non vitiant.*

Matrimonium spirituale requirit consensum. Concl. 119.

MATRIMONIVM † spirituale requirit consensum, sicut carnale; ideo promotus, vel translatus, non dicitur contrahere matrimonium cum Episcopali Ecclesia, ad quam præmouetur, vel transfertur, nisi consentiat. Calder. *cons. 56. nu. 2. ver. confirmatur prædicta*, quod est 1. *de translat. Prælator.* † Amplia in tantum, vt neque Papa possit promouere aliquem inuitum, qui primo non contraxisset, puta laicum inuitum non potest facere Episcopum, neq; Cardinalem. Abb. *in c. cum in cunctis, §. eum vero, n. 13. in fi. de electio.* † Limita, nisi iam quis esset Episcopus, & semel consensisset; quia potest Papa illum transferre, & promouere ad altam ecclesiam ẽt sine cõsensu, ex quo semel consensit. Abb. *d. ca. cum in cunctis. §. cum vero, in fin. de electio.* & sic concord. Cald. *d. cons. 56. num. 4. circa fi. ver. fateor igitur.* quod est 1. *de translat. Prælat.* † Declara tamen, quod in dubio nõ psumitur Papa velle inuitum transferre, quando non apparet, vt quia promouet, vel transfert fauore personæ; secus si fauore Ecclesiæ; quia tunc nõ potest promotus, vel translatus contradicere. Calderin. *cons. 57.* quod est 2. *de translat. Prælat.*

Matrimonium carnale, & spirituale in quibus differãt. Concl. 120.

DIFFERT † matrimonium spirituale à carnali; quia maiorem authoritatem habet Prælatus in suos monachos, quam maritus in vxorem. Oldrad. *cons. 267. Quod domino Episcopo, nu. 6. ver. & fi dicatur.* & beneficiatus dicitur habere quasi dominium beneficii; & tamen maritus non habet vxorem in dominio suo. Oldr. *cons. 275. in fi. n. 9.* vbi propterea iure postliminii maritus nõ recuperat vxorem; quia nõ habet locum, nisi in iis, quæ sunt in dominio nostro, vel in potestate nostra. † Amplia; quia licet filia monialis effecta, & dotata dicatur maritata, ita, quod habens rem carnalem cum ea committat adulterium, & puniatur de adulterio; tamen statutum excludens filiam maritatam, & dotatam fœtibus masculis nõ excludit monialem; quia maritata dicitur improprie, & ficte. Abb. *cons. 111. In causa Catharinæ, in princip. li. 2.* † Amplia; quia differt matrimonium carnale à spirituali, & è cõtra; quia in carnali sufficit consensus sine verbis, & in spirituali requiruntur verba. Hostien. *in cap. tue, de sponsal. & matrim.* quem sequitur Lap. *alleg. 57. n. 11. ver. & licet secundum eum*, vbi, quod licet valeat argumentum de vno ad aliud, quandoque tamen in multis differunt, & allegat relatiue alias differentias. † Contrarium tenet per plura Lap. *alleg. 120. num. 12. verb. item dico*, vbi, quod professio potest induci tacite, & præsumptiue. † Amplia; quia fœtus, & magis periculosum est matrimonium carnale, quam spirituale, & Papa dispensat super spirituali, & tamen super carnali non potest dispensare. Lap. *alleg. 79. in fi. n. 7. ver. nec videatur.* † Declarat Abb. *in 1. quæst. incip. Episcopus, col. 4. num. 7. ver. quarto arguitur.* quia matrimonium carnale est à Deo institutum in Paradiso ob bonum publicum, & priuatum, & accepit à Deo vnionem indissolubilitatis; quia efficiuntur maritus & vxor vna caro, & per consummationem transit in sacramentũ indissolubile; quia carnem, quam Deus semel assumpsit, nunquam dimisit; quæ omnia cessant in spirituali, in quo magis de facili dispensatur circa pluralitatem, & separationem. † Contrariũ, quod imo sicut nõ potest dissolui matrimonium carnale consummatum per hominẽ, ita etiam spirituale sine causa; quia isto casu reseruata est dissolutio Deo; sed si fiat ex causa, veluti propter delictum, vel publicam vtilitatem, isto casu non est homo, sed Deus, qui facit; nam in ordinatione superior legitime, videlicet ex causa mittit manum, Deus inuisibiliter administrat gratiam, & dat potestatem. *1. qu. 1. cap. multi.* Abb. *d. qu. 1. num. 5. ver. ad idem.* † Amplia; quia spirituale
matrimo-

matrimonium beatius eſſe dicitur, quam temporale. Ang. *conſil.* 80. *n.* 3. *& 5. ver. iis autem non obſtantibus.* ad inſtar vitæ contemplatiuæ, quæ longe eſt melior, quam actiua. Bart. *conſ.* 1. *in fin. lib.* 1. ita et iam matrimonium ſpirituale. † Amplia; quia differunt in multis; quia in carnali quis non poteſt habere duas vxores ex diſpenſatione quacunque; ſecus autem eſt in ſpirituali; quia duas eccleſias habere quis poteſt. Abb. *in* 1. *quæſt. n.* 8. *ver. item non poteſt.* † Amplia; quia differunt in hoc; nam ſi fiat electio de perſona inhabili ad beneficium ſub conditione, ſi habilitetur, ſequuta habilitatione valet electio, etiam ſi conditio pendeat à Papa; ſecus in matrimonio carnali; quia ſi duo conſanguinei prohibiti contrahere, contrahunt ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, non erit matrimonium, ſequuta diſpenſatione, niſi accedat nouus conſenſus. Aret. *conſ.* 142. *n.* 1. *&* 2. vbi late, & reddit rationem, quod eſt ſpeciale in ſpirituali, ne diuturna vacatio admittatur eccleſiarum. † Contrarium tenet Boer. *deciſ.* 264. *num.* 27. vbi, quod ſeruatur contrarium eius, quod dicit Aretin. † Limita; quia imo fauendum magis eſt matrimonio ſpirituali, quam carnali, ita Iaſ. *in authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ. nu.* 12. † Limita; quia ſicut matrimonium carnale non contrahitur ſine conſenſu; ita nec ſpirituale, ideo requiritur conſenſus promoti ad Epiſcopatum, Cardinalatum, & ſimilia, & etiam in translationibus, & ante conſenſum huiuſmodi non vacant priora beneficia. Calder. *conſ.* 56. *nu.* 2. *ver. confirmantur prædicta*, quod eſt 1. *de translat. Prælat.* Rom. *conſ.* 345. *nu.* 12. *ver. cæterum.* †Extende; quia ſicuti carnale non poteſt contrahi ad tempus; ita neq; ſpirituale, Rom. *d. conſ.* 345. *n.* 12. *ver. primum quia.* † Limita; quia in multis conueniunt, & valet argumentum de vno ad aliud, vbi eſt eadem ratio, vt quia ſicut vnica ſponſa vni ſponſo eſſe debet; ita vnica eccleſia vni Curato. Oldr. *conſ.* 67. Gemin. *conſil.* 52. *n.* 3. *ver. quarto de matrimonio carnali, & ver. quarto, vt eſt dictum*, vbi in fin. *ver. nec obſtant allegata in quarto*, vbi, quod non ſemper procedit tanquam contra matrimonium carnale, vel impeditiua matrimonii, etiã eſt reprobata reſpectu matrimonii ſpiritualis; quia valet argumentum negatiuum. Lap. *alleg.* 130. *n.* 23. *in fin. ver. item omneſtatuum.* Bartol. *conſ.* 1. *Parmenſis quidam*, vbi ponit multa exempla. *lib.* 1. †Limita; quia omne legatum, donatum, vel promiſſum pro dote, matrimonio, vel nuptiis, licet de carnali intelligatur, tamen etiam debetur pro ſpirituali, vel ſi quis vitam contemplatiuam ingrediatur. Bartol. late *d. conſ.* 1. *verſicul. tertio, nu.* 2. *lib.* 1. plene Natt. *conſ.* 296. *per tot.* †Extende multis modis; quia debitum pro dote, & matrimonio, & pœna contra cognoſcentem nuptam procedit etiam in moniali. Natt. *conſ.* 296. *num.* 2. *& ſeq.* † Extende; quia donatio facta, vt mulier donataria poſſit ſe maritare, vel promiſſio dotis, vt poſſit nubere mulier, cui fit promiſſio, habet locum, etiam ſi efficiatur monialis, §. *ſed hoc præſenti, authen. de Sanctiſſ. Epiſcop.* Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 10. *ver. ſed & ſi aliqui legata fuerit.* & quando ſimpliciter eſt factum legatum pro dote, res eſt clara; quia ita intelligitur de matrimonio ſpirituali, ſicut de carnali. Riminald. Iun. *conſ.* 85. *in princip. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 98. *n.* 14. *lib.* 2. † Extende; quia priuilegium doti conceſſum procedit tam in dote pro matrimonio ſpirituali, quam temporali. † Vide, *Dos habet tacitam hypothecam, quæ præfertur alteri tacitæ hypothecæ. Conclu.* 745. †Extende, vt procedat, etiam ſi fuerit dictum, *etiam ſi titiò nupſerit.* Cotur. *in c. nos quidem. de teſtamen.* †Extende, vt procedat, etiam ſi eſſet dictum pro matrimonio carnali; quia adhuc debetur mulieri pro matrimonio ſpirituali; quia paria ſunt. Bald. Nouell. *tract. de dot. in* 6. *part. princ. priuil.* 77. latiſſime Boer. *deciſ.* 3. † Extende, vt idem ſit, ſi teſtator ſubſtituit hæredi decedenti ſine filiis; quia ſi ingreditur monaſterium, quod eſt loco filii, admittitur monaſterium. Alexand. *conſ.* 121. *Viſo themate, lib.* 2. vbi apoſtill. *in ver. contrariam, libr.* 2. dicit eſſe *communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum. †Extende, vt procedat, etiam ſi dixiſſet, *ſi ſine filiis ex ſuo corpore procreatis*; quia adhuc ex mente continetur monaſteriũ. Alexand. *d. conſ.* 121. *lib.* 2. ita Curt. Iun. *conſ.* 193. *num.* 30. *& ſeq. lib.* 3. † Contrarium apoſtill. ad Alex. *d. conſ.* 121. *ver. contrariam, lib* 2. † Extende; quia neque valet ſtatutum laicorum diſponens, quod minus conſequatur monialis, vel profeſſa, quam maritata, & quia retrahit à religione. Alexand. *conſil.* 138. *Viſo themate, in fin. lib.* 2. quem citat *Riminal. Iun. *conſ.* 85. *num.* 7. *lib.* 1. vbi de magis *communi. † Declara, vt per Socin. *conſ.* 241. *lib.* 2. *n.* 3. *ver. ſed in contrarium. cum ſeq.* vt ſi ſtatutum auferret iam conceſſum de iure communi, vel alias religioſis, non valet; ſecus ſi non confert beneficium ſtatuti; quia tunc valet. †Reſtringe in iis, quæ ſunt ſtricti iuris, prout in mandato ad maritandum puellas; quia cum mandatum ſit ſtricti iuris, non venit monachatio. Natt. *conſ.* 296. *num.* 4. *ver. non obſtat.* † Reſtringe, quando fuerunt donata ducenta, ſi nubat, & centum, ſi religionem ingrediatur, & profiteatur; quia tunc valet legatum, prout cantat, nec in caſu religionis habebit, niſi centum. Bald. Caſtr. & alii *in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cleric.* plures Couar. *variar. reſolutio. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 10. vbi plures allegat, & dicit hanc *communem, & ſeruari, & hanc tenet Dec. *in c. in præſentia, nu.* 59. *& ſeq.* vbi Bero. *num.* 494. dicit magis *communiter obſeruari in practica, * & plures allegat, licet poſtea dicat contrariam contra cõmunem veriorem, *& Dec. *conſ.* 419. *Viſo eleganti conſ. num.* 7. vbi dicit hanc * veriorem, & magis *communem, pleniſſime Iaſ. *conſ.* 43. *Videretur prima conſideratione, col.* 4. *in fin. cum ſeq. ver. non obſtat quarto, lib.* 3. vbi, quod conſuetudo totius mundi ita ſeruat, & quod recedit propterea ab iis, quæ legendo tenuit contrarium *in authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl.* ſequitur apoſt. & Dec. *in d. c. in præſentia, nu.* 9. *ver. Bal* & Rim. Iun. *conſ.* 85. qui licet in principio fateatur contrariam eſſe *communem, & magis *communem; tamen hanc tuetur tanquam veriorem, & magis *cõem, *n.* 20. *& ſeq.* pleniſſime Menoch. * *conſ.* 169. *per tot. lib.* 2. *n.* 1. *& ſeq.* vbi, quod ita ſeruatur per totã Italiam, & non retrahitur propterea à religione, quę non curat temporalia, hanc partem tuetur Curt. Iun. *conſ.* 187. *per tot. lib.* 3 maxime *n.* 31. *& ſeq.* Marzar. *in epitom. fideicomm. part.* 2. *q.* 31. plenius idem Rim. Iun. *conſ.* 296. *n.* 22. *& ſeq. lib.* 3. magis *communem vtranque * atteſtatur Gabriell. *lib.* 4. *tit. de legat. Concl.* 2. *n.* 7. *& nu.* 1. † Et ideo cautela eſt, quod concordetur cauſa, vel quod monaſterium, & monialis futura renuncient legato ante ingreſſum cum decreto iudicis; quia vtraque opinio poteſt teneri. † Contrarium tenet Bart. *in l. ſi. ff. de iis, quæ pœnæ nomine, &c.* vbi Alex. in apoſt. *in ver. Monaſterium*, adducit plurimos pro vtraq; parte, & multo plures pro opinione Bart. pro qua inclinat Alex. *conſ.* 121. *Viſo themate, per tot.* maxime *n.* 8. *& 9. ver. ſeptimo pro hac parte, lib.* 2. duplicatur *conſil.* 35. *lib.* 3. *& conſ.* 92. *lib.* 4. Calcan. *conſ.* 68. *Magiſter Thominus, ver. ad hoc facit*, quem refert, & ſequitur Dec. *conſ.* 674. *In teſtamento, in princ.* vbi atteſtatur de *communi, & citat plurimos, Matthæſil. *ſingul.* * 52. *Nota, quod ſi teſtator*, vbi apoſtill. duæ allegant plurimos, & atteſtantur hanc *communem. Felin. plene *in d. cap. in præſentia, num.* 37. * vbi Bero. *n.* 494. dicit veriorem, quamuis contraria magis * communiter ſeruetur in practica, *de probation.* & veriorem, & magis * * communem dicit Iaſ. *in d. authent. ſi qua mulier, n.* 9. *& ſeq.* vbi *nu.* 14. de magis *communi. *Cod. de ſacroſ. eccleſ.* & dicit, quod in dubio pro * pia cauſa, & religione; item quia magis fauendum eſt matrimonio ſpirituali, quam temporali; tertio, quia pro communi, & magis * * communi iudicandum. Capic. *deciſ.* 204. Pariſ. *conſ.* 62. *n.* 6. *lib.* 3. *& conſ.* 65. *n.* 14. *lib.* 2. vbi de *communi, plures de communi, & magis * *communi allegat Rimin. Iun. *conſ.* 85. *n.* 3. *& ſeq. lib.* 1. licet ipſe teneat contrarium. Ruin. *conſ.* 98. *per tot.* maxime *n.* 14. *lib.* 2. plures allegat Menoch. *conſil.* 169. *libr.* 2. *numer.* 3. licet ipſe teneat contrarium. Soc. Iun. *conſ.* 160. *n.* 68. *lib.* 2. vbi de *communi. Cagnol. *in l.* * 2. *C. de pact. inter emptor. & vendit. n.* 120. Curt. Iun. *conſ.* 193. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 3. magis communem * dicit Gabriel. qui infinitos allegat * pro vtraque parte, *lib.* 4. *tit. de leg. conel.* 2. † Declara duobus modis, vt ſi teſtator legauerit marito in augmẽtum dotis, ſi nubat, & minus leget, ſi ingrediatur monaſterium, valeat, & pariter ſi minus legat, quando intraret tale monaſterium, & adſunt alia; quia licitum eſt, ex quo non retrahit à religione iſtis duobus caſibus. Felin. *d. c. in præſentia, num.* 37. *de probat.* † Declara, vt per Menoch. *conſ.* 169. *n.* 19. *& ſeq.* quando cauſa conſeruandæ agnationis fieret. † Declara; quia opinio prima Bald. & ſequacium procedit, quando pater reliquit mille, ſi nubat, & 200. ſi ingrediatur monaſterium, & ſic ſub conditione expreſſa; ſi vero pure leget mille, ſed ſi ingreditur monaſterium, vult, quod habeat ſolum 200. eſſet retrahere à religione, & procedit opinio Bartol. ita Socin. Iun. *conſil.* 160. *lib.* 2. *n.* 68. *& 69.* Socin. Sen. *conſ.* 241. *n.* 3. *& ſeq. ver. ſed in contrarium. lib.* 2. vbi reddit rationem, quando aufert iam datum, vel non. † Declara tertio, vt per Curt. Iun. *conſ.* 187 *lib.* 3. *n.* 31. *& ſeq.* vt quando conſtat de mente diſponentis, & ſimul concurrit, quod filius, vel filia ſubſtituitur, tunc concurrentibus duobus ſit verior opinio Baldi; quia §. *hoc præſenti. in authen. de Sanct. Epiſc.* ſolum mouetur ex mente, non ex eo, quod retrahatur à religione; patet, quia ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta, res eſt clara, quod non procedit ille text. ergo non conſideratur, an retrahatur, vel ne. † Declara; quia ſi ſumus in vltimis voluntatibus, vel in iis, in quibus ſit lata interpretatio, procedit opinio Bartol. contraria, ſi in iis, quæ ſunt ſtricti iuris, procedit opinio Baldi; ita Natt. *conſ.* 296. *n.* 4.

***

Matrimonium requirit verba, & non sufficit tacitus consensus, & quando secus. Concluſ. 121.

1 MATRIMONIVM † ad hoc, vt contrahatur, requirit nedum consensum, sed etiam verba inter eos, qui loqui possunt, *cap. tuæ, de sponsal.* Lap. *allegat.* 57. *In Dei nomine, ver. venio ad secundum, n.* 2. & Innoc. *in d. c. tuæ*, vbi, quod si verba non interuenerunt, non est matrimonium, etiam si constaret de consensu; quia Ecclesia ita statuit, & Lap. *d. allegat.* 57. *num.* 5. & 6. vbi allegat Diuum Thomam de Aquino super 4. *sent.* 17. *distinct. quæst.* 2. *art.* 1. pro hac parte, & ponit verba B. Thomæ, & *n.* 7. dicit Lap. quod consensus est de substantia, verba sunt de forma; & ideo vtrunque requiri; & idem per plura tenet quoad ecclesiam Calderin. *cons.* 462. *per tot.* alias 5. *de sponsal.* vbi, quod verba de præsenti requiruntur, & quod non sufficiant verba sine consensu, neque consensus sine verbis. Bald. *cons.* 165. *Casus est talus. in princ. versicul. super primo. libr.* 2. vbi etiam, quod requiritur interrogatio, & responsio, vel æquipollens, & quod hoc Ecclesia statuit, ne de matrimonio posset dubitari, & *consil.* 195. *In hac causa. libr.* 3. dicit, quod verba requiruntur inter eos, qui possunt loqui. Alexand. *consil.* 143. *Quoniam abunde, in princip. lib.* 2. vbi, quod verba sunt de substantia in contractu matrimo-
2 nii. † Contrarium videtur velle Gemin. *consil.* 61. *Super præmisso, in princip.* vbi dicit, quod de substantia matrimonii requiritur consensus intrinsecus contrahentium, sine quo cætera frustrantur. *cap. locum, de sponsal.* secundo requiritur actus extrinsecus demonstratiuus consensus intrinseci, & talis, qui certificet vtranque partem velle inclinare in matrimonium, *cap.* 1. *de sponsal.* & quod signa consistunt in verbis, vel in facto, vt de facto est *cap.* 1. *de sponsal. duor.* & de verbis *cap. pen. de sponsa.* Abbas *in cap. istud, de præsumptio.* & hanc
* communem, & magis * communem dicit Socin. Iun. *consil.* 29. *Circa præsentem consultationem, num.* 3. *lib.* 2. & hanc partem tuetur
* Franc. Aretin. *consil.* 13. *Viso diligenter, in princip.* vbi dicit * communem, quod matrimonium non requirat verba, & probat multis
3 argumentis. † Declara, quia de iure ciuili non requiruntur verba, sed sufficit consensus. De iure vero Canonico secus est inter eos, qui possunt loqui; & ideo si agitur de matrimonio principaliter probando, requiruntur verba; & in hoc standum est iuri Canonico; si vero non agitur de matrimonio, sed de legitimatione prolis, vel de successione, non requiruntur verba, sed sufficit nominatio, tractatus, & delatio annuli, & alia signa. Bald. *consil.* 195. *In hac causa, in princ. lib.* 3. vbi pro vtraque parte allegat, & sic distin-
4 guit. † Declara alio modo; quia sicuti verba non sunt necessaria ad matrimonium contrahendum, vel contractum nulliter ad con-
* 1 tualidandum secundum communem; * ita verba sola non perficiunt matrimonium sine consensu, licet verba ipsa etiam sine aliis signis probent consensum. Franc. Aret. *d. consil.* 13. *Viso diligenter, n.* 3.
5 *in fin. ver. sed posito.* † Amplia, vt idem sit in matrimonio spirituali, in quo contrahendo requiruntur verba, *cap. cum inter Canonicos, de*
6 *electio.* Lap. *allegat.* 57. *n.* 3. *ver. item matrimonium spirituale.* † Declara, quod professio tacita, & præsumpta etiam sine verbis, sed solo fa-
7 cto potest emitti. Lap. *allegat* 130. *num.* 12. *& seq.* † Declara, vt idem sit in voto, in quo solus consensus sufficit; quia in voto non est obligatio sacramentalis, sed spiritualis tantum. Cald. *cons.* 462. *ver. nec*
8 *obstat secundum eum*, alias 5. *de sponsal.* † Limita in sponsalibus, quæ sine verbis possunt contrahi, *d. cap. tuæ, de sponsal.* Lap. *d. allegat.* 57. *n.*
9 3. *ver. vnde ipse Innocen.* † Limita inter mutos, qui fari non possunt; quia valet matrimonium signo, vel nutu. Lap. *d. allegat.* 57. *nu.* 10. *ver. in contrarium, d. c. duæ, de sponsal.* Cald. *dict. cons.* 462. *circa fin.* alias 5. *de sponsal.* Franc. Aretin. *d. consil.* 13. *nu.* 12. *ver. tunc enim non admitteretur.* vbi, quod non est speciale in muto, sed secundum regulam gene-
10 ralem. † Limita, quando parentes contrahunt matrimonium pro filiis præsentibus; quia sufficit tunc consensus tacitus contrahentium matrimonium. 32. *quæst.* 2. *cap. honorantur.* Lap. *d. allegat.* 57. *n.* 10. *ver. item si parentes. & n.* 13. vbi, quod verba parentum reputantur verba contrahentium matrimonium, si non contradicunt. Calder. *d. cons.* 462. *ver. non obstat, quod illis tacentibus. circa med.* alias 5. *de sponsal.* vbi dicit hanc opinionem esse Hugo. de S. Victore, quam sequitur tanquam veritatem Bald. *consil.* 164. *Casus Arancus, libr.* 2. quod duplicatur *cons.* 78. *lib.* 5. Abb. *cons.* 48. *Attingam. in princ. lib.* 1.
11 † Limita; quia si maritus profert verba apta ad contrahendum matrimonium, quæ mulier alienigena non intelligit; tamen si parat manum non contradicendo, sed annuendo, & recipit annulum, dicitur contractum matrimonium. Host. *in cap. ex litteris, de sponsa. il primo, in princ.* vbi tamen concurrunt multa, quod videlicet contrahitur in ecclesia. Lap. *d. allegat.* 57. *num.* 13. qui ita debet intelligi, vel prout ipse loquitur in fin. sub *num.* 17. quando matrimonium fuerat tractatum prius. † Limita, quando verba apertain 11
terueneruntex vna parte cum actibus matrimonium denotantibus, & altera pars facto consensit, puta non contradicendo, quo casu consensus dignosci potest. Lap. *d. allegat.* 57. *nu* 16. *ver. licet annuli immissio, & n.* 17. *ver. in contrarium allegata.* † Limita, quando verba 12
de matrimonio contrahendo, & sic de futuro habent in sequelam carnalem copulam; nam si illi, qui sola sponsalia contraxerunt de futuro, habitent simul, & se cognoscant carnaliter, sponsalia transeunt in matrimonium absque verbis de præsenti, *c. is qui, de sponsal.* Federic. de Sen. *cons.* 194. *ver. item cohabitando, circa med.* Calder. *cons.* 459. alias 2. *de sponsal.* Gemin. late *cons.* 61. *num.* 4. *in fin. ver. quoad secundum, & n.* 5. & 6. † Declara, quod sola cohabitatio, oscula, & 14
similia inter sponsos sine copula carnali non inducunt matrimonium sine alio consensu. Calder. *d. cons.* 459. alias 2. *de sponsal.* † Re- 15
stringe declarationem, vt non procedat, si inter impuberes matrimonium esset contractum per verba de præsenti; quia eo ipso, quod peruenium ad ætatem legitimam, matrimonium conualescit, si non reuocauerint voluntatem. Calder. *cons.* 461. alias 4. *de sponsal.* † Limita; quia matrimonium nulliter contractum eum 16
verbis, vel sine verbis, conualidatur solo consensu, & sine verbis. Franc. Aret. *cons.* 13. *Viso diligenter, nu.* 3. *ver. præterea si matrimonium.* allegat text. *in cap. fin. & in cap. proposuit, de coniug. seruor.* & dicit *
communem, vbi vtitur hoc argumento ad comprobandum, quod matrimonium necessario non requirit verba; quia si eadem solemnitas, quæ requiritur in primo actu, vel contractu, etiam requiritur in ratificatione; ergo sicuti valet conualidatio, & ratificatio matrimonii sine verbis; ita idem erit in contractu matrimonii à principio. † Limita, nisi esset prius præmissus tractatus 17
de contrahendo matrimonio per verba de præsenti; quia tunc etiam tacitus consensus sufficeret. Calder. *cons.* 462. *in fin.* alias 5. *de sponsal.*

Matrimonium quando per verba de præsenti, vel futuro dicatur contractum. Concl. 122.

MATRIMONIVM † per verba de futuro non dicitur contra- 1
ctum, si contrahens dicat: *volo contrahere*; quia aliud est contrahere, aliud velle contrahere. Lap. *allegat.* 57. *nu.* 9. *ver. item per ista.* † Et si dicatur, *placet mihi tecum sponsare*, vel, *contrahere matrimonium*, 2
non erit matrimonium, licet mulier idem respondeat, secus, si esset, *te accipio in vxorem.* Alexand. *cons.* 153. *Visis narratis, nu.* 7. *ver. vbi concludunt, lib.* 5. † Amplia, vt matrimonium non dicatur contra- 3
ctum etiam per verba de præsenti, & apta comprehendere matrimonium, quando intentio esset contrahentium solum contrahendi sponsalia; quia intentio attenditur, *cap. iis, de sponsal.* Gemin. *cons.* 130. *ver. & pro hac parte.* † Amplia; quia matrimonium requirit 4
verba, & consensum purum, vt dicatur contractum de præsenti, alias si vnus pure, alter sub conditione contraheret, non esset matrimoniu purum, neq; de præsenti. Bald. *cons.* 166. *in princ. lib.* 2.
† Amplia; quia maxime matrimonium dicitur de futuro, & non 5
obligat, quando fuit ab vno contractum sub conditione, si frater mulieris voluerit. Bald. *cons* 165. *n.* 2. *ver. iis præmissis, lib.* 2. † Amplia, 6
quia contrahentes matrimonium per verba de præsenti dicuntur contrahere de futuro, quando alter ex contrahentibus est impubes, licet alius sit pubes. Ang. de Perus. *cons.* 16. *Anselmus de Mediolano. per tot.* † Amplia; quia dicitur de futuro, quando contrahitur 7
cum hoc, quod mittet, vel veniet ad desponsandum; quia desponsatio de consuetudine Italiæ fit, quando contrahitur matrimonium. Card. Zab. *cons.* 24. *Caius Seius.* † Amplia; quia verba de futu- 8
ro non inducunt matrimoniu de præsenti, veluti si dicat, *promitto tibi, quod nunquam accipiam aliam in vxorem, nisi te*; quia licet dictio, *nisi*, post negatiuam affirmet; tamen quando negatiua præcedens est de futuro, dictio, *nisi*, affirmat solum de futuro. Alex. *cons.* 152. *Viso processu, n.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 5. vbi apostill. citat Cæpoll. *cons. ciuil.* 1. Alex. *cons.* 156. *Viso processu, n.* 21. *ver. nec verba, lib.* 5. † Extende, 9
quia imo talia verba non important etiam matrimoniu de futuro, sed potius matrimonium sub conditione de futuro, vt, *si aliam voluero ducere, ducam te.* Alex. *d. cons.* 152. *n.* 3. *lib.* 5. † Extende; quia et- 10
iam si vir dixisset mulieri animo decipiendi eam, *tenebo te in vxorē, donec mihi ponatur terra super oculos*, non est matrimonium de præsenti. Alexand. *d. cons.* 152. *n.* 17. *ver. vbi quærit, lib.* 5. vbi, quod præsumitur dixisse ad decipiendum; quando constat, quod ista dicebat, vt haberet rem cum ea, & postea propalabat toties habuisse rem cum ea; quia est cautela, quod ponat terram super oculos, & erit liberatus. † Declara; quia si alia verba præcederent de futu- 11
ro, quæ denotarent sponsalia, tunc illa verba, *promitto, quod habebo te in vxorem*; *vel ducam te in vxorem*, *vel habebo*, *& tenebo te*

pro

pro legitima vxore; non inducunt matrimonium de præsenti; secus, si essent absolute dicta, & non præcederent alia verba de futuro denotantia sponsalia; ita Alex. *d. cons. 152. nu. 4. ver. ad quod facit. lib. 5.* & plenius *cons. 153. Visis narratis. num. 3. ver. nam ibi concludunt. lib. 5.* † Declara; quia in omnem casum, in quo verba sunt de futuro, & non inducunt matrimonium de præsenti, sed de futuro; si tamen copula carnalis sequitur inter eos post verba, & cõstet, inducitur matrimonium. Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. nec prædictis obstat, lib. 5.* † Restringe, quando dixisset; *promitto, quod non habeo in vxorem, nisi te*; quia sicut verba negatiua sunt de præsenti, & dictio, *nisi*, inducit affirmatiuam de præsenti, videtur affirmare, quod habet illam in vxorem. Alexand. *d. cons. 152. num. 4. ver. sed quando verba. lib. 5.* † Restringe, quando verba de futuro sonant; *promitto, quod habebo te in vxorem, seu pro legitima vxore*; quia non possum habere te in vxorẽ, vel pro legitima vxore, nisi mediante matrimonio; ergo inducitur matrimonium. Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. sed verba. lib. 5.* & plenius *n. 17. ver. & si dixisset.* † Restringe; quia etiam si dicat de futuro; *promitto, quod non habebo aliam in vxorem, nisi te.* Abbas *in cap. ex parte, de sponsal.* Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. vnde dominus Abb. lib. 5.* † Contra restrictionem apost. ad Alexand. *d. cons. 152. n. 4. lib. 5. in ver. Habebo*, citat Cæpoll. *cons. 1. ciuili.* Alciat. *in l. actione, in ver. nisi. Cod. de transact.*

34 confessio nó præiudicet creditori. † Imo neque præiudicat confessio coniugum sola filiis primi, vel alterius matrimonii. Boich.
35 *in d. cap. per tuas*, post Ioan. Andr. *qui filii sint legit.* † Contrarium, quod imo matrimonium confessione coniugum probetur, & sufficiat in præiudicium tertii, dummodo non in præiudicium
* alterius matrimonii. Gabr. *consil. 21. num. 43.* vbi dicit * commu-
36 nem. † Et quod filius ex putatiuo excludat substitutum. Socin. *consil. 59. num. 17. lib. 3.* Ripa *in l. ex facto §. sequis rogatus. num. 50. ff. ad*
37 *Trebellian.* † Declara; quia contrarium procedit mortuis coniugibus, qui steterunt simul, quia facilius præsumitur matrimonium, quam si viuerent. Cæpol. *consil. 5. num. 16.* Abb. in *cap. illud, num. 7. iuncto num. 14. de præsumptio.* & quando agitur de filiatione principaliter, & matrimonio incidenter. Paris. *consil. 13. num. 22.*
38 *lib. 2.* & supra in *ver. Amplia, quando. num 17.* † Vide omnino Masc. *conclus. 1026.* vbi, quod probat confessio coniugum præsente parte; secus absente parte, nisi sit geminata; secus est, quando ageretur de dirimendo alio matrimonio; quia non creditur tali con-
39 fessioni, sicuti neque confitenti, vel confessori peccatorũ. † Contrarium, quod etiam confessio geminata non probet secun-
*40 dum * communem. Crauett. *consil. 281. n. 6. ver. similiter.* † Amplia; quia secundum aliquos instrumentum dotis probat matrimonium quoad contrahentes, & quoad alios inducit semiplenam probationem. Rom. *sing. 451. Nunquid per instrumentum.* vbi apostilla. † Contrarium, quod instrumentum dotis non probet matri-
41 * monium in præiudicium tertii, est communis * opinio. Socin. *d. consil. 39. n. 7. lib. 1.* Riminald. *consil 446.* & ibi additio Alex *in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat.* Florian. in *l. & si cui. §. & horam, in 2. not. ff. si ser-*
42 *uit. vendic.* † Declara; quia instrumentum dotis non probaret matrimonium in præiudicium tertii. Bald. in *authent. si quis, num. 6. C. de eden. & in l. 2. num. 8. C. de execut. rei iudic.* Alex. *consil. 21. lib. 1.* Ruin.
43 *consil. 92. num. 9. lib. 3.* vide Iaf. *consil. 168. num. 8. lib. 4.* † Restringe ampliationem; quia fides gabellæ solutæ pro matrimonio bene probat solutionem, sed non matrimonium. Socin. *consil. 20. lib. 2.*
44 † Limita; nisi contraria probatio fortior alterius matrimonii concurrat; quia probatio fortior vincit minorem. Gemin. *d. consil. 27. in princ.* & vera probatio excludit præsumptam, vt ibi *num. 2. & 3.* vbi quod tunc non statur præsumptæ probationi, sed vere, & iudicatur pro secundo matrimonio plene probato, si primum est probatum solum ex præsumptione; quia licet non deficiat ius,
45 deficit tamen probatio. † Restringe hanc limitationem, vt non procedat respectu legitimationis, & successionis filiorum; quia si agatur de succedendo patri, & filii primi matrimonii, probant matrimonium per præsumptam probationem, filii vero alterius matrimonii probent plenissime de alio secundo matrimonio, non excludent filios ex primo; quia istæ probationes se non confundunt, sed omnes succedent. Gem. *d. consil. 27. n. 7. ver. quandoque*
46 *agitur.* † Extende hanc restrictionem, etiam si matrimonia prædicta inuicem stare non possent; quia eodem tempore essent durata; quia sufficit credulitas matris hinc inde. Gem. *d. consil. 27. n. 10.*
47 † Limita; quia testes interessati non probant matrimonium, vt quia affines consanguinei, & domestici, plene Paris. *consil. 15. n. 13. & seq. & per tot. lib. 2.* vbi, quod non valet argumentum, quod fauore matrimonii, quod in subsidium, &c. quia non procedunt i-
48 sta, vt ibi, maxime *num. 39.* † Extende maxime, quando agitur de dirimendo alio matrimonio; quia probatio clara requiritur. Paris. *consil. 59. num. 9. & seq. lib. 4* allegat Alex. *consil. 150. & 151. lib. 5.* &
49 idem Paris. *d. consil. 59. n. 32. & seq. lib. 4.* † Extende idem, quando matrimonium fuit clandestinum; quia etiam Sacerdos, qui interuenit in tali matrimonio, non facit semiplenam probationem.
50 Paris. *consil. 57. n. 37. & seq. lib. 4.* † Extende, quando esset contractum in actu venereo, & sic dum res turpis fieret; quia difficilius præsumitur, & difficilius probatur. Paris. *consil. 59. n. 22. & seq. lib. 4.*
51 † Limita; quia testes nõ probant matrimonium, licet deponant, quod Seius adulterauit Bertam vxorem Titii; quia illa verba, *vxorem Titii*, sunt enunciatiua; neque refert, quod adulterium non cadat, nisi extet matrimoniũ; quia testis non probat ea, quæ sunt iuris. Bart. *consil. 113. Processum est. n. 5. ver. non obstat, vsque in fin. lib. 1.*
52 † Limita; quia testes duo non iunguntur singulares ad probandum matrimonium. Alex. *d. consil. 143. Quoniam abunde, in prin. lib. 2.* & maxime, quando agitur de matrimonio probando, per quod aliud matrimonium dirimitur. † Extende maxime, quando sin- 53
gularitas est obstatiua; quia vnus de vno loco, alius de alio depo-
nat. Alex. *consil. 143. in princ. lib. 2.* † Limita; quia confessio alterius 54
coniugum, quod sit maritus, vel vxor non releuat, neque probat
matrimonium. Abb. *in cap. per tuas. qui fil. sint legit.* Natt. *consil. 473.*
n 24. & 25. † Limita; quia matrimonium clandestinum primum 55
non probatur contra secundum matrimonium publicum per v-
num testem, & per famam, & per confessionem coniugum, &
communem * dicit Fran. Aret. *consil. 13. Viso diligenter, n. 6. ver. secun-* *
do, & fortius. & est ratio; quia semiplena probatio vera cum semi-
plena probatione præsumpta non iungitur ad plenam probatio-
nem, & confessio coniugum in præiudicium tertii nihil relenat.
† Declara; quia in probando matrimonio clandestino requiritur 56
probatio clarior, prout in criminalibus; ideo licet semiplena pro-
batio vera, & semiplena præsumpta non iungantur; tamen iungi-
tur semiplena probatio vera, & plena probatio præsumpta, prout
immissio annuli plene probata, quæ inducit præsumptum matri-
monium probatum cum vno teste de matrimonio, & etiam pro-
baretur cum semiplena vera, & semiplena præsumpta, prout fama
adminiculata aliis probationibus, & adminiculis. Franc. Aret. *d.*
consil. 13. n. 8. in fin. ver. ad secundum, & n. 9. vbi late. † Et procedit de- 57
claratio, maxime, quando secundum matrimonium non esset
plene probatum, sed per testes suspectos, prout mater, fratres, &
sorores mulieris. Aret. *d. consil. 13. nu. 9. in fin. ver. ostendo, & num. 10.*
† Restringe; quia mezzadrus, & sic colonus partiarius admittitur 58
ad probandum matrimonium clandestinum, etiam si sit pauper,
dummodo sit honesta persona, & maxime, si esset solitus verlari
in domo, & verisimiliter informatus; quia in subsidium admitti
debet, licet diminuatur in aliquo de fide. Franc. Aret. *consil. 13. Viso*
diligenter. n. 14. & 15. ver. venio nunc ad quartum. † Imo, quod dome- 59
sticus, & familiaris admittatur ad probandum matrimoniũ clan-
destinũ; quia de sui natura est difficilis probationis, & de iis, quæ
geruntur in domo, & non est de genere prohibitorum, prout co-
pula carnalis cum consanguinea vxoris, *cap. in litteris, de testib.* ita
plene Franc. Aretin. *consil. 13. n. 17. ver. venio ad quintum.* vbi latissime
de intellectu *d. c. in litteris.* † Limita; quia solutio gabellæ dotis 60
non probat matrimonium. Socin. *consil. 208. col. 2. lib. 2.* † Limita, si 61
testes discordant, vt quia aliqui dicunt, quod primo fuit interro-
gatus sponsus, postea sponsa, alii contrarium, quod primo sponsa,
postea sponsus, non probatur matrimonium. Alex. *consil. 150. In*
causa. & lite, in princ. lib. 5. † Extende, quando testes interrogati de 62
verbis formalibus sunt diuersi in recitandis verbis, licet concor-
dent in substantia; quia non probant. Alex. *d. consil. 150. n. 2. ver. alia,*
& secunda, lib. 5. vbi apostill. dat concord. † Extende, quando testes 63
inducti à parte cõtradicunt confessioni partis; nam si pars dicat,
quod maritus iurauit matrimonium super imagine Crucifixi pi-
cti in charta, & papyro, & testes dicant, quod iurauit super imagi-
ne Crucifixi picti in tela lini, nõ probant; quia contradicunt con-
fessioni iuratæ partis in positionibus, quæ fuit præsens actui. A-
lex. *consil. 151. Repetitus, in princ. lib. 5.* vbi, quod procedit, etiam si pars
velit reuocare suam confessionem vti erroneam. † Contrarium 64
dicit ibi apostill. ad Alex. *d. consil. 151. in princ. lib. 5. in ver. papyro*, quæ
licet nihil alleget, certe pictura, siue in charta papyri, siue lini, non
diuersificatur, cum sit eadem, & error in similibus est facilis. † Li- 65
mita; quia causa matrimonialis dicitur grauis, & æquiparatur cri-
minali; ideo requirit clariores probationes, Mascard. *concl. 1030.*
n. 19. & seq. & est ratio; quia dicitur causa status secundum * com- *
munem, vt ibi, *n. 22.* Alex. *consil. 143. Quoniam abunde, n. 4. lib. 2.* vbi
reddit rationem; quia agitur de statu hominis. † Extende; quia 66
propterea imperfectæ probationes non iunguntur, vt ibi, *nu. 20.*
vbi dicit * communem. Alex. *consil. 143. in princ.* † Contrarium, */
quod iungantur, tenet Rota, vt per Caputaq. *decis. 206. num. 2.* vbi
dicit * communem, quod adminiculantur. † Restringe, quando */
agitur de matrimonio probando; secus si de dissoluendo, vel con-
tra aliud matrimonium. Mascard. *d. conclus. 1030. n. 21. & seq.* † Re- 69
stringe in matrimonio clandestino propter difficultatem proban-
di; quia iunguntur imperfectæ probationes, vt ibi, *num. 24.* quod
tamen declara, vt per Crauett. *consil. 271. col. penul. ver. non obstat.* vbi
dicit procedere, quando non potuit aliter contrahi, alias secus.
† Declara; quia quando agitur de annullando matrimonio, vel 70
contra aliud matrimonium; tunc dicitur causa status, & grauis, &
imperfectæ probationes non admittuntur; item si admittuntur,
debent esse in suo esse perfectæ, ita Mascard. *d. conclus. 1030. nu. 23.*
vsque in fin. vbi videas, plene Crauett. *consil. 281. num. 6. ver. secundo*
respondeo. † Limita; quia licet fama in ciuilibus semiplene probet, 71
& suppleat aliam semiplenam probationem; tamen secus est in
causa

causa matrimoniali, & maxime, quando agitur de probando matrimonio, per quod aliud matrimonium dirimitur. Alex. *cons.* 143.
72 *num.* 3. *in fin. & n.* 4. *ver. secundo non est tractandum, lib.* 2. † Extende; quia fama non probatur per testes consanguineos, & affines mulieris pro matrimonio, quando maritus est nobilis, mulier ignobilis. Item, quando agitur de probando matrimonio, per quod aliud matrimonium dissolueretur. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 5. *ver.*
73 *praeterea etiam, lib.* 2. † Idem si testes sunt compatres, vel cognatione spirituali coniuncti. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 6. *ver. quidam etiam,*
74 *lib.* 2. † Limita; quia in causa matrimoniali non est locus probationi per iuramentum in supplementum. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 4.
75 *lib.* 2. † Limita; quia testes contra matrimonium, vt probent, debent esse omni exceptione maiores, *cap.* 1. *de consanguinit. & affinit.*
76 † Restringe, quando testis consanguineus esset vtriq; parti. Alex.
77 *consil.* 156. *Viso processu, num.* 7. & 8. *ver. quia respondeo, lib.* 5. † Restringe, quando sumus in iis, quæ communiter accidunt fieri secrete, prout si matrimonium esset clandestinum; quia tunc testes admittuntur, quales interuenire potuerunt, in subsidium. Alexand.
consil. 156. *num.* 10. *ver. posset etiam responderi, lib.* 5.

Matrimonium qualem probationem requirat. Conclus. 131.

1 TESTES † debent esse omni exceptione maiores, quando agitur de matrimonio contracto dirimendo gloss. *in cap.* 1. per illum text. vbi Abb. & cæteri in 3. *not. de consanguinit. & affinit.* sequitur Dec. *consil.* 310. *Visis diligenter.* vbi alleg. Barba. *consil.* 45. & *con-*
2 *sil.* 54. *lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam, quando agitur simpliciter de matrimonio probando; quia testes debent esse omni exceptione maiores. Barb. *d. consil.* 45. & *consil.* 54. *lib.* 1. alleg. gloss. fin. in *cap. in literis de testib.* q̃ dicit loqui, si agitur de primo matrimonio dirimendo præcipue, quod importat idem, quod maxime,
3 † Contrarium verius est; quia quando agitur solum de probando matrimonio non in præiudicium alterius matrimonii; tunc fauore matrimonii admittuntur testes nedum, qui non sunt omni exceptione maiores, sed domestici, & sufficit, quod sint probatæ vitæ, & bonæ opinionis, ita loquitur illa gloss. fin. in *cap. in literis, de testib.* quam male intellexit Barb. & pro hoc sunt iura apertissima.
4 † Regulam facias secundum Mascard. *conclus.* 1019. quod ex quo matrimonium non præsumitur, incumbat onus probandi asserenti, quod testes debent esse omni exceptione maiores ad probandum matrimonium; quia quando probatio habet præsumptionem contra se, testes debent esse omni exceptione maiores, vbi citat infinitos, & *num.* 5. dicit eos omni exceptione maiores, contra quos nihil potest opponi. Gabriel. *de testib. conclus.* 8. *in princip.* & citat infinitos. Curt. Iun. *consil.* 289. plene Menoch. *de arbitr. lib.* 1.
5 *quæst.* 27. *num.* 9. & *seq.* Aretin. *consil.* 13. *num.* 8. *in fin.* & 10. † Et dicit Dec. *consil.* 133. *num.* 4. *ver. Lucia pedissequa,* hoc procedere, quando
6 testes sunt suspecti. † Contrarium, quod imo mulieres etiam patentes, & affines admittantur; & tamen non sunt omni exceptio-
* ne maiores, communem * dicit idem Mascard. *num.* 7. & *seq. d. con-*
clus. 1019. Gabr. *d. concl.* 8. *de testib. ver. contrarium,* & plenius *concl.* 9.
* *in princ.* vbi dicit * communem, quod parentes, & filii, fratres, & sorores admittuntur pro matrimonio, vbi declarat, quando, &
* quomodo procedat, & hanc veriorem, & * communem ait Ferret.
* *consil.* 48. *in pr.* sequitur Rota *decis.* 209. *num.* 7. vbi de * communi
7 † *p. diuer. in nou.* † Declara, quando adsunt suspiciones contra probationes pro matrimonio. Rota *lib.* 1. *decis.* 26. *num* 5. *ver. non obstat.*
8 † Declara; quia vt admittantur, vel non, residet in arbitrio iusti iudicis, plene Couar. *de matrim.* 2. *p. c.* 8. *num.* 8. Gabr. plene *de testib.*
9 *concl.* 9. *num.* 28. *in* 5. *limit.* † Declara; quia si vrgent præsumptiones contra matrimonium, requiruntur omni exceptione maiores testes; si pro matrimonio, admittuntur faciliores probationes, & testes non omni exceptione maiores, ita conciliat Mascard. *d. con-*
10 *clus.* 1019. *num.* 11. & *seq.* Gabriel. *d. conclus.* 8. *de testib. num.* 3. Ferret.
11 *cons.* 364. *num.* 5. & *seq.* † Contra declarationem Gabriel. vbi supra, *num.* 3. *ver. contrarium.* † Declara, vt si agatur de probando matrimonio, testes ordinarii sufficiant, & non requiratur qualitas, quod omni exceptione sint maiores; si vero de dissoluendo,
* secus est, propter periculum scandali, communem * dicit Socin.
consil. 29. *Circa præsentem consultationem. num.* 8. & *seq. ver. non obstant*
allegata, lib. 2. sequitur confirmando idem Mascard. *d. conclus.* 1019.
num. 15. & *seq.* Dec. *consil.* 162. *In causa, num.* 12. & *seq.* & hanc partem tenet Rota Romana in causa Tullen. matrimonii 14. Ianuarii 1568. & iterum 14. Nouembris 1575. *diuers. p.* 1. *decis.* 26. Caputaq.
12 *decis.* 205. *impress.* † Declara, quando duo testes soli sunt, secus si plures sint. Dec. *d. consil.* 162. *num.* 14. vbi, quod supplentur ex nu-
13 mero, & communem dicit * Ferret. *consil.* 48. *num.* 15. † Contrarium Crauett. plene *consil.* 281. *col. antepen. ver. nec dicatur istos testes.*
† Extende; quia requiritur, quod hæc qualitas testium probetur, 14
& communem * dicit idem Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 16. † Ex- * 15
tende; quia debent esse iurati, nec sufficit remissio iuramenti, vbi
supr. *num.* 19. vbi de * communi. † Extende in matrimonio clan- * 16
destino. Curt. Iun. *consil.* 289. *num.* 34. Oradin. *decis.* 63. & 65. Cotta
decis. 280. † Contrarium tenet Rota *d. decis.* 209. *num.* 7. *p.* 1. vbi de 17
communi *. † Restringe in mediatore; quia idoneus est pro ma- * 18
trimonio. Vide Mascard. pro vtraque parte. *d. conclus.* 1019. *num.* 20.
& seq. † Restringe; quia parentes, & consanguinei sunt idonei 19
pro matrimonio filiæ, & consanguineæ, communem * Mascard. *
dicit ibi *num.* 23. *& seq.* & communem Gabr. *de testib. conclus.* 9. *in*
princip. † Idem in filiis pro parentibus; item in fratribus, & so- 20
roribus, & in quocunque alio coniuncto. Gabriel. *d. conclus.* 9. *de*
testib. in princ. & num. 5. vbi *num.* 8. extendit, etiam si adsit inter
contrahentes modica inæqualitas. † Declara, quando parentes, 21
& consanguinei non essent bonæ opinionis, vel si essent nimis appassionati, vel nisi filia, & consanguinea esset carnaliter cognita,
vt idem Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 25. & *seq.* & Gabriel. *conclus.* 9.
de testib. num. 15. & *seq.* vbi plene. † Declara; quia parentes, & con- 22
sanguinei non admittuntur, quando adesset disparitas inter contrahentes. Gabriel. *de testib. conclus.* 9. *num.* 10. & *seq.* vbi plene declarat extendendo, & restringendo multis modis, quos videas, vbi
quod fit compensatio in disparitate, & statur arbitrio iudicis, veluti si vnus magis sit nobilis, sed pauper, vel senex, alter ignobilis,
sed iuuenis, & pulcher. Alexand. *consil.* 150. *num.* 5. *ver.* & *licet. lib.* 5.
vbi tamen vult Alexand. quod ista probentur, & de eis constet,
vt intret arbitrium iudicis. † Restringe in familiaribus bonæ 23
conditionis, vt ibi *num.* 28. *ver. quarto limita.* † Restringe in ma- 24
trimonio clandestino, vide pro vtraque parte eundem, *num.* 29.
& seq. † Restringe, quando extant præsumptiones pro matrimo- 25
nio, vt supra in prima declaratione, & Mascard. etiam *d. con-*
clus. 1019. *num.* 32. *ver. sexto limita.* † Amplia etiam si agatur de ma- 26
trimonio clandestino; quia si agitur de dirimendo ipso matrimonio clandestino, vel ad impugnandum aliud matrimonium; tunc
requiruntur testes omni exceptione maiores, ita Rota in causa
Tullen. matrimonii coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Auditore Aldobrandino 14. Iunii 1568. *in nouis decis.* 209. *lib.* 1. vbi distinguit tres casus; primus est, quando agitur de dirimendo eodem,
vel alio matrimonio; secundus, quando de sola probatione matrimonii clandestini agitur; quia fauorabile dicitur quoad probationem; tertius, quando extarent coniecturæ contra matrimonium. † Restringe secus esse, si agatur simpliciter de matri- 27
monio clandestino probando; quia magis communis opinio est,
quod sufficiant testes regulares, & probatio regularis, & est magis * communis, & magis recepta, vt in eadem *decis.* 209. *lib.* 1. *per* *
totam. quæ reddit multas rationes, & maxime; quia agitur de peccato tollendo, vt clandestinum fiat solemne, & idem per omnia
Dec. *consil.* 162. *num.* 13. † Imo, quod probetur per famam, & v- 28
num testem, tenet eadem *decis.* 209. *lib.* 1. *num.* 7. & *seq.* vbi respondet ad contraria. † Amplia; quia si agatur contra matrimonium, 29
bene testes omni exceptione maiores requiruntur. Mascard. *d.*
conclus. 1019. *num.* 10. vbi communem, & magis communem. * *
† Contrarium Cæpol. *consil. ciuil.* 2. *num.* 2. vbi dicit * communem, 30 *
& *consil.* 3. *num.* 7. & *consil.* 4. *num.* 2. *in fin.* vbi dicit * communem, *
maxime, quando sunt vocati, licet non rogati. † Amplia; quia 31
testes ad probandum matrimonium debent concordare, nedum
circa factum principale, sed etiam circa circumstantias, ad hoc,
vt probent, plura Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 34. † Contrarium, 32
quod sufficiat, si concordetur in facto principali, tenet idem
Mascard. vbi supra, *num.* 33. vbi plures allegat, Rot. *decis.* 430. *nu.* 3.
lib. 1. *in nouiss.* † Declarat; quia si duo testes concordant, & alii su- 33
perabundent, qui in qualitatibus discordent, probatur matrimonium; secus si duo soli, & discordes essent, ibi *num.* 35. † Declarat 34
etiam duobus aliis modis, ibi *num.* 36. videlicet si agatur de alio
matrimonio dirimendo, & *n.* 37. si discordent de directo procedit
ampliatio, alias secus. † Restringe, quando vnus, & idem testis 35
plus dixit in vno, quam in alio examine, si virtualiter eadem sunt
in vtroque examine, alias secus; & idem, si vnus plus dicat alio circa circumstantias, probant. Rot. *decis.* 196. *in* 3. *p. lib.* 3. *in nouiss.*
† Amplia; quia testes affectionati, & qui sunt suspecti, repellun- 36
tur, late Crauett. *consil.* 281. *n.* 3. *ver. sed præmissis. & per totum.* † Ex- 37
tende; quia pluralitas testium imperfectorum non supplet, quando omnes patiuntur in causa criminali. Crauett. *consil.* 281. *ver. nec*
dicatur, n. 6. vbi latissime. † Limita; quia valet examen relatiuum 38
ad primum examen in causa matrimoniali. Rota *decis.* 430. *in fin.*
lib. 1. coram Domino Seraphino. † Limita; quia vnus testis cum 39

fama

fama plene probat secundum communem, vt per Cæpoll. *consil. ciuil. 3. per tot.* vbi *num.* 10. dicit * communem maxime iunctis adminiculis de confessione, etiam per testes singulares, & absente parte facta, & idem dicit Capell. Tholos. *decis.* 172. quæ secus dicit ad dissoluendum, quando est solus vnus testis, & fama. † Extende, etiam si agatur de dissoluendo matrimonio, sufficit vnus testis cum fama, si alia concurrant adminicula. Caputaquen. *decis.* 206. *num.* 2. vbi de communi *. † Limita; quia in causa matrimoniali parentes admittuntur pro matrimonio. Io. de Im. *consil.* 135. † Extende multo magis, si sint consanguinei, & affines. Alex. *cons.* 149. *num.* 3. *lib.* 5. † Extende idem in causa dependenti à matrimoniali, prout est causa dotis. Ioan. de Anan. *consil.* 52. *ver. sed iis non obstanti-bus.* † Declara, vt procedat, quando non est disparitas inter personas matrimonio coniunctas, alias secus; quia parentes, & consanguinei eius, qui est disparis conditionis, non sunt idonei. Alex. *consil.* 149. *Viso processu, num.* 3. *ver. quia respondeo, lib.* 5. & iterum *consil.* 150. *In causa, & lite. num.* 4. *ver. capio nunc secundum. lib.* 5.

Matrimonium inter dispares conditione, quomodo probetur, vel non. Concluſ. 132.

1 MATRIMONIVM † non probatur, si iuuenis amore captus promisit aliquam in vxorem accipere multo disparis conditionis, licet iuuenis confessus fuerit eam carnaliter cognouisse, sed non animo contrahendi matrimonium; quia si aliunde non potest probari copula carnalis, talis confessio non præiudicat; quia debet in totum acceptari, Alexand. *consil.* 80. *In causa, & lite.* 2 *lib.* 7. † Extende, etiam si prima sententia sit lata contra confitentem, & non appellauerit; quia si est minor, potest petere restitutionem in integrum, tam aduersus confessionem, quam aduersus omissam appellationem. Alex. *d. consil.* 80. *In causa & lite verten-* 3 *te. lib.* 7. † Amplia; quia in foro conscientiæ non obstante desponsatione facta per iuuenem de puella, & carnali copula subsecuta eidem dicenti, quod non animo contrahendi matrimonium, sed explendi desiderium carnale cognoscebat, creditur, & propterea non esse matrimoniũ in foro conscientiæ, inquit Socin. *consil.* 119. 4 *Circa primum, lib.* 3. † Extende; quia is, qui contraxit matrimonium non animo consentiendi in eam, tanquam in vxorem propter gradus disparitatem, sed vt libidinem expleret, & cum ea rem carnalem habuit, vt retraheretur ab alio corriuali, licet tale matrimonium teneat quoad forum iudiciale, & contentiosum; tamen non tenet quoad forum pœnitentiæ; ideo Papa potest super eo dispensare, vt non sit impedimento alteri matrimonio, quod iuuenis vellet contrahere. Socin. *consil.* 28. *Circa primum quæsitum. lib.* 1. Vide duas Conclusiones prox. præcedentes.

Matrimonium debet esse liberum, & voluntarium. Concluſ. 133.

1 MATRIMONIVM † debet esse liberum, & voluntarium; ideo non valet stipulatio pœnæ, si non sequatur matrimonium. Hostiens. *in cap. Gemma, de sponsal.* Federic. de Sen. *consil.* 169. *Domino Corrado, per tot.* vbi reddit rationem, quare valeant arrhæ, & non pœna; quia inquit, magis de facili permittitur pœna, quæ solo verbo stipulatur, quam dentur arrhæ, & dicit ibi Feder. in princip. * quod est * communis opinio, quod non valeat stipulatio pœnæ, sed bene datio arrharum, & idem Feder. *consil.* 194. *In dubiis matrimonialibus, in princ.* vbi idem repetit Ang. *consil.* 234. *Punctus est, statuto Communis, num.* 2. *in fin. ver. contrarium puto.* Vide, *Arrha data quando perdatur, vel restituatur duplicata. Concluſ.* 445. *num.* 14. *& seq.* 2 † Extende, etiam si pœna esset in consequentiam, puta super arrhis datis, quod duplicentur, vel triplicentur. Angel. *d. consil.* 234. 3 *num.* 3. *ver. non tamen.* † Amplia, vt matrimonium debeat in tantum esse liberum, quod non valet statutum, neque lex prohibens filiosfamilias posse contrahere matrimonium sine consensu patris, & matris; quia licet hoc sit de iure ciuili, tamen ius Canonicum est seruandum, quod admittit consensum, & placitum parentum ex vrbanitate, non ex necessitate. Petr. de Anchar. *consil.* 21. *Pro solutione, num.* 3. *& seq. ver. ad secundum dubium.* vbi, quod tale statutum non valet. Abb. *consil.* 65. *in fin. lib.* 2. Alex. *consil.* 1. *nu.* 19. * *& seq. lib.* 3. vbi *num.* 21. dicit magis * communem. Alex. *consil.* 209. 4 *Ponderatis, num.* 14. vbi apost. in *ver. pœnam*, dat concord. *lib.* 6. † Extende in tantum non valere huiusmodi statutum, quod filiusfamilias non possit contrahere matrimonium sine patre, vel consensu alieno, vt nec possit imponere pœnam exhæredationis, vel priuationis filio contrafacienti. Petr. de Anch. *consil.* 21. *num.* 6. *ver.* 5 *& si dicatur statutum.* † Extende; quia neque valet dispositio testatoris, quod filia non possit contrahere matrimonium, nisi de consensu patris, vel alterius personæ, & non valet exhæredatio, si contrarium fiat. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem, in princip. lib.* 2. † Extende, & vt procedat etiam in filia fœmina minore, quia nedum potest contrahere matrimonium sine patre, *c. fi. de iud. in* 6. sed etiam ab inuito patre consequi debet suam dotem. Rom. *consil.* 486. *In casu, num.* 4. *ver. præterea.* vbi apostill. citat Boer. *decis.* 130. *Ista quæstio. n.* 7. † Declara; quia de iure Ciuili valet prohibitio, quod mulier non 7 nubat, vel non possit nubere sine consensu patris, licet si pater indigno copulare vellet, possit filia spernere patrem; de iure autem Canonico contrarium est; quia solum ex honestate, non ex necessitate consensus patris requiritur, vt not. *in cap. 1. de desponsat. impub. lib.* 6. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem in princip. ver. sed iis non obstantibus. lib.* 2. Angel. Aretin. *consil.* 74. *In casu prædicto, in princ.* † Restringe; 8 quia possunt parentes maritare eorum filios, & inducere eos ad consentiendum tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 1 *in fin. ver. aut quæritur, lib.* 2. † Imo procedit restric- 9 tio, etiam si filia inducta est à patre ad consentiendum in eum, in quem non consensisset, si fuisset sui arbitrii. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 1. *in fin. ver. aut quæritur, lib.* 2. † Et prædicta procedunt etiam in matri- 10 monio spirituali, vt parentes possint filios monasterio offerre, & ipsi debent consentire de honestate. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Quin etiam pater, & auus possunt in morte eligere execu- 11 tores, qui prouideant, quod filia certam, vel incertam personam de familia accipiat in virum, & sic hæc patria potestas potest alteri committi post mortem patris, sicut tutela. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 2. *in princip. ver. concludendum est ergo. lib.* 2. † Declara tamen; quia va- 12 leret statutum imponens pœnam filio nubenti personæ infami, vt pater, vel mater possint exhæredare, si contraxerit cum infami sine licentia eorum. Petr. de Anchar. *consil.* 21. *num.* 9. *& seq. ver. vel si dicamus.* † Imo valeret pœna imposita tutoribus, vel aliis con- 13 sentientibus in casu prohibito. Ang. *consil.* 92. *colum.* 2. *ver. de quinto.* qui loquitur in statuto Lucano. † Amplia; quia pater, mater, & 14 frater non possunt contrahere matrimonium pro filia, vel sorore; quia requiritur consensus contrahentis. Cardin. Zab. *consil.* 24. *Caius Seius.* † Extende; quia quicquid pater, & mater dicant, vel 15 promittant, non præiudicat filiæ, si ipsa non consensit. Castrens. *consil.* 45. *in princ. lib.* 1. allegat *cap. 1. de desponsat. impub. lib.* 6. *in fi.* Vide supra *num.* 8. *ver. Restringe.* vbi declaratur. † Declara tamen; quia 16 filia præsumitur habuisse notitiam de ratiociniis parentũ. Castr. *d. consil.* 45 *num.* 2. *ver. item dicta filia. lib.* 1. † Amplia; quia omnes, qui 17 possunt præstare impedimentum matrimonio, non possunt obligari ad pœnam pro matrimonio, vel cõtra matrimonium. Bald. *consil.* 165. *Casus est talis, num.* 5. *ver. item dictus Ioannonus. lib.* 2. † Am- 18 plia; quia matrimonium non valet, si est contractum per metum, qui probatur, si mulier ante protestata fuit. Bald. *d. consil.* 165. *n.* 6. *vsque in fin. ver. sed ponamus. quod verba, lib.* 2. vbi, qualis debeat esse protestatio, & quod non valeat matrimonium metu contractum. Boer. *consil.* 21. *num.* 42. *& seq.* vbi dicit * communem. Alexand. * *consil.* 80. *In casu, & lite, num.* 6. *ver. & per prox. dicta. lib.* 7. † Extende; 19 quia matrimonium dicitur contractum, quando aliter non probatur, quam per confessionem minoris, qui dicit per metum contraxisse; quia non diuiditur confessio. Alex. *d. consil.* 80. *In causa, & lite, num.* 5. *ver. posset etiam, lib.* 7. vbi apost. † Extende etiam si inter- 20 uenerit iuramentum. Grammat. *decis.* 103. *num.* 69. *& seq.* † Exten- 21 de; quia matrimonium debet in tantum esse liberum, vt contractum per metum, qui cadit in constantem virum, nõ valeat. Alex. *consil.* 156. *Viso processu. num.* 6. *ver. quarto præsuppono, lib.* 5. † Extende; 22 quia matrimonium dicitur per metum contractum, & non valet, si est repertus in domo, vel lecto cum muliere, & consanguinei mulieris armati superuenientes obtinuerunt, quod eadem nocte contractum fuit matrimonium, etiam si non interuenisset percussio, vel admenatio; quia sufficit terror armorum, & tale matrimonium debet rescindi, plene Alexand. *consil.* 98. *Quoniam, lib.* 3. *per tot. & consil.* 99. *eod. lib. per tot.* quod est Alexand. de Næuo. † Ex- 23 tende, vt procedat, etiam si is; qui passus est metum in matrimonio, fuit ipse in culpa, vt quia iuit in domum mulieris honestæ, penes quam fuit repertus. Alexand. *consil.* 99. *In casu prædicto, in prin. lib.* 3. quod est Alexand. de Næuo, allegat text. *in cap. veniens, el secondo, de sponsal.* † Amplia; quia pœna promissa per tutorem pro ma- 24 trimonio futuro pupillæ non valet, neque tenet. Bald. *consil.* 41. *Matrimonia debent esse libera, lib.* 4. *per tot.* Bart. *consil.* 45. *Vannes, in fin. lib.* 1. vbi, quod licet habeat tutor ius in persona pupillæ; tamen non potest pro ea contrahere matrimonium; quia impediretur per indirectum libertas matrimonii. † Amplia; quia non valet 25 exhæredatio patris de filia, etiam si nupsit indigno, & contra voluntatem patris. Dec. *consil.* 231 & communem * dicit Decian. *con-* * *sil.* 13. *num.* 17. *lib.* 1. † Contrarium tenet Paris. *consil.* 29. *Esto. vol.* 3. 26 Anchar. *consil.* 21. Alexand. *consil.* 97. *num.* 4. *lib.* 1. † Amplia; quia 27

non va-

non valet matrimonium contractum per procuratorem reuocatum, etiam ſi ignoret reuocationem. Cardin. Zabarell. *conſil.24.in fine.* † Amplia; quia non valet prohibitio, vel mandatum patris, quod filia non nubat, niſi cum conſenſu certæ perſonæ. Alexand. *conſil.209.num.18. ver.fortius. lib.6.* † Amplia; quia non valet lex, neque ſtatutum, per quod impeditur, vel reſtringitur libera libertas matrimonii contrahendi. Crauett. *conſil.461.num.47.* allegat Curt. *conſil.27.col.3.* qui *num.3.* dicit * communem, & alios. Cephal. *conſil.319.* vbi, *num.18.* alios allegat, videlicet Calcan. *conſil.30.* Riminal. *conſil.427.num.10.* allegat Rom. & Alex. *in rubric. ff. ſolut. matrim.* qui dicit * communem, *conſil.455.num.36. & ſeq.* vbi idem * repetit, & communem, & magis * communem Iul. Clar. *in § fin. ſupraxi, quæſt.82. in ver. ſtatutum, el terzo.* † Extende; quia non valet ſtatutum Mutinæ prohibens bona poſſe dari in ſolutum forenſi; quia non comprehendit caſum reſtitutionis dotis, ex quo in conſequentiam impediret matrimonium, quod ſine dote non fit ita facile. Anton. de Butr. *conſil.35.nu.2. & ſeq.* † Extende; quia non valet ſtatutum, quod agnati inter ſe non poſſint contrahere matrimonium ſub pœna. Corſett. *ſingul.9.in ver. ſtatutum.* † Extende; quia non valet prouiſio Bononiæ reſtringens dotes; quia tollit liberam facultatem, & libertatem matrimonii cõtrahendi. Marſil. *ſing.589. Alias de anno.* † Extende; quia non valet ſtatutum auferens lucrum à muliere, ſi nubat cum raptore. Cephal. *conſil.319. num.14.* Abb. *conſil.12.num.3.lib.1.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel lex ciuilis prohibens contrahi matrimonium cum tutore, vel illius filio, Cephal. *conſil.319.num.15.* † Idem, quod Rector Prouinciæ non poſſit matrimonium contrahere; quia non valet. Abb. *conſil.12.nu.3.lib.1.* † Extende; quia ſicuti non valet ſtatutum; ita neque valet voluntas teſtatoris. Cephal. *conſil.319.nu.20. & ſeq.* † Et generaliter non valet vllo modo ſtatutum, vel lex laicorum prohibens, vel reſtringens matrimonium; quia ſunt ſublatæ. Cephal. *conſil.319.num.12. & num.22.* † Extende; quia non valet ſtatutum, quod non valeat matrimonium contractum ſine conſenſu patris ſecundum * communem. Decian. *conſil.13. num.9. lib.1.* vbi *num.12.* quod multo magis non valet ſtatutum, vel prohibitio teſtatoris, ne nubat ſine conſenſu alterius. Abb. *conſil.12.num.3.lib.1.* & communem * dicit Dec. *conſil.230. Vi, o caſu, in princ.* & communem * dicit in filio Rimin. Iun. *conſil.133.n.14. & ſeq.* Angel. Aretin. *conſil.74. per tot.* † Extende; quia imo ſi nupſit filia contra expreſſam prohibitionem patris, ne nuberet tali, vel patre viuente contra illius prohibitionem ſub pœna priuationis, adhuc non poſſet priuari. Decian. *d.conſil.13.num.13. & ſeq.lib.1.* vbi alios allegat, maxime Abb. *conſil.12.num.3. ver. quid plura, lib.1.* vbi limitat, niſi filia ſine dote nupta eſſet; quia tunc pater non tenetur dotare, & vide Riminald. *conſil.133.num.17.* vbi dicit * communem, quod non poteſt filius exhæredari, ſi nupſit perſonæ honeſtæ, alias ſecus. Ruin. *conſil.8.in fin.lib.3.* † Et quod non valeat exhæredatio facta per patrem contra filiam; quia nupſit contra conſenſum, & præceptum patris, communem * dicit Dec. *conſil.230.col.pen.* & idem in ſtatuto priuante filiam, ſi nubat ſine conſenſu patris, & matris. Alex. *conſil.97.in fine.lib.1. per tot.* Anch. *conſil.21.* & magis cõmunem * dicit Alex. *d.conſil.97.in fin.lib.1.* & magis communem * Iul. Clar. *d. §. fin.quæſt.82.nu.3. ver ſtatutum, il terzo.* Alex. *conſil.209. Ponderatis, in princ.* maxime *nu.13. & 14. lib.6. & n.16.* vbi, quod hodie non valet; quia non eſt inter cauſas expreſſas. † Contrarium tenet apoſtill. ad Dec. *d.conſil.230. in ver. puniatur, & in ver. contrarium,* & apoſtilla ad Alex. *conſil.97.lib.1. in ver. valere.* vbi, quod datum eſt arreſtum in Francia, quod non nubat ſub pœna capitis. Pariſ. *conſ.29.n.42.lib.3.* dicit * communem, & refert Iul. Clar. *in §. fin.quæſt.82. ver. ſtatutum, terzo, n.3.* qui dicit * communem; & hæc fundatur in opin. Bart. *in l. ſi minus. C. de nuptiis. g.lib.11.* † Declara; quia ſi nuberet perſonæ infami, & indignæ, ex qua dehonoraretur familia; tunc poteſt exhæredari. Anchar. *conſil.21.* ſequitur Alex. *conſil.97.num.4. ver. vnde concludit. lib.1.* & ita declarat Angel. Aretin. *conſil.74. In caſu prædicto.* & *ſeq. ver. ſed iis non obſtantibus.* † Et procedit declaratio, etiam ſi filia nobilis mortuo patre nupſiſſet vili perſonæ, & ſpurio; quia licet matrimonium valeat; tamen, quia conturbat honorem patris mortui, ſicuti ſi hoc feciſſet viuente patre poſſet exhæredari; ita eo mortuo priuatur dote, vt ſolum habeat dotem conuenientem conditioni mariti, etiam ſi extaret ſtatutum, quod mulier, quæ non fuit dotata per patrem, debeat habere eandem dotem, quam habuerunt ſorores. Angel. Aretin. *d. conſil.74. In caſu prædicto, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contra. † Contrarium tenet Alex. *d.conſil.209. in princ.* & ibi apoſtill. *num.3. in ver. indigno,* quæ citat pro vtraque parte, *lib.6.* & maxime *num.13. & 14.* vbi, quod matrimonium debet eſſe liberum, & non valet ſtatutum, quod non poſſit nubere ſine conſenſu patris, vbi *num.15. ver. præterea,* dicit, quod ſi filia viuente patre nubit indigno; tunc pater non tenetur dare dotem, niſi condignam viro; ſed ſi eam dedit, vel legauit, & nupſit poſt mortem patris indigno, non habet locum, vt minuatur. † Declara; quia ſi poſt mortem patris non minuitur legatum dotis, licet indigno nupſerit; quia quicquid ſit in legato, quod perdatur, ſi fiat iniuria patri leganti, quod perdatur, applicatur fiſco, non hæredibus patris, qui non poſſunt opponere de iure fiſci, & non habet locum, quando legatum eſt pro dote, quæ ſuccedit loco legitimæ. Alex. plene *d.conſil.209. num.18. in fin. cum ſeq. ver. non obſtat 4.lib.6.* vbi apoſt. *in ver. loco.* dat concord. † Declara; quia ſi ſtatutum eſſet cum participatione Cleri, quod conſenſus patris requiratur, valeret. Celſus Vgo *conſil.38.* ſequitur Rim. Iun. *conſil.133. num.17.lib.2.* † Declara; quia ſi opinio Bart. eſt in vſu, & de conſuetudine, illa ſeruatur, alias non, ita Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt.82.* † Extende; quia non valet ſtatutum pœnale in permiſſis, vt mulier non nubat ſine certo conſenſu ſub pœna. Alex. *conſil.97.num.2.* vbi apoſtill. *in ver. nec etiam,* quæ allegat plurimos, *lib.1.* & in fine dicit communem *, & magis communem, ſequitur Marſ. *ſing.589. alias de anno.* vbi plurima, Iul. Clar. *d. §. fin. in ver. ſtatutum, il terzo, q.82. num.4.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel lex laicalis, quæ interdicit matrimonium ad tempus; ideo ſtatutum, quod ſeruetur ius Ciuile, non poteſt facere reuiuiſcere leges abrogatas de pœna nubentis intra annum luctus. Capra *conſil.70. per tot.* maxime *n.12. vſque in fin.* † Declara reſtrictionem; quia non habet locũ ſtatutum, ſi nubat Ciui, vel habenti derogationem ſtatuti; quia derogatio eſt fauorabilis, quæ reducit ad ius commune; ideo ſufficit clauſula generalis, *non obſtantibus.* Crauett. *d.conſil.610. & per tot.* allegat Curt. Sen. *conſil.35.n.36.* Guido Pap. *conſil.65.n.16.* Iaſ. *conſil.73.col.1. in fin.lib.1.* Ruin. *conſil.126. col fin.lib.5.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel voluntas teſtatoris prohibens filiam nubere ante ætatem 17. annorum. Cephal. *conſil.319. per tot.* Abb. *conſil.12.n.4.lib.1.* † Contrarium dicit Aretin. *conſil.67. in princip.* quando non ſit fraus matrimonio, vt quia dilatio eſt honeſta, non talis, per quam non reperiret maritum. † Declarat Cephal. non procedere prohibitionem matrimonii ſub pœna, ſed bene procedit inuitatio, vt non contrahat cum certis perſonis ſub pœna. *conſil.319. num.25. & ſeq.* † Declara, quod dicitur valere ſtatutum prohibens mulierem poſſe contrahere matrimonium ante 25. annum ſine licentia patris, procedere, quando eſt cum conſenſu Epiſcopi; quia tendit ad honeſtatem. Rim. Iun. *conſil.133. num.17.* vbi allegat Celſum Vgonem *conſil.38.* vbi dicit idem, ſtatutum eſt cum participatione Cleri. † Reſtringe; quia valet ſtatutum, quod filia ab inteſtato non ſuccedat patri, ſi nubat forenſi; quia cum hæreditas deferatur ab inteſtato à lege, poteſt etiam per legem tolli Crauett. *conſil.610. Lege municipali, in princ.* † Contrarium, quod imo non valeat. Cephal. *conſil.319. num.18.* vbi alios allegat, & *num.10. & ſeq.* dicit leges ciuiles non eſſe attendendas, & laicos non poſſe aliquid ſtatuere. Capra *conſil.70. in fin.* vbi, q non agitur de ſucceſſione, ſed de pœna, & eſt * communis opinio, quod non valet. Curt. Sen. *conſil.27.nu.3.* Iul. Clar. *in prax. in §. fin. quæſtio.82. in ver. ſtatutum, il terzo,* vbi, quod eſt communis, & magis * communis, quod non valet etiam quoad pœnam. † Ex teſtamento autem, an valeat ſtatutum auferens hæreditatem ex teſtamento, dubium eſſe, inquit Crauet. *d.conſil.610. in princip.* † Amplia; quia etiam dicitur impediri matrimonium, ſi teſtator pater prohibeat ſub pœna, ne filia ſua nubat, niſi habeat 17. annos. Cephal. *conſil.319. Magnificus dominus, per tot.* † Contrarium, quod imo valeat legatum factum mulieri, ſi non nupſerit intra viginti annos, & non debeatur, ſi primo nubat. Aretin. *conſil.67. Diligenter, & mature, colum.1. ver. vento ad primum.* † Declara; quia non valeret etiam dilatio facta in fraudem matrimonii, puta ſi eſſet talis dilatio, per quam non inueniret maritum. Aretin. *d conſil.67. colum.1.* † Declara ſecundum Cephal. quia non valet etiam prohibitio ad tempus ſub pœna, etiam ſi agatur de perdendo lucro radicato; quia dicitur pati damnum; ſed bene valet pœna, & priuatur legato, quando factum eſt legatum, ſi nubat tali; quia poteſt inuitari ad contrahendum cum certa perſona. Cephal. *d.conſil.319. num.25. & ſeq.* † Extende; quia non valet etiam priuatio ſucceſſionis facta per partem filiæ, ſi non nupſerit intra vigeſimum annum; quia iſtud præceptum, & pœna compellit matrimonium neceſſario; ideo non valet. Cephal. *conſ.455. num.36. & ſeq.* allegat Cæpoll. *conſil.ciuili 2.* Bero. *q.84. num.6.* † Extende; quia licet valeat legatum factum pro dote, vt nubat cum conſenſu talis; tamen reiicitur conditio de conſenſu talis, communem * dicit Decian. *d.conſil.13. num.16. lib.1.* † Amplia, quia de iure ciuili etiam nepos non poteſt ducere vxorem cum conſenſu aui, niſi etiam adſit conſenſus patris in poteſtate aui exiſtentis. *l.*

oratio-

oratione. §. 1. *de ritu nupt.* de quo Rom. *consil.* 512. *Quoad primum. num.* 6. *ver. nec huic conclusioni.* vbi reddit rationem specialitatis, ne pater possit conqueri, quod habeat hæredem filium filii, quem non vellet habere; secus si nepos ex filio ducat neptem ex alio filio in vxorem de iure Ciuili; quia solus consensus aui sine patre sufficit. *l. si nepotem. ff. de rit. nupt.* sed hæc omnia sunt correcta de iure
65 Canonico. † Amplia; quia licet lex Ciuilis mandet fœminas non posse nubere ante vigesimumquintum annũ sine licentia patris, & si contrarium faciant, possunt exhæredari tanquam ingratæ, *auth. & si post. C. de inoff. testam.* tamen; quia matrimonium debet esse liberum, correcta est lex Ciuilis, & attenditur ius Canonicum circa Sacramenta, late Abb. *consil.* 12. *Vt clare materia, in princip. lib.* 1.
66 vbi tollit omnia contraria. † Extende; quia non valent leges Ciuiles, quod Rector Prouinciæ non possit contrahere cum subdita, neque statutum, vel lex, quod tutor non possit contrahere cum pupilla facta adulta, vel quod raptor non possit contrahere cum rapta; quia alias matrimonium, quod debet esse liberum, impediretur; ideo leges correctas esse, quod intra annum non nubat à die mortis viri, plura Abb. *d. consil.* 12. *num.* 3. *lib.* 1. vbi, quod *c. hortamur.* 32. *quæst.* 2. quod videtur comprobare leges, ne puella sine patre contrahat, sint de honestate; & ideo tenetur pater dotare fi-
67 liam contrahentem sine sui licentia. † Declara; quia si filia sibi reperisset sine patre virum, qui eam desponsauit sine dote; tunc non tenetur pater dotare; secus si cum dote; quia tenetur dotare, vel post mortem patris debet consequi legitimam, vel si pater præteriit eam, potest dicere testamentum nullum, & succedere, pleне Abb. *d consil.* 12 *num* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia non valet statutum,
68 per quod impeditur matrimonium, etiam per indirectum, puta, quod mulier non possit disponere, neque alienare, nisi quartam partem bonorum suorum, (prout Senis) vbi debet reseruari filiis; quia non habet locum in dote, si non vult nubere secundo, vel tertio; quia per indirectum impediretur matrimonium. Anchar. *consil.* 380. *Cum ex dispositione, nu.* 3. vbi loquitur in statuto Senensi,
69 & in *consil.* 381. quod est Franc. de Rampo. † Extende; quia statutum aliud Senarum, quod nulla persona possit contrahere matrimonium, vel sponsalia cum aliquo Ciue Senarum sine consensu patris, vel aui paterni; aut si nõ extant sine consensu trium proximiorum consanguineorum, non valet, cum sit impeditiuum matrimonii. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem, in fin. lib.* 2. licet in prin. dicat, quod bene de honestate debent filii, & filiæ habere consen-
70 sum parentum in contrahendo matrimonio. † Amplia; quia non valet decretum iudicis, quod pupilla sponsa educetur penes sponsum, quando est suspicio, quod insidietur pudicitiæ; quia per indirectum prohiberetur matrimonium liberum, ne posset puella reclamare à sponsalibus, & quicquid sit, per quod libera facultas contrahendi matrimonium expresse, vel tacite impeditur, non
71 valet. Bart. in sua *quæstio.* 16. *Quæritur, vtrum, in princip.* † Extende in tantum, vt neque spes futuri matrimonii dehonestari possit,
72 Bart. *d. quæst.* 56. *in princip. ver. quarto sic.* † Amplia; quia licet de iure Ciuili pater possit contrahere sponsalia, & matrimonium pro filia, quæ non debet, nec potest contradicere patri, nisi daret pro marito turpem personam, vel moribus indignam. *l. sed ea, quæ patris. ff. de sponsal.* tamen secus est de iure Canonico, *c. sufficiat* 27. *q.* 2. gloss. & Abb. *in c.* 1. *de desponsa. impub.* vbi etiam, quod attendi debet
73 ius Canonicum, non ius Ciuile in hac materia. † Limita; quia licet non valeat statutum laicorum impediens matrimonium; tamen statutum quoad qualitatem valet; ideo si statutum dicat, quod Guelphus non nubat Gebellino sub pœna capitis, & contra fiat matrimonium, valet, sed pœna habebit locum; quia qualitas puniri potest. Corset. *sing.* 9. *in ver. statutum.* vbi latissime distinguit, quod si honeste possunt nubere seruato statuto, pœna
74 habet locum, alias non. † Extende; quia valet statutum, quod personæ diuersarum terrarum nõ contrahant matrimonium sub pœna; quia licet matrimonium sit validum; tamen pœna committi potest. Bart. per illum text. *in l. edicimus. C. de murileg. lib.* 11. sequitur Felin. *in c.* 1. *de sponsal. num.* 20. vbi concord. allegat; sed ta-
75 men videtur reprobare, quasi impediatur matrimonium. † Extende; quia valet dispositio testatoris, quod filia sit instituta, si maritaretur in certum genus personarum de agnatione, & licet non possit compelli de honestate; tamen tenetur, & valet dispositio testatoris, & potest induci puella ad consentiendum, licet non compelli. Abb. *consil.* 65. *Et primo, an dispositio, lib.* 2. *in princ.* alias
76 incipit, *Ad decisionem.* † Extende octo modis, de quibus per Felin. in *d. cap.* 1. *de sponsal.* vbi ponit regulam cum quatuor declarationibus, seu ampliationibus, & octo limitationibus, vide omnino
77 eum. † Extende; quia valet dispositio, & pœna, quod maritus te-
Medium † non datur in conditionibus implendis; quia non attenditur, q̃ conditio pro parte existat, & pro parte non, maxime in re indiuisibili; quia pinde est, ac si non extiterit in totum. Oldr. *consil.*231. *in fin. n.*3. *ver. ex ijs patet, & consil.*242. *n.*3. *ver. secundo obijcitur.* †Inter verum & falsum non datur medium; qa falsitas non est, nisi mutatio veritatis, veritas non est, nisi q̃ res ita sit, vt dicit Bald. *consil.*54. *Casus breuis, n.*2. *in pr. lib.*1. †Amplia; quia medium non datur, vt tertio acquiri possit ius, puta ex pacto primo simplici modificato p aliud pactum posterius in eodem contractu appositum; quia cum contractus non habeatur p perfecto, nisi post q̃ totus est celebratus, non potest ius quæri, nisi prout totus contractus perfectus disponit, Bart. *in l. lecta, n.*18. *ff. si cert. pet.*

pet. Castr. *in l. contractus, n. 7. C. de fid. inst.* Fel. *in c. cum dilecta, de rescr. v. declara.* hanc partem tenet in pacto legis commissoriæ, in eodem contractu, antequam sit perfectus, Alex. *consil. 10. n. 7. & 8. lib. 1.*

4 †Contrarium in translatione dominii dicit Neguſ. *de pignor. in 4. part. princ. n. 39. &* 40. vbi, q̃ ſi in principio contractus fiat pactum translatiuũ dominii, & in fine contractum pactum reſeruatiuum dominii certo caſu, non valet vltimum pactum; quia non iunt extrema habilia, & non poteſt reſeruare, quod ſuum non eſt tempore reſeruationis, & idem dicit Gozad. *conſil. 16. per tot.* q̃ ſi tutor emit p̃ minore ſimpliciter, & in fine contractus fecit pactum de retrouendendo, non poteſt præiudicare minori, cui dominium eſt q̃ſitum ex principio contractus, & idem in minore, & Eccleſia dicit Caſtr. *conſil. 112. Viſo tenore, in fin. lib. 1.* †Declara, qa vera eſt ampliatio, quod actus non dicitur pfectus ex vno pacto anteriori, anteq̃ totus contractus ſit abſolutus, & idem in actu acquirendi, anteq̃ actus ſit perfectus contractus, valet pactum de retrouendendo à minore, vel Eccleſia, quia ſunt correſpectiui, & vnum ſine alio factum fuiſſe non præſumitur; ſecus, ſi perfecto contractu fieret pactũ in continenti, & ſic debet intelligi contrarium, late

6 Tiraq. *de retr. conuen. ad fin. tit. n. 10. & ſeq.* †Ampla; quia licet primus creditor hypothecarius præferatur ſecundo ẽt in acquirendis; quia eo ipſo, quod debitor aliquid acquirit ſine momento habenti priorem hypothecam, tamen ſi aliquis vendat rem ſuam ſimpliciter habenti multos creditores, q̃ deberent præferri venditori in pretio, poteſt nihilomin9 p pactum, expreſſum ſibi reſeruare dominium rei venditæ, donec fuerit integre ſatisfactus, quia hoc modo non poteſt dominium tranſire in emptorem, & propterea non datur medium, q̃ potuerit creditoribus prioribus ac-

7 quiri. †Extende, vt idem ſit, q̃n maritus vendidit bona obligata vxori, & emptor ſoluit pretium ſub conditione, q̃ ſibi emptori ſit pretium perpetuo obligatum, ita vt præferatur quibuſcunque creditoribus anterioribus venditoris, qa ſi vxor habens anteriorem hypothecam velit pretium, debet illud habere cum ſuis conditionibus, quod primo ſit emptori obligatum. Bece. *conſ. 87. n. 17.*

8 †Extende, vt idem ſit in eo, qui mutuat pecuniam habenti multa debita; qa ſi in actu mutui fit pactum, q̃ res emenda ſit ſpecialiter hypothecata ſibi mutuanti, ita q̃ præferatur omnibus prioribus creditorib9, tale pactum impedit rem acquirendam tranſire in hypothecam prioris creditoris, donec mutuans fuerit ſatisfact9, ex quo non datur medium, vt creditori priori poſſit acqri, eſt tex. *in l. licet. C. qui pot. in pign.* & ſi pactum non adeſſet, deberet pferri habens hypothecam anteriorem, *l. quamuis, la terza. C. de pignor.*

Medium probatur probatis extremis, & quando non. Concl. 173.

1 MEDIVM †probatur, ſi probantur extrema, videlicet principium, & finis, *c. quia tunc culpæ 28. dist.* Vide infinitos concord. per Alciat. *in tract. de præſumpt. in reg. 3. quæſt. 22.* Bar. *in l. Celſus* * *num. 21. ff. de vſucap.* & eſt * communis opinio, vt atteſtatur Ioan. Sicard. *in l. 1. commun. opinio. f. 510. n. 337.* & quod medium probetur p-

2 bato principio, & fine, Decian. *conſil. 11. n. 124. lib. 1.* †Extende; qa imo probatio initio poſſeſſionis probatur medium, & finis; quia qui poſſedit de præterito, præſumitur poſſidere de præſenti, ſi * hoc alleget, communem * dicit Socin. *conſil. 59. Viſis actis, lib. 4. n. 7.* quod declara ad fauorem rei, ſecus actoris non poſſidentis. Alex. in poſt. ad Bart. *in d. l. Celſus, n. 21. ver. probentur, de vſucap.* Natt. *conſil. 235. n. 18. &* 19. vbi dicit procedere pſumptiue, niſi contrarium p-

3 betur. †Amplia; quia p̃bata electione, & pſentatione cum poſſeſſione ſubſecuta, vel communi reputatione præſumitur confirmatio ſeu inſtitutio. Fed. de Sen. *conſil. 61. n. 2. ver. ſed ad hoc reſpondeo.*

4 †Amplia; quia quidquid eſt intra fines territorii, præſumitur de ☞ territorio. Vide, *Papa habet fundatam intentionem, &c. Concl. 66.*

5 †Amplia in poſſeſſione ad effectum pſcriptionis, quia ſi p̃batur poſſeſſio in principio, & fine, probatur ẽt medio tempore, *c. volumu. 16. q. 4.* Fulg. *conſil. 104. Quædam d. Lucia, n. 1. col. 3.* Socin. *conſi. 9. Viſis actis, num. 7. lib. 4.* †Amplia in poſſeſſione; quia ſi quis probet poſſeſſe in præteritum de certo tempore, & de præſenti, præſumitur etiam poſſeſſe medio tempore. Bart. *in d. l. Celſus. ff. de vſuc.* Petr. de Anch. *conſil. 5. nu. 10. ver. ad hoc reſpondeo.* Alex. *conſil. 93. Viſis ſcripturis, nu. 5. lib. 2.* pleniſſime Franc. Balb. *in rep. d. l. Celſus, in vltima part. n. 5. & ſeq.* Natt. *d. conſil. 235. n. 18.* Rol. à Vall. *conſil. 25. n. 31. lib. 4.*

7 Petr. Surd. *conſil. 73. n. 46. & ſeq.* †Extende etiam in remedio *l. final. C. de edict. Diui. Adrian. toll.* quia ſi probetur poſſeſſio defuncti, & q̃ deſcendentes illius poſſederint; tunc præſumitur, & probatur

8 poſſeſſio tempore mortis defuncti, ita Alba. *conſil. 6. nu. 10.* †Extende; quia probata poſſeſſione tempore vitæ defuncti probatur etiam tempore mortis; quia ſemel poſſidens præſumitur continuare, niſi alius p̃betur poſſediſſe. Bart. *in d. l. Celſus. ff. de vſucap. ver. alio modo,* ſequitur Iaſ. *in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1.* & eſt text. etiam in beneficialibus *in c. olim, el terzo, de reſt. ſpol.* Aſſl. *dec. 194. Eccl. ſancti.*

9 †Declara, vt q̃ dicitur ex probatione poſſeſſionis de vno tempore defuncti probari etiam, quod tempore matris, p̃cedat ſolum, quando probatio præcedens eſt plena; ſecus ſi priuilegiata; qa tunc non poteſt parere præſumptionem, quia plura ſpecialia non poſſunt concurrere. Corn. *conſil. 23. n. 7. lib. 4.* Hier. Gabr. *conſil. 21.* ☞ *n. 10.* Vide, *Fideicommiſſo qualiter, &c. Concl. 279.*

10 †Vide aliam declarationem, vt procedat, q̃n alius non poſſedit medio tempore, alias ſecus, *in ver. Hæreditatis petitio. Concl. 164.* †Extende, quia pro-

11 batis extremis adeo p̃batur medũ poſſeſſionis, vt iſtud ſufficiat ẽt in probanda poſſeſſione requiſita à ſtatuto; quia cum ſit præſumptio iuris, & conſequenter liquidiſſima probatio, ſufficit ẽt, vbi probatio clariſſima, & à ſtatuto requiritur. Menoch. *de recup. remed. 15. n. 398. & ſeq.* †Extende, quia probatis duobus extremis

12 præſumitur probata poſſeſſio medii temporis, vt probat text. *in l. pen. C. de apoch. pub. lib. 10.* tex. cum gl. not. *in c. volumus. 16. q. 4.* Bart. *in d. l. Celſus. ff. de vſuc.* Io. Fabr. *Inſt. eod. tit. col. 1. circa fin.* Lanfr. *in c. quoniam contra. n. 66. de prob.* Inn. & alii *in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol.* Abb. *in c. accedentib. prope fin. de priuil.* late Felin. *in c. inter dilectos, de fid. inſtr.* Iaſ. *in l. talis ſcriptura, col. 1. cum ſeq. ff. de leg. 1.* †Declara, vt procedat,

13 quod quis dicatur continuo poſſediſſe, licet per aliquod paruum tempus abſens fuerit. Rom. *conſil. 263.* vbi de verbo, *aſſiduo.* †Ex-

14 tende ad effectum inducendæ præſcriptionis immemorabilis ẽt contra Eccleſiam; quia ſi probatur ſolutio cenſus per inſtrumentum iam lapſis 100. annis, & de præſenti ſoluitur, probatur ſolutio medio tempore facta. Abb. *conſil. 102. In cauſa, in pr. lib. 1.* †Ex-

15 tende ad effectum obtinendi in iudicio retinendæ, vel interdicto, *vti poſſidetis,* quia requiritur probatio poſſeſſionis tempore litis conteſtatæ, nam ſi p̃batur poſſeſſio ante motum iudicium, & de præſenti pendente iudicio, probatur ẽt medio tempore, videl. tempore litis conteſtatæ, ita Ang. *conſil. 19. Videtur omnino, n. 2. in fi. cum ſeq. ve. tunc ſuccedit regula.* †Contrarium, quando extrema non

16 ſunt habilia ad ſe coniungendum, veluti ſi alius medio tempore poſſidet, quia inſolidum duo non poſſunt poſſidere, & præſumptio cedit veritati. Angel. Aretin. *d. conſil. 19. n. 19. ver. nec etiam obſtat.* †Declarat tamen ipſe Ang. Aret. *d. conſil. 19. n. 19. &* 20. *ver. ad-*

17 *uertas,* quod is, qui ante, & de præſenti poſſedit, licet non pſumatur medio tempore poſſidere, quia alias poſſidet illo medio tempore, bene poſſet poſſidere ciuiliter, & medio tempore, q̃ ſufficeret in iudicio turbationis, & vti poſſidetis. †Reſtringe 5. modis,

18 quibus probatis extremis non probatur medium, videl. ſi is, qui poſſedit, ẽt poſſideat nunc, alias non. Secundo, ſi is, qui poſſedit, alleget; ſecus, ſi alius. Tertio, in rebus mobilibus. Quarto, ſi tractatur de commodo eius, qui poſſedit, & poſſidet, & ipſe alleget. Quinto, ſecus, ſi neget poſſidere, & tertius dicat, quod poſſedit, de quibus Franc. Balb. *in rep. d. l. Celſus, in vlt. part. n. 5. & ſeq. ff. de vſuc.* Vide, *Allegari debet, quod eſt fundamentum intentionis. Conc. 252.* †Re-

19 ſtringe, quia non probatur poſſeſſio certi temporis, niſi conſtet de initio, & fine certis, & ſic extrema debent eſſe certa, & de certo tempore. Alex. *conſi. 89. n. 2. lib. 5.* vbi apoſt. ideo ſi dicat, poſſedit à 30. annis citra, non p̃bat, niſi dicat à 30. annis, & p totum illud tempus. Alexan. *conſil. 73. n. 6. lib. 6.* †Amplia in furore probato de

20 præterito, & de præſenti, quia pſumitur continuaſſe medio tempore, maxime ad fauorem furioſi, vt non obligetur, vel ne delinquat. Pet. de Anch. *conſil. 5. Pro parte nobilis, n. 10. ver. ad hoc reſpondeo.* Vide, *Furor. Concl. 543. ver. limita,* vbi pro vtraque. †Amplia in eo, q̃ ☞

21 dicit metum adhibitum fuiſſe tempore contractus, quia ſi p̃bat ſe ante, & poſt obligationem fuiſſe carceratum à ſuo creditore, cui ſe obligauit, probatur etiam carceratio medio tempore. Bald. *conſil. 247. Proponitur, q̃ Io. lib. 2.* & idem Bald. *conſi. 26. Punctus infraſcripti, n. 2. ver. præterea in caſu noſtro, lib. 3.* †Amplia in omni materia,

22 & omni actu, q̃ recipit continuationem; quia probatis extremis probatur medium. Bald. *d. conſil. 247. circ. med. lib. 2.* †Amplia in an-

23 no, menſe, indictione, & aliis ſubſtantialib. inſtrumenti, quia ſi vnum inſtrum. eſſet inter duo alia inſtrumenta habentia eandem diem, & indictionem, cenſentur in inſtrum. medio eadem, q̃n inter ſe habent continuationem. Dyn. *conſil. 48. in pr.* †Amplia, quia

24 media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus. Rol. à Valle *conſil. 25. n. 30. & ſeq. lib. 4.* †Limita, vt non procedat, quando a-

25 geretur de condemnando aliquo criminaliter; quia licet contra eum p̃betur poſſeſſio à principio, & fine; non tamen poteſt condemnari etiam medio tempore, ita Iaſ. *conſil. 46. in princ. ver. tertio probatum, & in fin. lib. 3.* vbi, quod iſta eſt præſumptio, & non probatio. †Limita in poſſeſſione 20. vel 30. aut 40. annorum; quia

26

non sufficit probare extrema, nisi probetur continuatio medio tempore; quia non valet ista præsumptio, nisi in singulis 10. annis. Mathesil. *sing.* 116. *Notamirabilem doctrinam*, & declara, vt ibi in apost. magna; quia tuetur à reprobatione Alciati *in Regul.* 3. *de præsumpt. q.* 22. cum distinctione communiter approbata. Ægid. Bell.
27 *consil.* 44. *n.* 5. *ver. ad septimum.* †Declara; quia si agitur de pensione soluenda, licet singulis annis non probetur soluta; tamen sufficit possessio non continuata, Ægid. *d. consil.* 44. *n.* 5. *ver. ergo sto cum pri-*
28 *mis.* †Limita, quando ageretur non de possessione, sed de materia odiosa, & exorbitanti etiam in casu possessionis, ita tenuit Rota, vt *in dec. Cottæ* 155. *per tot.* vbi, quod in regula de annali requiritur probatio continuationis etiam in medio. Ægid. Bell. *consil.* 44. *n.* 5.
29 *ver. ad septimum.* †Limita in actibus momentaneis, & non successiuis, & pro quibus non præsumitur, veluti si forensis jam 10. annis probet fuisse in hac ciuitate, & hodie in ea existat, vtiq; non præsumitur medio tempore in ea fuisse, late Alciat. *in tract. de præsump.*
30 *reg.* 3. *præsumpt.* 22. *per totam, & in fin.* †Limita in possessione rerum mobilium, quia probatis extremis non probatur medium, & qui semel possedit, non præsumitur hodie possidere. Menoch. *de recu-*
31 *per. remed.* 13. *n.* 406. †Limita, quando medium esset inhabile, quia influit inhabilitatem in extremis, vt per Soc. Jun. *consil.* 15. *n.* 4. *lib.*
32 4. †Limita, quando ageretur de solennitate extrinseca probanda medio tempore; quia non præsumitur in præiudicium tertii. Fe-
33 lin. *in c. Sicut, n.* 27. vbi late per totum, *de re iudic.* †Declara, vt non probetur solemnitas in præiudicium tertii, videl. tempore narratiuæ; secus est, si præiudicium prætendatur ex post. Pute. *dec.* 175.
34 *lib.* 1. vbi ita declarat. †Limita; quia vbi vera probatio requiritur, non sufficit probatio extremorum; quia dicitur præsumpta, non
35 vera probatio. Jas. *d. consil.* 36. *in fin. lib.* 3. †Limita; quia regula procedit, q probatis extremis probatur medium, quando aliquid de
36 medio est probatum, alias non. Jas. *d. consil.* 46. *in fin. lib.* 3. †Declara tamen, vt plene Ang. Aret. *consil.* 19. *Videtur omnino, n.* 19. *& seq. ver. nec etiam obstat*, vbi, quod in possessione probatis extremis probatur medium præsumptiue, quando in illo medio non probatur possessio alterius; sed si probatur possessio alterius; quia extrema non possunt coniungi, & præsumptio cedit veritati; ideo qa duo non possunt in solidum eandem rem possidere; non probatur medium, quod intelligitur respectu eiusdem possessionis naturalis, sed respectu diuersæ possessionis, adhuc potestis, qui probauit possessionem naturalem de præterito, & præsenti, dicere, quod etiam medio tempore possedit ciuiliter, licet alius naturaliter medio tempore possederit. Vide Mascardum *concl.* 730. *Extremis probatis an emergat probatio medij*, vbi aliqua ex præmissis repetit, & authoritatibus confirmat, vide eum.

Melioramenta multiplicia, & quot species. Concl. 174.

1 MElioramenta, † & reparationes dicuntur, p quas domus, vel aliud ædificium, seu res construatur. Boer. *dec.* 44. *Præsuppo-*
2 *no, in pr.* †Et consistunt in, & sub verbo, reficere, restaurare, tegere, substruere, sarcire, ædificare, aduehere, adportare ea, q̃ ad eandem rem op⁹ essent. Boc. *d. dec.* 44 *n.* 2. & 3 *& seq.* vbi, q̃ prohibitus ædificare non prohibetur reficere, nisi reficiendum esset in totum
3 destructum. †Amplia; quia melioramenta proprie dicuntur, per q̃ res efficitur melior, dummodo rei ita sint affixa, q̃ efficiantur pars rei. Boer. *d. dec.* 46. *n.* 6. Menoch. *consil.* 64. *n.* 5. *& seq.* vbi, si non
4 sunt affixa, sunt potius instrumenta, q̃ melioramenta. †Et ideo expensæ, q̃ fiunt in plantando vites, seu repastinando, debent refici.
5 Castr. *consil.* 270. *Viso puncto, lib.* 2. †Restringe; quia ea, q̃ non sunt affixa, neq; incorporata, prout perticæ; postes, & similia, potius dici debent instrumenta rei, q̃ melioramenta. Boer. *d. dec* 44. *n.* 6.
6 Menoch. *d. consil.* 64. *n.* 5. *& seq.* †Amplia; quia necessaria melioramenta, vel necessariæ expensæ sunt, q̃ communiter fiunt in reficiendo, vel reparando rem, & ista debent refici, & illis datur retentio, à quocunq; fiant, siue bona, siue mala fide. Boer. *d. dec.* 44. *n.* 6.
* 7 *& seq. ver. quamobrem*, vbi dicit *communem. †Et dicuntur necessaria melioramenta, sine quib⁹ res peritura erat, *l. impensæ. ff. de ver.*
8 *significa.* & ibi Dd. †Extende; quia ét melioramenta, & expensæ in faciendo possunt esse necessaria, sed tñ regulare est, q̃ quæ sunt in faciendo, non dicũtur necessaria; quia quod fit de nouo, non est necessarium regulariter, licet possit ét esse necessarium. Boer. *d.*
9 *dec.* 44. *n.* 7. †Extende in expensis factis in soluendis debitis; quia
10 dicuntur necessariæ, & vtiles. Boer. *d. d. c.* 44. *n.* 9. †Vtilia dicuntur, q̃ fiunt ad meliorationem, prout sunt plantationes vinearum, olietorum, & arborum, ac fabricæ, ita Castr. *consil.* 247. *In causa, quæ vertitur Saonæ, & consil.* 337. *Quantum ad illa, lib.* 1. *& consil.* 270. *Viso puncto supradicto, lib.* 2. Alex. *in l. domos ff. de leg.* 1. Afflict. *dec.* 87. Neg. *de pignor. part.* 5. *memb.* 4. *n.* 185. *& seq. d. l. impensa, §. vtiles, iuncta gloss. ff. de ver. signif.* Bart. *in l. in fundo. ff. de rei vend.* Castr. *in l. si quis sciens. C. eod.*
11 †Declara procedere in plantationibus fructiferis, put oliuarum, vitium, & similium, *l. si vites propagauerit, iuncta gloss.* 1. *& l. impensæ. ff. de impens. in reb. dot. al.* secus in iis, q̃ pertinent ad culturam bonorum, prout in dissoscando, arando, & similibus, *l. diuortia. §. impendia. ff. solut. matr.* & quia, qñ eas non fecisset, poterat compelli, cum
12 ad hoc receperit fundum, *l. item si in fundo. in princ. ff. de vsufr.* & debebat suis sumptibus hoc facere, *l. suo sumptu. ff. de oper. lib.* †Exten-
13 de plantationes in tñ esse vtilia melioramenta, non necessaria, vt licet testes dicant necessaria, illis non credatur; quia erroneum est, & contra ius esset iudicare. Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de vsufruct.* Aret.
14 *consil.* 38. *ver. non obstat præmissis.* Bart. *in l. qui testamentum. §. fin. ff. de testam.* † Restringe in plantatione salicum; quia fere nulla est, vel
15 modica impensa, & idem de arbore populea, seu piopis, *d. l. in fundo. ff. de rei vend. post princ. ver. & si pius.* Castr. *d. consil.* 270. *Viso puncto, lib.* 2. Bart. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public.* †Et ista reficiun-
16 tur duobus concurrentibus, q̃ faciens fit bonæ fidei possessor, & quod euincens esset alias facturus, vel venditurus; si v. euincens non erat aliter facturus, & sit pauper, non reficiuntur, sed possessori licet auferre; si v. euincens est diues, reficit, licet non esset alias facturus, qñ faciens fuit bonæ fidei. Boe. *d. dec.* 44. *n.* 8. †Com-
17 pensantur tñ ista facta vtiliter, vel voluntarie sine necessitate cum fructibus perceptis, vt infra *Concl.* 178. †Restringe, nisi possessori
18 esset denunciatum, q̃ non faceret; quia tunc non potest dici bonæ fidei. Boer. *d. dec.* 44. *num.* 8. & allegat *dec. suam* 47. † Voluntaria
19 melioramenta, seu voluntariæ expensæ dicuntur impropriè vtiles; ideo in eis disponitur idem, quod de vtilibus. Boer. *d. dec.* 44.
20 *n.* 10. †Limita tñ, & vide Menoch. *consil.* 64. *n.* 17. quia aliquæ sunt impensæ causa colligendorum, alia causa conseruandorum fructuum; & ista non sunt melioramenta, sed solum ea, q̃ rei vtilitatem respiciunt. Vide infr. *Concl.* 178. *n.* 8. †Extende; quia expensæ,
21 & melioramenta reficienda ét ex pacto, quando vtilia sunt, non cõprehendunt expensas fouearum factarum gratia colligendorum fructuum, & sic ad vtilitatem temporalem. Bart. *in l. impensa, ff. de impens. in rebus dot. al. fact. & in l. prædia. §. penult. ff. de fund. instruct.*
22 Ruin. *consil.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. †Extende; quia expensæ, q̃ fiunt in dissodando, dissmacchiando, & distirpando, dicuntur potius respicere vberiorem culturam, & fructus, quam perpetuam vtilitatem agri. Castr. *consil.* 270. *Viso puncto, ver. tertio principaliter, lib.* 2. sequitur
Negus. *de pignor. in* 4. *memb. quinta partis, n.* 11. *ver. & adde huic concl.*
& est *communis opinio. † Contrarium, quod imo expensæ in
23 dissodando, & extirpando respiciant vtilitatem rei. Ruinus *consil.* 135. *n.* 14. *lib.* 3. †Melioramenta omnia aut sunt naturalia, aut industrialia, aut ciuilia. Joseph. de Ludouic. *decis. Perus.* 24. *per totam.*
Vide infra, *Melioramenta non reficiuntur multis casibus. Concl.* 180.

Melioramenta, & ædificia cedunt solo, & quando secus. Concl. 175.

MElioramenta, † & ædificia regulariter cedunt solo, siue sint facta in re propria, siue in re aliena, q̃ putabat suam, nec iure dominii, neq; possessionis spectant ad facientem, sed statim acquiruntur ei, cuius res est, in qua sunt facta, *l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquæren. rer. domin. §. ex diuerso, inst. de rer. diuis. l. si in area*, cum ibi notat. maxime per Jas. *ff. de cond. indeb.* Vide, *Ædificatum cedit solo. Concl.* 33. †Extende in tantum, quod neq; res ipsa, in qua sunt facta melioramenta, est hypothecata melioramenta facienti, licet detur retentio pro eis. *d. l. si in area*, Bart. & alii *in l. in rebus. §. possunt ff. commod.* Bald. *in l. domum. C. de rei vendic.* Castr. *in consil.* 17. *col. pen. lib.* 1. & secundum nouam impressionem est 247. *lib.* 1. Negus. *de pignor. in* 5. *part. in* 4. *membr. n.* 18. †Amplia; quia melioramenta emphyteutica, seu in emphyteusi facta eodem iure, quo emphyteusis, censeri debent. Bero. *q. famil.* 96. late Gabr. *consil.* 168. *q.* 6. *n.* 38. & *seq.* vbi, quod obligantur pro canone, deuoluuntur, non possunt alienari, pro eis soluitur laudemium, sicut pro re emphyteutica, & idem dicit Ant. de Butr. *consil.* 23. *n.* 6. *ver. nec obstat*, & maxime *in fin. ver. habita autem.* Alex. *consil.* 44. *Visa facti, num.* 6. *ver. demum si dictum augmentum, lib.* 3. †Extende; quia finita emphyteusi, melioramenta in ea facta reuertuntur ad dominum. Alex. *d. consil.* 44. *n.* 5. vbi dicit hoc esse regulare, & ibi apo. *in v. melioramenta, lib.* 3. †Limita, qñ ex pacto, vel consuetudine aliud esset inductum, ideo emphyteuta ædificans super solo emphyteutico habebit ædificium proprium, & liberum, si ita est conuentum, vel qñ apparet ex solutionibus, quod fuerunt factæ pro fundo solo, super quo soluens habebat ædificium. Bald. *consil.* 70. *Super solo, lib.* 4. †Limita; quia solum cedit ædificio, & melioramentis, qñ in eo fuit ædificata Ecclesia, vel res, q̃ ad vsum prophanum non potest reduci. Calder.

consil.

*consil.*421. alias 5. *de relig. domibus*, vbi, quod Episcopus potest vendicare Ecclesiam constructam per laicos sine sui licentia, maxime si in ea fuit Missa celebrata, vbi, quod solum censetur donatum
7 Ecclesiæ. † Extende; quia imo si fiat ædificium in solo alterius ex pecunia Ecclesiæ fauore Ecclesiæ, solum trahitur ab ædificio, Bapusta à S. Blasio *in tract. de differ. iuris ciuilis, & Canonici in* 36. *differ.* 1. *num.* tract. *fol.* 156. Vide, *Ædificatum cedit solo. Concl.* 33.

Meliorамenta qualiter reficienda, & quod tempus attendatur. Concl. 176.

1 SVNT † meliorамenta reficienda in eo, quod minus est; ideo si sunt impensa centum, & valeant 150. reficiuntur 100. impensa, si vero sunt impensa 150. & valent 100. reficitur valor *l. in fundo. ff. de rei vend.* vbi glos. *in ver. plusquam*, tenent ibi Odofred. Bart. *n.* 1. *v. secundo appo.* vbi reddit rationem, q duo requiruntur, quod tantum expensum, quantum melioratum sit. Alber. *num.* 5. Fulg. *n.* 3. Card. Alban. ad Bart. *n.* 3. Jacob. de Arena in *l. domos. ff. de leg.* 1. vbi Bald. & Jas. *n.* 4. Castr. *consil.* 270. *Viso puncto supr. adicto, col.* 3. *v. item, quod dixi, lib.* 2. quia non sufficit tm expensum, nisi tantum quoq; * sit melioratum, communem* dicit Ioseph. Ludouic. *dec.* 24. *nu.* 7.
Marzar. *in epit. fideicomm. q.* 65. *& in consil.* 11. *col.* 4. *num.* 9. *ver. meliorамenta autem.* Bursat. *consil.* 71. *n.* 22. *& 23. lib.* 1. vbi de *communi, & *consil.* 151. *num.* 140. Curt. Iun. *consil.* 144. *in fin.* Bertr. *consil.* 21. *n.* 15. Bos. *tit. de princ. n.* 31. Alc. *consil.* 156. *in fin.* & nouiss. Rim. Iun. *consil.* 411. *n.* 38. *& seq. lib.* 4. & hoc, siue simus in domino, siue in colono, vt ibi late tenet, reprobatis Ruin. & aliis contrariis, allegat Sylu. *consil.* 49. *n.* 75. Capic. *dec.* 93. *n.* 9. Natt. *consi.* 256. *n.* 4. Boer. *dec.* 44. *n.* 12. Cagno. *in l.* 2. *n.* 125. *C. de pact. inter empt. & vend.* Ioseph. de Ludo. *dec. Perus.* 58. *in fin.* plene Gabr. *consil.* 168. *in* 8. *q. n.* 111. *lib.* 1. Tiraq. *de retr. conuent.* §. 7. *gl.* 1. *n.* 8. *v. quinto declara.* & Castr. sequitur simpliciter Curt. Iun. *consil.* 144. *in fin.* plenis. omnium Petr. Ant. a Petr. * *de fideicom. q.* 15. *a nu.* 261. *vsq; ad n.* 274. vbi de *communi, & magis
2 communi. † Extende, siue sit simplex colonus, vel bonæ fidei possessor, siue dominus ad tempus, vel colonus ad longum tempus.
Castr. *d. consil.* 270. *Viso puncto, circa fi. lib.* 2. q. est Castr. Prosdocimi,
3 & Ang. de Perigliis, sequitur Marzar. *consil.* 11. *n.* 9. † Et q ista duo copulatiue debeant capitulari, & pbari, q tm sit impensum, & tm melioratum, dicit Abb. *in c.* 1. *de rest. in integ. n.* 4. *& in c. q. ghusdam, n.* 9. *de fideiuss. & in c. ad nostram, in* 3. *not. de reb. Eccl. non alien.* Fel. *in c. cum causam, impen. col. ver. sumptus de re iud.* Negus. *de pign. in* 4. *memb.* 5. *par. princ. concl.* 4. Affl. *dec.* 93, *In causa, col.* 3. & ante istos clare Bart. *in l. in
4 fundo, n.* 2. *& 3. ff. de rei vend.* & ibi alii. † Imo, q tria debeant considerari, & pbari, vt sit locus petitioni melioramentorum: Primum, quod tm sit expensum: Secundum, quod tm melioratum, vt sup. tertium, q tempore restitutionis adsint in tanta quantitate. Bart.
* Bal. Castr. Alex. & *omnes *in l. domus*, p illum tex. ibi, *extantibus. ff. de
5 leg.* 1. † Vide omnino Negus. *de pignor. in* 4. *memb.* 5. *part. n.* 11. vbi dat
6 cautelam articulandi, & probandi melioramenta. † Vide etiam Florian. de S. Petro, qui dicit eum, qui per viam excipiendi, puta retinendo bona, debere non solum probare, & proponere exceptionem, sed imo non audiri, nisi doceat, quod ipse, vel authores
7 sui fecerint melioramenta. Flor. *consil.* 1. *in princ.* † Declara plene, vt per tex. *Instit. de rer. diuis.* §. *seq.* quia qui in solo suo ex alieno ædificat; quia ædificatum cedit solo, non vindicat, sed duplum consequitur actione de tigno iniuncto, ne ædificia destruantur; sed si ædificatum corruat ante satisfactionem, potest materiam vendicare, §. *cum in suo*, si v. q. s in alieno ædificat ex sua materia, si sciens, perdit ædificatum, in tantum, q etiam dirupto ædificio non potest vendicari materia. §. *ex contrario*, si ignorans, & bona fide possidens, p exceptionem repetit pretium materiæ, & mercedes fabrorum, §. *certe illud constat*, vbi gl. *in v. bonæ fidei*, dat mixtum casum, q in principio erat bonæ fidei, postea dum fabricat, efficitur malæ fidei, vt media via eligatur, quia potest abradere, nisi sibi soluatur æstimatio ruderum, in meliorationibus plantarum idem; q alienam plantam in suo ponit, post q radices fecit, efficitur domini soli, vt vendicare non possit, nisi ante emissas radices, q & ipse post q coaluerint, solo cedunt; sed si bona fide quis in solo alieno plantauit, eodem iure, quo circa ædificatum, expensum cõsequitur p exceptionem, vt §. *si Titius, &* §. *quæ ratione*, sed plenius ẽt gl. *in d.* §. *certe, in v. ædificauerit, Instit. eod.* q ponit magis magistraliter, videl. fabricando bona fide, & datur exceptio, secundum alios actio, vel officium iudicis; si mala fide, nihil repetit, nisi certis casibus, si reficiendo, & quidem bonæ fidei necessarias, & vtiles p exceptionem doli repetit, voluptuarias p abrasionem, nisi dominus velit tm dare, quantum valerent abrasæ; si malæ fidei, necessarias p officium iudicis, si possidet, vtiles p abrasionem, vt supr. nisi dominus voluptuarias nullo modo in petitione hæreditatis bonæ fidei possessor omnes consequitur, malæ fidei possessor necessarias, & vtiles p officium iudicis, vel exceptionem re existenti meliorata, voluptuarias abradat, vt sup. & hanc gl. seq. tur Ang. *in l. in fundo. ff. de rei vend. in pr.* & rationem diuersitatis in hæreditatis petitione ponit Ful. *d. l. in fundo, n.* 6. *&* 7. *ff. de rei v. nd* † Ex- 8
tende, vt ,,pcedat ẽt in eo, q emit, & est dominus. Tiraq. *de retr. conuent.* §. 7. *gl.* 1. *n.* 8. *in* 5. *declarat.* † Extende; q a plantatio salicum, ar- 9
borum, & oppiorum debet satisfieri colono, ,,put valet arbor, & salix, q plantatur, nec habetur ratio, q zappauerit, & custodiuerit, quia ad hoc tenetur; & idem dicitur de vitibus Flor. de S. Pet. *consil.* 1. *n.* 8. *& seq. ver. alia est impensa.* † Extende idem in eo, q tene- 10
tur rem restituere. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 507. † Extende, ẽt 11
si adsit pactum inter contrahentes, q in fine locationis ad longũ tempus, vel tempore restitutionis essent restituenda meliorамẽta iuxta æstimationem de eis faciendam p duos cões amicos; q a non ,,ppterea attenditur temp⁹ restitutionis ex conuentione, sed adhuc, q minus est; quia tenentur iudicare secundum arbitrium boni viri, & ,,put de iure, & ita Pet. Ant. à Petra *de fideic. q.* 15. *n.* 265. *& seq.* vbi late declarat. † Contrarium, q imo meliorамenta sint 12
soluenda iuxta æstimationem restitutionis tempore, non autem secundum tempus impensæ factæ, Dd. *in l. domos. ff. de leg.* 1. Ioseph. Ludou. *dec. Perus.* 24. *n.* 25. vbi dicit *cõmunem, ,,put hanc partem * tenet Ruin. *consil.* 135. *n.* 13. *v. hanc tamen impensam, lib.* 3. plene Ruin. *consil.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 117. *lib.* 3. q dicit refici, q̃n est melioratũ. Anguisso. *consil.* 13. *n.* 5. *lib.* 2. Rol. à Vall. *consil.* 28. *n.* 14. *& consil.* 30. *n.* 6. *lib.* 1. Natt. *consil.* 256. *n.* 4. Affl. *dec.* 270. *n.* 4. vbi Vrsil. q alios citat. Boer. *dec.* 44. *n.* 12. Negus. *de pign. in* 5. *memb.* 5. *part. n.* 191. Ruin. *consil.* 38. *Quoniam in plurib. col. fin. lib.* 1. Corn. *consil.* 158. *col. fin. v. circa quartum, lib.* 3. Paris. *consil.* 55. *n.* 22. *cum seq. lib.* 3. Castr. *d. consil.* 270. *in fi. in subscriptione Ang. de Perusio Iunioris, lib.* 2. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 557. vbi constituit p regula, & dicit *cõmunem. Ceph. *cons.* 311. *n.* * 93. Surd. *consil.* 324. *n.* 17. † Et q in meliorамentis ædificiorum at- 13
tendatur tempus restitutionis. Menoch. *d. tr. de recup. remed.* 15. *nu.* 558. vbi dicit esse regulam *in d. l. domos. ff. de leg.* 1. & esse *communem. * Maluat. *consi.* 66. *num.* 19. dicit *communem in emphyteuta, * communem* dicit Rot. *diuers. part.* 2. *dec.* 186. & additio *ad dec. Lu- * cen. Magonj* 35. vbi de *communi, & hanc sequuntur Carocius *tra. * locat. t. de melioram. q.* 2. *n.* 22. Cornaz. *dec. Lucen.* 101. *in fin.* Graff. *tr. de meliora. c. fin. n.* 3. Valas. *de iur. emphy. q.* 25. *n.* 28. *v. cæterum*, & in quocunq; habente dominium. Borgni. *dec.* 44. *n.* 63. Ruin. *consil.* 38. *nu.* 25. *lib.* 1. *& consil.* 165. *n.* 6. *lib.* 4. Gail. *practicar. obseruat. lib.* 2. *obser.* 121. *n.* 12. vbi de *communi. † Extende in meliorамentis ædificiorum, * 14
vt procedat, q attendatur tempus restitutionis, siue valor sit diminutus tempore restitutionis, siue sit auctus, & factus maior; q a tunc debet attendi. Rol. à Vall. *consil.* 28. *n.* 14. *lib.* 1. vbi plurimos citat ad hoc † Declarant tm multi; quia q minus est, secundum *l.* 15
in fundo. ff. de rei vend. attenditur in possessore bonæ fidei; sed q in domino grauato restituere, vel habente dominium habeat locũ *l. domos. ff. de leg.* 1. vt attendatur tempus restitutionis. Rol. Vall. *d. consil.* 28. *n.* 18. *lib.* 1. *ver. non obstat, q.* Rota *diuers. part.* 2. *dec.* 186. *n.* 2. *& seq.* Tessaur. *dec.* 251. *n.* 7. *ver. q dam.* Valas. *d. tr. de iur. emph. q.* 25. *ver. hoc tamen.* Ruin. plene *consil.* 14. *n.* 3. *ver. & hoc est verum, lib.* 1. *& consil.* 38. *in fin. eod. lib.* 1. *& consil.* 135. *n.* 13. *lib.* 3. *& consi.* 117. *col.* 2 *eod. lib.* 3. † Imo 16
q̃n ædificia sunt facta à domino rei grauato restituere, q si erant necessaria, licet ,,ppter bellum, vel casum fortuitum sint deuastata, debeant refici expensę. Rol. à Vall. *d consil.* 28. *n.* 18. *ver. quo vero, lib.* 1. † Contrarium, q siue sit possessor bonæ fidei, siue dominus, 17
semp, q minus est. Gabr. *d. consi.* 168. *q.* 8. *n.* 111. *lib.* 1. cum aliis conc. supr. & ista est communis, & magis ⁹communis opinio, ,,put tue- *
tur p plura Petr. Ant. à Petra *de fideic. q.* 15. *n.* 271. *& seq.* vbi ,,p vtraq; parte, & hanc tuetur, & tollit omnia contraria, maxime *in ver. contrarium, & n.* 272. dicit *communem, *& n.* 273. dicit magis *com- * *
munem. Castr. *d. consil.* 270. *in fin. lib.* 2. Marzar. *consil.* 11. *n.* 9. *& seq.* plenis. Rim. Iun. *consil.* 411. *n.* 71. *ver. nec differentia*, vbi reprobat tenentes contrariã, & dat plures conc. respondet q; motiuis Ruin. & Rol. à Vall. † In expensis v. plantationum debetur expensum, si 18
sint vtiles, alias secus, ,,put in salicibus, oppiis, & aliis, licet hoc vltimũ sit dubiũ. Rol. *d. consil.* 28. *n.* 26. *& seq. v. de expensis, lib.* 1. † Con- 19
trariũ, q debeant refici expensæ plantationũ non modicæ, videl. q̃ durant finito iure facientis. Ruin. *d. consil.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. † Declara, 20
vt p Menoch. *de recup. poss. rem.* 15. *n.* 557. *& seq.* vbi *n.* 565. *v. quare ipse sic declararem*, vt in domino directo, vel vtili, vel reuocabiliter attendatur temp⁹ impensæ mediũ, & restitutionis in possessore, vel deducat oẽs expensas, prout factæ sunt, quasi mandato alteri⁹ expenderit, sed certe contradicit sibi in iis, q̃ dixit *n.* 577. esse regulam, q in melioramẽtis spectatur tempus restitutionis secundum

**communem, & infinitos, quos citat, quod procedit circa ædifi-
21 cia. † Contra declarationem facit; quia grauatus fideicommisso sub conditione deducit melioramenta, vel retinet bona, donec ipsi reficiantur, dummodo probetur tm̃ fuisse impensum, & tm̃ esse melioratum, *l. in fundo*, vbi gl. & Dd. *ff. de rei vend.* Abb. *in c. 1. de restit. in integr.* Negus. *de pign. in 5. par. in 4. memb. n. 185. in fin.* & dicunt, q̃ debent refici, secundum q̃ valent tempore restitutionis bonorum, non quantum valebant tempore, quo facta fuerunt secundum Dd. *in d. l. domos. ff. de leg. 1.* Negus. vbi supra, & tm̃ hæres grauatus est dominus pendente conditione. † Declara alio modo, &
22 forte melius secundum Menoch. *consil. 454. n. 3. & seq.* q̃a si sumus in bonæ fidei possessore, q̃ non est dominus rei melioratæ, attendatur tempus restitutionis rei melioratæ, vt tunc fiat æstimatio ad detrimentum grauati restituere, vt q̃ minus sit, solui sibi debeat, videl. vel impensum, vel melioratum, & ita procedunt, q̃ dicit Marzar. *consil. 11. n. 6. & in epit. fideicom. q. 65.* cum aliis, quos allegat; si v. sumus in eo, qui erat dominus rei m[illegible]oratæ, quam tenetur sub conditione restituere, attendatur quidem æstimatio tempore restitutionis, sed non in ejus odium, vt si p.ª sit melioratum tempore restitutionis, q̃ impensum, solui debeat æstimatio omnino, licet sit maior, vbi allegat Cuman. *cons. 56. in fin.* Ruin. *consil. 14. n. 3. & consil. 38. n. 25. lib. 1.* Boer. *dec. 44. n. 12. & 13.* Crau. *consil. 792. n. 12.* cum aliis multis, quos allegat, *& nu. 16.* ita etiam distinguere Tiraq. *de retract. conuentio. §. 7. gloß. 1. n. 8.* & hanc distinctionem sequi
23 Rol. à Vall. *consil. 8. n. 18. lib. 1.* † Declara meliùs; quia semper, quod minus est; ideo in plantis, & arboribus attenditur valor tempore plantationis, q̃a sic minus est in ædificiis, q̃ semper decrescunt, & debent adesse tempore restitutionis nec possit maior fieri æstimatio, q̃ tempore restitutionis, ita Flor. de S. Petr. *consi. 1. n. 8. iuncto n. 12. ver. sed si de tali*, ita Castr. *consil. 270. Viso puncto. col. 2. in fin. ver. de expensa, v/q̃ in fin. lib. 2.* q̃ est Castr. Prosdocimi, & Angeli de Perigliis Iunioris, sequitur plenius Marzar. *d. consi. 11. n. 9.* vbi, q̃ in ædificiis tempus restitutionis; quia minus valent; in plantis tempus meliorationis, quia minor, & procedit in omnibus, & habentib.
24 dominium resolubile. † Contrarium Ruin. q̃ melioramenta ei, q̃ erat dominus, sint reficienda tempore restitutionis, siue sint minuta, siue ẽt aucta, *in consi. 165. n. 4. lib. 4.* vbi audet dicere, q̃ omnes
* 25 *Moderni ita tenent. † Declara; q̃a maxime ad fauorem Ecclesiæ illa æstimatio est attendenda, & illa opinio, q̃ magis fauet Eccle-
26 siæ. Flor. *d. consil. 1. n. 12. & n. 14.* † Declarat Hier. Gabr. *d. consil. 169. in 8. q. n. 111. & seq. lib. 1.* q̃ æst matio melioramentorum fit habito respectu ad totum ædificium, & totum corpus, non ad partẽ melioratam, vt compensentur ẽt peioramenta, & siue sit possessor bonæ fidei rei alienæ, siue rei ꝓpriæ ad tempus, vel restituendæ; semper q̃ minus est, & ponit multa exempla, *& n. 112. & seq.* dat exemplum, ædificium valebat mille, si melioramenta sunt 500. & hodie per se valent 500. sed habito respectu ad totum ædificium non valent, nisi mille cum melioramentis, nihil debetur; quia at-
27 tendi debent attritiones, & peioramenta. † Declara 4. casus, vt Castr. *in d. l. domos. ff. de leg. 1.* quem refert, & sequitur Boer. *d. dec. 44. n.*
28 13. Vide Menoch. *consil. 64. n. 17.* † Primus est, si fiunt expensæ gratia fructuum colligendorũ, & illæ compensantur cum fructibus. Castr. *d. l. domos. ff. de l. g. 1.* Boer. *d. dec. 44. n. 13.* Meno. *d. consi. 64. n. 17.*
29 † Secundus, si fiunt ad vtilitatem rei non causa culturæ, & sic non sunt duraturæ maiori tempore, q̃ faciens sit peccpturus fructus, &
30 pariter compensantur cum fructibus. † Aut sunt duraturæ vltra, & fit æstimatio, & refectio duntaxat pro illa rata, q̃ supereſt, puta palificauit vineam, pali sunt duraturi per 5. annos; peepti fructus p tres, debet refici expensa ꝓ duabus quintis, & sic duobus annis
31 restantibus. † Quartus casus; quia si expensæ sunt ppetuo duratu-
32 ræ, fit æstimatio secundum tempus restitutionis. † Amplia; quia ẽt si pericrint, reficiuntur, q̃n sine culpa illius, qui fecit. Tiraq. *de retract. conuentio. §. 7. gloß. 1. n. 10. declar. 6.* Menoch. *de recuper. poss. 15. remed. n. 511. & seq.* Ioseph. de Lud. *dec. Perus. 58. n. 11.* qui loquitur in
33 plantis. † Tempus æstimationis melioramentorum est, q̃n res est restituenda, ne dominus soluat melioramenta ad commodum possidentis facta. Menoch. *d. consil. 64. n. 18.* & ponit pro regula in *15. remed. recuper. n. 557. cum seqq.* vbi ponit regulam cum suis declarationibus, ad quem recurras. † Amplia; quia q̃n agitur de æstimatione melioramentorum, æstimatio fit secundum valorem rudera, non secundum impensum, vel æstimationem. Bero. *q. 96.*
34 * *vbi dicit magis *communem, & magis *communem dicit Ioseph. Lud. *dec. Perus. 24. n. 15.* Rol. à Vall. *consil. 28. n. 30. lib. 1.* qui videtur
35 reprobare Clarum. † Contrarium seruari de consuetudine dicit Iul. Clar. *in §. feudum. q. 88.* vbi, q̃ credit Beroum decipi, & apò. ad eund. author. *in §. emphyteusis, q. 45.* vbi allegat alios, ꝓ hac parte.
36 † Declara; q̃a si agitur de melioramentis vtilibus, & necessariis, prout quia fabricatæ sunt domus, & ædificia ꝓ colonis, qui aliter non poterant comode bona laborare, & debent refici, ꝓut valent tempore restitutionis; & idem in voluntariis factis ex ordine domini: si v. sunt voluntaria, non ex ordine domini; tunc dominus habet electionem, aut soluendi expensas, aut permittendi, quod asportentur, & ita in vasallo, vel in emphyteuta, & q̃n elegit dominus, vt auferat, non posset postea eligere dominus velle soluere rudera inuito vasallo; secus in bonæ fidei possessore, qui nullam habet causam à domino. Castr. plene *consil. 270. Viso puncto, n. 4. ver. quantum autem, lib. 2.* q̃ est Paul. de Cast. Prosdocimi de Comitib.ª & Ang. de Perus. junioris, & huc consonat gl. *instit. de rer. diuis. in §. certe, in ve. edificauerit.* † Declarat Ruin. q̃a in ædificiis Vrbis nunq̃ 37 fit demolitio, vt ædificans auferat rudera: in ædificiis v. in rure, vel extra ciuitatem, bene auferri possunt. Ruin. *consil. 24. n. 10. lib. 1.* & repetit *consil. 165. n. 5. lib. 4.* † In plantis, q̃n radices immiserunt, 38 nunq̃ euelli possunt, secus ante. Cast. *d. cons. 270. col. pen. in pr. lib. 2.* † Melioramenta qualiter, & in quibus iudicijs repetantur, seu re- 39 tentionem dent, vel actionem, & q̃n non, vide plenius. Menoch. *de recup. remed. 15. q. 39. n. 495. & multis seq. q. v/q̃ ad n. 566.* vbi cumulat omnes casus, & plene distinguit, & plenius discurrit Pet. Ant. à Petr. *in suo tract. de fideicom. qu. 15.* vbi ponit plures species melioramentorum, quæ necessaria sint, quæ non; *n. 214. & multu seqq.*

Melioramenta facta per colonum qualiter reficienda, & ad quæ teneatur. Concl. 177.

COLONVS † non tenetur ad melioramenta, neq; ad expensas p- 1 petuæ refectionis, & vtilitatis; quatenus tm̃ eas faciat, habet retentionem rei, donec reficiantur, *l. colonus. ff. de vi, & vi armat. l. colonus.* vbi Bart. *ff. loca. l. dominus horreorum. ff. eod.* Iaſ. *in l. 2. n. 28. C. de iur. emphyt.* † Amplia, q̃a si restituit rem, non habitis melioramen- 2 tis, potest illa consequi actione negotiorum gestorum; q̃a habuit animum sibi obligandi dominum, *l. colon. in pr. & l. dominus horreorum. §. 1.* vbi gl. & Bart. *ff. eod.* † Amplia; q̃a conductor, & simplex; inquilinus domus, siue emptor ad vitam bona fide possidens si expendit in melioramentis ẽt vltra sum̃am conuentam, potest tam ipse, q̃ hæres illius repetere à domino, *d. l. dominus horreorum. §. 1.* vbi gl. & Dd. *ff. locat. l. q̃ dicitur necessarias. §. hæres. ff. de impens. in reb. dot. fact.* Corn. *cons. 86. lib. 4.* Aret. *in §. certe, Inst. de rer. diuis.* † Decla- 4 ra tm̃; q̃a melioramenta non necessaria, sed voluntaria, q̃ possunt asportari, & radi, non reficiuntur vltra sum̃am conuentam. Men. *de recup. remed. 15. n. 530.* † Extende in colono, conductore, inquil- 5 no, & similibus, q̃ causam habent à Domino; q̃a retinent bona, donec sibi melioramenta reficiantur. Iaſ. *in l. 2. n. 28. C. de iur. emph.* & est tex. & ibi Bart. *in l. colonus. ff. locat.* † Amplia in tm̃, q̃ meliora- 6 menta ẽt vtilia tm̃ non compensantur cum fructibus, ex quo habent ius in re, & de consensu domini faciunt illos suos. Bald. *in l. emptor. ff. de rei vend.* Felin. *in c. cum causam. n. 29. de re iud.* † Limita, vt 7 q̃ dicitur, colonum posse retinere rem, ꝓ expensis vtiliter factis, & melioramentis, ꝓcedere, nisi sint nimis onerosæ, & excessiuæ, q̃ committi debet arbitrio boni viri inspecta qualitate rei, & personarum. Bald. *consil. 166. Columbinus dedit. n. 4. ver. ex præmissis apparet, lib. 1.* & ratio est; q̃a non possunt dici vtilia melioramenta, q̃ faciunt rem haberi ꝓ derelicta. Bald. *consil. 303. n. 2. v. ista enim impensa, lib. 1.* Tiraq. *in tr. de retr. conuentio. gl. 1. §. 7. n. 5. in 2. declarat.* † Li- 8 mita; q̃a colonus tenetur ad melioramenta facta causa colligendorum, & conseruandorum fructuum. Menoch. *consil. 64. Propositam consultationem, n. 17. & seq. lib. 1.* † Exemplum ponit Floria. de S. 9 Petr. prout in diſboscando veteres arbores inutiles, & alia nemorosa, vt terra ad culturam redigatur, *in consil. 1. n. 3. & seq.* vbi, quod sunt præparatoria ad culturam, & non reficiuntur, prout foliata, & alio non docto tenetur suo sumptu; quia est gratia colligendorum fructuum, eo magis, quando tenetur meliorare, & quando percipitur ẽt commodum ex lignis euulsis. † Limita; quia colo- 10 nus, licet habeat hypothecam, dum retinet, & actionem negotiorum gestorum contra dominum, vel eius hæredes pro melioramentis; non tamen procedit contra tertium possessorem, qui emit à domino, quando eidem est tradita possessio; ideo contra eum non agit meliorans, sed contra primum dominum. Vide infra, *Melioramenta, Concl. 181. ver. sed si.*

Melioramenta compensantur cum fructibus, & quando secus. Conc. 178.

MElioramenta, † seu expensæ factæ gratia quærendorum fru- 1 ctuum deducuntur tam per bonæ fidei, quam p malæ fidei possessorem; sed tm̃ compensat illas in fructibus perceptis. Boer. *dec. 44. n. 11. ver. de expensis vero l. sumptus. ff. de rei vend.* Alex. *consi. 154. Consideratis, lib. 6. & consi. 162. Visis narratis, lib. 7.* Alex. *consi. 104. Quoniam, n. 2. v. & circa secundum, lib. 6.* † Extende, q̃a expensæ diſbosca- 2

tionis;

tionis; item in arando, seminando non restituuntur; quia fiunt gratia culturæ, & quærendorum fructuum; ideo perceptio fructuum compensat. Castr. *d. cons.* 270. *Viso puncto, col.* 2. *ver. tertio principaliter videndum, lib.* 2. Vide supr. *Melioramenta. Concl.* 174. *num.* 18.

3 †Amplia, quia compensantur melioramenta cum peioramentis,
4 *l. in fundem. §. fin. ff. de iur. fisci.* Alb. Brun. *in tr. de augm. q.* 22. *pr.* †Amplia, quia si p possessorem bonorum fuerunt ꝓbata melioramenta ascendere ad certam quantitatem, & è conuerso actor ꝓbauerit factas esse in eisdem bonis deteriorationes, conueniens est, & iuridicum fieri debere compensationem, *l. si negocia. §. fi. ff. de neg. gest.*
5 †Amplia in tenutario; quia deductis suis fructibus quinque pro centenario compensat in fructibus, qui supersunt, melioramenta facta pro conseruatione rei, & sic necessaria, *l. fundus. qui in fin. pri-*
6 *mi resp.* vbi Flor. *ff. famil. hercis.* Boer. *dec.* 44. †Amplia; quia melioramenta compensantur cum fructibus, & si possessor sit condemnatus ad fructus. Alex. *consil.* 154. *Consideratis, lib.* 6. *& cons.* 162.
7 *lib.* 7. incip. *Visis narratis.* †Amplia, vt ꝓcedat etiam in eo, qui emit rem suppositam fideicomisso, quia si fecit in ea melioramenta, tenetur compensare fructus perceptos respectu fideicommissarij euincentis. Boer. *d. dec.* 44. *n.* 10. vbi est casus decisionis, licet p totam late discutiat, *l. mulier. §. cum proponeretur,* & ibi glos. & Dd. *ff.*
8 *ad Trebell. l. quod de bonis. §. quod autus,* vbi Cast. & Alex. *ff. ad. L. Falcid. l. cum pater. §. Titio. ff. de leg.* 2. †Extende; quia hæc compensatio per modum replicationis fieri potest post sententiã, si petuntur meliorameta; quia potest replicari, percepisti fructus, qui debent
9 compensari cum melioramentis. Alex. *consil.* 154. *lib.* 6. †Amplia; qa conductor Ecclesiæ si finita locatione retinet bona, debet condemnari ad omnes fructus perceptos, sed tamen si fecit meliorameta vtilia, & necessaria reficienda, debet fieri compensatio. Fl.
10 de S. Petr. *consil.* 1. *n.* 12. *in fin. ver. aliud dubium, cum seq.* †Limita, quia licet melioramenta compensentur cum fructibus, intelligitur de fructibus rei, non autem de fructibus melioramentorum; qa illi sunt facientis melioramenta. Castr. *consil.* 270. *Viso puncto, n.* 3. *in fin. lib.* 2. & Negus. *de pignor. in* 4. *memb.* 5. *par. n.* 20. *l. fin. §. fin. ff. de fund. in-*
11 *frud.* †Extende; quia si res esset infructuosa in totum, & reddita fructuosa ex melioramentis; tunc non compensat fructus cum melioramentis factis, quando fuit dominus bonæ fidei, & si post-
12 ea annulletur contractus. Afflict. *d. dec.* 87. *in fin. n.* 7. †Extende; qa licet malæ fidei possessor teneatur ad fructus ꝓceptos, & qui ꝓcipi potuerunt, intelligitur de fructibus rei, non de fructibus melioramentorum factorum ab ipso malæ fidei possessore, tex. glos. &
13 Ang. *in l. cæterum. ff. de rei vendic.* Capic. *dec.* 93. *n.* 10. †Extende; quia imo is, qui est dominus fructuum, prout pater in re filii, & legatarius sub conditione, nunquam compensat fructus cum meliorametis, late Cæsar Vrsill. *d. dec. Afflict.* 87. vbi, quod imo is, qui fecit melioramenta excessiua, potest offerre primam æstimationem
14 rei. †Extende; quia fructus melioramentorum semper cedunt commodo meliorantis. Afflict. *d. dec.* 87. *col.* 2. Negus. *de pignor. in* 5. *part. princ. in* 4. *memb. n.* 194. late Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuoc. don.* n. 387. Corn. *consil.* 86. *lib.* 4. & non solum fructus vtilium, sed multo magis necessariorum ꝓ manutentione rei; qa sunt reficienda
15 etiam possessori malæ fidei, *l. impensæ. ff. de ver. signif.* † Declara, vt plene per Tiraq. *de retract. conuent. §.* 7. *glos. 1. n.* 4. *ver. tu autem,* vbi ponit 12 declarationes, quas refert Vrsil. *ad d. dec. Afflict.* 87. vbi pleniſſime. † Limita; quia melioramenta non compensantur cum
16 fructibus perceptis a fideicommissario grauato restituere post mortem, vel sub alia conditione, quando non est in mora; quia quod dicitur teneri compensare, est, quando ꝓcepit fructus bona fide ex re aliena, & melioramenta fecit in re aliena; quia sicuti ex æquitate lucratur fructus, ita ex æquitate compensat cum meliorametis in re aliena factis. *l. sumptus, & l. emptor. ff. de rei vendic.* Socus, quando in re sua fecit, prout fideicommissarius. Negus. *de pignor. in* 5. *part. in* 4. *memb. n.* 12. *ver. & istud procedit.* Rol. à Vall. *consil.* 18. *n.* 17. *lib.* 1. glos. *in l. emptor. §. superfluum, in fin. ff. de rei vendic.* vbi Angel. & alij, quam singularem dicunt Dd. *in l. domos. ff. de leg.* 1. allegant Baldum, Ange. Imol. & Alex. *in l. in insulam.* § 1. *ff. solut. matrim.* Ruin. *consil.* 38. *in fin. lib.* 1. Socin. Jun. *consil.* 182. *Anno præterito,*
17 *n.* 21. & *seq. lib.* 2. Alexand. *consil.* 123. *Discussis, in fin. ver. quo autem, ad ultimum, lib.* 1. †Extende, vt idem sit in eo, qui bona fide emit à domino bona; quæ tamen erant obligata sorori vendentis pro eius dote competenti; quia habet retentionem pro melioramentis. Negus. *de pignor. in* 5. *memb.* 5. *par. n.* 185. & non compensat cum fru-
18 ctibus perceptis, vt per Alex. *consil.* 54. *seu* 154. *lib.* 6. *& consil.* 162. *lib.* 7. Felin. *in c. cum causa. de restudic.* Negus. vbi supra *nu.* 187. †Extende; quia non compensantur melioramenta cum fructibus perceptis titulo, & bona fide, & ex iustis creditis. Negus. *de pignor. in*
MENS † colligitur ex verbis; ideo verba inducunt mentē; quia talis mens præsumitur qualē verba demonstrant. Vide, *Verba ad quid inuenta. Concl.* 79. † E cōuerso vbi cessant verba in dispositionibus, cessat mens; quia omissum habetur pro omisso. Anch. *cons.* 266. *Iste magister in fi.* † Itē ex natura rei, cuius verba inferuntur, cognoscitur mens. Oldr. *cōs.* 243. *n.* 2. *ver. sed iis nō obstātibus*, vbi, quod verba dubia; quia possunt importare placitū, & perpetuitatem, secundū mentem, important perpetuitatem, si contractus de sui natura est perpetuus, idē in *cons.* 172. *n.* 6. *v. ad quartū, & cōs.* 244. *ver. ad secundum*, vbi, quod verba articulorum, quæ possunt referri ad ius, & ad factum, referri debent ad factum; quia de natura articuli est, quod factum continere debeat, non ius. † Item ex præfatione; quia si fiat mētio de administratione nomine proprio, & eligantur calculatores p verba generalia de omnib⁹ administrationibus, nō venit administratio socialis solidata. Castr. *cons.* 148. *Viso, & examinato. n.* 2. *lib.* 1. quia verba generalia restringuntur ex mente, & coniecturis, & maxime, quando agitur de præiudicio tertii. † Itē ex qualitate eius, cui verba diriguntur, colligitur mens, & fit interpretatio. Calder. *cons.* 325. *circa princ. ver. quod autem cōcessio Papæ*, alias 6. *de donatio.* † Item ex coniecturis colligitur mens etiam non expressa, *l. licet Imperator*, vbi Bart. & alii, *ff. de leg.* 1. Soc. Iun. *cons.* 114. *n.* 8. *lib.* 5. Rol. à Vall. *cons.* 82. *num.* 38. *lib.* 3. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 10. † Item ex subiecta materia colligitur mens. † Item ex verisimilitudine colligitur mens contrahentium, *l. si ita stipulatus, de vsur.* Bart. in *l. patronus*, §. *Sempronio, ver item ex verisimilitudine. ff. de leg.* 3. Socin. *cons.* 15. *col.* 10. *ver. quarto etiam, lib.* 1. † Item ex ratione; nam mens in dubio semper intelligitur rationabilis. Bald. *cons.* 113. *Verba dicunt, in princ. lib.* 1. † Item ex verbis viuentium, prout ista declararunt viuētes, intelligimus mentes eorundem mentium. Signor. *cons.* 181. *n.* 6. *in fi. & n.* 9. † Contrariū tamen potest quandoque responderi, vt licet quis teneat viuens vnam opinionem, ex sequenti posteriori potest induci diuersum. Signor. *d. cons.* 181. *n.* 7. tamen prima præualet; quia hæc secunda non est contraria, sed ambigua. † Et ideo inter opiniones dubias, an quod habet neptis ab auo, dicatur habere sui, vel patris contemplatione, si Doctor relinquat nepti, censetur ea contemplatione relinquere, pro qua viuens consuluit, vt si tenuit opinionem, q̄ contemplatione patris, pariter eadem mente censeatur legare. † Dubia mens efficitur clara ab obseruantia subsequuta, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* quod declara, vt per Masc. *concl.* 1041. *Mens ambigua*, vt procedat si per decennium, & non semel tantum fuit obseruatum. † Et ex sequutis postea deprehēditur mens cōtrahentium in ipso actu, qualis fuerit, ac declaratur p̄cedens voluntas ex subsequutis post actum, *l. si seruus pluriū, §. fin. ff. de leg.* 1. Rom. *cons.* 470. *Cum isti fratres.* Alex. *cons.* 146. *col.* 4. *ver. alio principali fundamento, lib.* 5. *& cons.* 63. *ver. præterea posito, lib.* 7. Socin. *cons.* 160. *col.* 3. *in princ. lib.* 2. † Et ex præcedenti consuetudine, seu obseruantia, siue contractus pendeat ab vno, attenditur obseruantia vnius, siue pendeat à pluribus, & attenditur obseruantia pluriū ad sumendā interpretationem mentis dubiæ, & hoc, siue obseruantia præcedat contractum, siue subsequatur. Castr. *cōs.* 364. *Circa primū, n.* 3. *ver. super secundo, lib.* 1. † Amplia; quia mens dubia testatoris probatur ex declaratione testatoris, quod ita senserit coram duobus testibus absque alia solemnitate. Curt. Iun. *cons.* 56. *n.* 10. vbi dicit* cōmunem. † Extende; quia declaratur donatio, vel mens dubia ex actu posteriori, siue inter viuos, siue in vltima voluntate facto, *l. vxori*, §. *fin. ff. de leg.* 3. clare Castr. *cons.* 344. *Quia ex allegationibus, in fi. lib.* 1. † Amplia; quia mens testatoris colligitur ex cōiecturis; nam si testator fecit plures substitutiones, & in vltima voluit succedere substitutum in omnibus bonis, infertur necessario mens, quod omnes primi debeant mori; quia aliter omnia bona nō possent in substitutum venire. Flor. *cons.* 14. *n.* 8. † Extende; quia licet *l. cum acutissimi. C. de fideicom.* inducat mirabilem præsumptionem, quod fideicōmissum iniunctum filiis habeat tacitā clausulam; *si decesserit sine filiis grauatus.* & ratio, ne videatur testator soboli suæ præposuisse sobolem alienam, quæ ratio potest inducere ampliationē, & restrictionē ex tacita mente contraria; ideo ex mente non habebit locum, si pater instituat fratrem suum, & filios proprios testatoris æqualiter, eosque inuicem substituit per fideicommissum; quia ex quo non habet locum in fratre hæc coniectura, vt æqualis sit dispositio, neque habebit locum in filiis, qui decedunt cum filia fœmina, stante statuto, quod fratres, & patruus excludant filiam fœminam. Flor. *d. cons.* 14. *n.* 9. *& seq. per tot.* † Amplia ex coniunctione plurium scripturarum diuersarum ab eodem disponente, prout ex testamento, & codicillis simul coniunctis. Alex. *cons.* 56. *Perlectis, circa fin. ver. tamen in illo casu. lib.* 3. † Sic dicimus relatum esse in referente ex coniunctione scripturarum. Paris. *cons.* 2. *n.* 53. *& seq. lib.* 3. Vide plura similia in *ver. Relatum est in referente.* Vide, *Causa legis quomodo & ex quibus elicitur. Cōcl.* 146. Vide, *Ratio vnica legis habetur pro expressa, & quid sit. Cōcl.* 30.

Mens & ratio attendenda plusquam verba. Concluſ. 199.

MENS † & ratio legis potius, quam verba attendi debet; quia verba trahuntur ad mentem & rationē, non è contra. Oldr. *cons.* 9. *ver. item cum iura dicant. n.* 3. *& seq.* Feder. de Sen. *cons.* 4 *n.* 5. *ver. multum est*, vbi, quod littera occidit, spiritus viuificat; quia mens & ratio est anima dispositionis, quæ magis attenditur, q̄ verba, quæ vt corpus iudicantur. Rol. à Vall. *cons.* 72. *n.* 43. *& seq. lib.* 1. vbi, quod mens est prima intentio, plenius *cons.* 70. *n.* 52. *& seq. lib.* 3. late Paris. *cons.* 70. *lib.* 2. Castr. *cons.* 123. *Viso testamento, n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 367. *lib.* 2. Alex. *cons.* 54. *Viso puncto, n.* 6. *lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti. † Extende; quia verbis offensis, & impropriatis mens attendi debet. Rom. *cons.* 16. *circa fi. ver. vltimo quia*, vbi apost. in *ver. suadeant*, & idem Rom. *cons.* 180. *num.* 10. & ibi apost. in *ver. offensis*, plenissime Crau. *cons.* 685. *n.* 12. vbi extendit. Alex. *cons.* 150. *Attentis, n.* 2. *& seq. per tot. lib.* 2. Alex. *cons.* 52. *n.* 2. *lib.* 4. vbi, quod propter ea Papinianus ita laudatur, quod consil. est Barbatiæ. Alex. *d. cons.* 54. *num.* 6 *lib.* 4. † Et quia verba debent inseruire menti, non è contra; ideo licet verba enunciatiua non disponant; secus, si de mente contraria constat ex præfatione, vel alias. Rom. *consil.* 65. *Viso themate, num.* 7. *ver. secundo ad idem*, vbi apost. in *ver. appareat.* † Extende; quia potius attenditur intentio cōtrahentium, quam cortex verborum, dicit text. in *l. fi. C. quæ res pignor. oblig. poss.* Ias. late in *l. si quis filium, C. de liber. præter. circa fin.* † Etiam in statuto licitum est impropriare verba, vt menti deseruiatur. Alex. *cons.* 116. *Animaduersis, n.* 13. *ver. nam præsuppono, lib.* 2. † Et in vltima voluntate loquitur Castr. *cons.* 123 *per tot. lib.* 1. Alex. *d. cons.* 52. *n.* 2. *lib.* 4 quod est Barbatiæ. † Et mens & ratio sic se habet ad legem, sicut anima ad corpus; dicitur enim corpus ex dispositione animæ, & lex ex dispositione rationis. Abb. *d. cons.* 75. *n.* 7. *lib.* 1. † Et mens tanquam Regina primum locum obtinet, *l. in conditionalibus, in princ. ff. de cond. & demonst.* Flor. *cons.* 14. *n.* 7. *in fin. ver. & mens testatoris.* † Quia voluntas & mens testatoris legem inducit, §. *disponat. authen. de nupt.* † Et totum facit voluntas testatoris, *l. ex facto*, §. *rerum autem, ff. de hæred. instit.* † Et omissum non habetur pro omisso ex verbis, quando constat de mente. Alex. *consil.* 130. *Attentis, in fi lib.* 2. † Et ad instar boni venatoris, qui sequitur vestigia leporis; ita lex sequitur mentem testatoris Bald. in *l. quidā, C. de necess. hæred. instit.* Paris. *cons.* 19. *n.* 43. *lib.* 2. Soc. Iun. *cons.* 115. *n.* 10. *lib.* 3. Rol. à Vall. *cons.* 38. *nu.* 31. *lib.* 4. vbi, si aliter faceremus, iuste à prudentibus reprehendi possemus, & *cons.* 70. *n.* 59. *lib.* 3. vbi, quod lex pedetentim sequitur voluntatem, & mētem adinstar boni venatoris, qui sequitur vestigia leporis, & Socin. Iun. *cons.* 84. *in princ. lib.* 1. vbi, quod iudex sequitur mentem, vt venator. † Et pro seruanda mente & voluntate testatoris receditur à verbis. Rol. à Vall. *cons.* 35. *n.* 3. *lib.* 3. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 9. † Non enim

enim intētio verbis, sed verba intētioni inseruire debēt; quia verba in dispositione se habent, sicut corp⁹, & superficies, mens vero sicut spiritus, & anima; & sicut anima infert spiritum, & essentiam corpori, & est nobilior corpore; ita mens & voluntas pfertur verbis. Rol. à Vall. *consi.70.n.52. & seq. lib.3.* vbi, q̄ non receditur à verbis, si constat de mente conformi, alias secus, ita Ias. *consi.140. col.5.* * *lib.2.* & est communis * opinio, q̄ inseruiendū est menti, & illi adhærendū, si apparere potest. Curt. Iun. *consi.145.n.15* Dec. *consi.653.*

15 † Et mens est radix verborum, & eius substantiæ primæ. Rol. *d.*

16 *consi.70. n.60. lib.3.* † Et vt seruetur mens illicita testatoris, copula resoluitur in disiunctam, & è contra disiuncta in coniunctā. Alex.

17 *consi.130. Attentis verbis, in fi.n.8. ver. præterea, lib.2.* † Declara; quia si mens testatoris est dicta, & scripta, indubitate i li standū est; si vero non est dicta, neq; scripta in specie, præsumitur, & elicitur ex dictis, & scriptis, supra, & infra, & pariter illi statur. Flori. de S. Petro

18 *consi.14.n.7. in fi. ver. & mens testatoris.* † Imo sicuti ex verbis elicitur mens; ita etiam ex facto. Alex. *d. consi.52. Circa hanc, n.3. & n.5. lib.4.*

19 † Mens autem nihil aliud est, q̄ ratio mouens legislatorem. Ang.

20 *consi.271. Visis & examinatis, col. fi. in princ.* † Et mens legis est ipsa lex.

21 Abb. *consi.75. Primo est videndū. n.6. in fi. ver. nam mens legis, lib.1.* † Amplia in dispositione testatoris, q̄ licet dixerit vulgariter substituere, si hæres suus decesserit sine filiis, tamen secundum mentem intelligitur, fideicommissariā substitutionem feciſſe, nō autem vulgarem, quæ repugnat existentiæ hæredis. Oldr. *consi.45. Cum in narratione facti, & consi.225. in fin. n.25. ver. circa decimam quartā*, vbi quod Falcidia nō deducitur ex legato facto pro certo vsu, quando detractio impediret illum vsum legatū, ne contraueniatur menti testatoris, *l. si seruus. ff. ad l Falcid.* idē de legato facto pro remissione peccatorū, vt non detrahatur aliquid propter mentem Feder. de Sen.

22 *consi.250. in princ.* † Extende, quia si verba testamenti ex imperitia Notarii sunt obscura, recurrendum est ad mentem testatoris, quæ præualere debet, & si non potest apparere, potest transigi. Bald.

23 *consi.5. Viso testamento, per tot. lib.4* maxime *in fi.* † Imo etiam si verba sint defectiua, debetur fideicōmissum ex mente. Soc. Iun. *consi.181.*

24 *De duobus, n.12. lib.2.* † Et in interpretando testamento mens, & voluntas præfertur semper. Io. de Anan. *consi.3. n.2. ver. tertio, & consi.28.*

25 *n.4. & seq.* vbi late. † Extende; quia in testamentis vbicunque constat de mente, stamus menti; si vero mens est dubia; tunc recurrimus ad id, q̄ magis verisimile, & proximū menti est secundum rationem. Crau. *consi.761. n.7.* Ang. *consi.159. col.4. circa med. & cōsi.294. Quoniam in vltimis*, vbi, quod intentio testatoris primū locum obtinet in vltimis voluntatibus, & si de ea apparet, illa tenenda semper.

26 † Extende in legatis; quia si constat de mente, quod voluit testator legare pure, vel sub cōditione, vel sub modo, stamus menti, & nō verbis. Ang. *consi.124. Iolus D. Dalmat. n.3. in fin. ver. prædicta vero.*

27 † Extende in omni vltima voluntate cuiuscunque qualitatis, siue sit directa substitutio, siue fideicommissaria, siue conditio, siue testamentum, siue codicillus, debet primo loco attendi voluntas & mens disponentis, siue expressa, siue tacita, siue cōiecturata. Abb.

28 *consi.58. Quidā Nicolaus, prope fin. ver. tertio principaliter, lib.2.* † Extende in fideicommissis; quia si testator instituat filiū masculum, & si decesserit sine filiis masculis, substituit aliū excludendo fœminas filias, & descendentes, licet secundū verba extinguatur, si filius reliquit filiū masculum; tamen secundum mentem secus; quia sicuti voluit, q̄ substitutus excluderet proprias filias; ergo magis, & ne-

29 ptes. Corn. *consi.146. In hac consultatione. per tot. lib.2.* † Extēde in substitutionibus etiā cōtra verba, vt pulchre, & in casu notabili Cast.

30 *consi.264. Videtur dicendū. lib.2.* † Et quod mens sit attendenda in fideicōmissis, etiam si sit cōiectura, & colligatur ex præcedentibus, & sequentibus. Decian. *consi.34. n.20. & multis seq. lib.3.* vbi latissime, & *consi.1. n.22. lib.1.* vbi, quod ex præcedentibus, & sequentibus elicitur mens; quia vna pars testamenti declarat aliam. Ang. Aret. *consi.30. Viso supradicto, n.22. ver. nū mens, & consi.32. Reddito, n.1.* Alex.

31 *consi.130. Attētis, n.2. ver. sed præmissis, vsq; in fi. lib.2.* † Imo Regina dicitur mens in vltimis voluntatibus, quæ obtinet primū locū. Rol. à Vall. *consi.70. n.38. lib.3.* vbi *n.36. & 37.* q̄ valet argumentum à verisimili, quod sic respondisset testator, & plenius *n.52. & multis seq.* vbi, quod etiam offendendo verba mens sequenda est; quia mens est radix verborum, & tanquam anima iudicatur, verba vero tan-

32 quā corpus. † Et mens, & ratio legis dicitur anima; verba dicuntur corpus ad similitudinē hominis. Abb. *consi.1. col pen. in fin. & col. fi. in prin. n.7. lib.1.* † Extēde; quia principaliter iura clamant voluntates, & mentes defunctorū præ omnibus seruari etiam contra significationem verborum etiā supplendo, quod deest. Io. de Anan.

34 *consi.28.* vbi late. † Extende in tantum, vt procedat argumentum, quod censeatur disposuisse ex mente, quod non expressit, quando si interrogatus, ita verisimiliter disposuisset. Ang. Aret. *d. consi.30. n.2.* † Et impropriantur verba in vltima voluntate, vt mens cōseruetur. Ang. Aretin. *consi.32 n.2. ver. quinimo.* † Extende; quia deside- 35
ria morientiū ex actibus viuorum deprehendimus; ideo sicuti habentes filios inter viuos appetunt illis cōseruare, ita etiā morientes. Io. de Anan. *consi.28. n.3 ver. sed in casu nostro.* Vide, *Præsumptio, & coniectura, &c. Concl.615.* † Restringe; quia in vltima voluntate po- 36
tius attenditur effectus iuris, quam intentio testatoris, testatrix in primo testamento instituit auum in medietate, maritū, & aliū in alia medietate, in secundo testamento reuocatorio primi legauit tertiā auo, instituit causam piam, & legauit marito tertiā, & ipsum maritum grauauit restituere dictā tertiam legatam; secundum testamentū est nullū præteritione aui, substinentur legata, & fideicommissa, grauatur restituere tertiā legatam; & tamen effectu iuris restituet dimidiā, quia in primo testamento habet dimidiam, quod valet effectu iuris cōtra mentem; ergo sicut restituet et grauatus tertiam ex secundo, quam non capit, restituet medietatem, quam capit ex primo cōtra mentem testatoris, ita Anch. *consi.144. Exhibitis mihi. n.3. & seq. ver. restat, vsq; in fi.* vbi late. † Et quod sit non 38
solum de iure positiuo, sed etiā de iure diuino, quod mens, & voluntas testatoris sit attendenda. Alex. *consi.52. Circa hanc, in princ. lib.4.* quod est Barbatiæ, *lib.4.* † Amplia in donatione, seu concessione facta alicui vasallo per dominum per verba quantumcunq; 39
generalia; quia dispositio restringitur secundū mentem, & rationem expressam. Oldr. *consi.148. Factum tale est, quidam Comes. per tot. consi.* † Amplia in concordia, & conuentione; quia potius mens 40
contrahentium attenditur, quam verba si de mente constare potest. Castr. *consi.148. Viso & examinato, in princ. lib.1.* † Amplia, vt etiā 41
constitutio pœnalis extendatur ad casum sub mente legis, vel statuti comprehensum, nec dicitur extensio proprie, Domin. & post eū Franch. in *c. si postquā, n.3. ver. in gl. in ver. mente, de electio. in 6.* Ang. *consi.33 Supradicta prima, in princ.* maxime *n.4. ver. tertium.* † Amplia, 42
quia mens in tantū attenditur, vt faciat cessare tacitum, quod inest de iure, quando illud tacitū repugnat menti. Ang. Aret. *consi.11. In casu supradicto, n.13. & seq.* † Amplia in venditione, vt mens attē- 43
datur contrahentiū ex verisimilitudine cōsiderato pretio, an venditio censeatur facta ad corpus, vel ad mensurā. Corn. *consi.59. n.4. lib.4* Crauett. *consi 214. n.8. & per tot.* vbi multa similia. † Amplia, 44
vt mens attendatur in tantum, q̄ pater promittens dotē in quantitate genero suo pro filia, licet simpliciter det postea omnia bona sua in solutū pro dote genero maioris valoris, nō censetur dedisse in æstimationem pro dote promissa, sed potius, vt tanquam non æstimata restituantur vxori suæ filiæ soluto matrimonio. Oldrad. *consi.245. per tot.* maxime *n.5. ver. ad cuius intelligentiam.* † Amplia in 45
legitimatione facta de spurio, ex quo pater petens legitimari spurios, si postea legitimos suscepit, videtur ex mente, quod esset legitimatio. Oldr. *consi.247. Factū tale est, quidam Rex, in princ. n.1. ver. ad primum.* † Amplia in reuocatione generali facta per Papam de 46
gratiis expectatiuis, vt nō se extēdat ad gratias, quas fuit de intentione Papæ non reuocare. Oldr. *consi.266. n.2. c. pastoralis, in clem. de re iudic. ver. rursum non est.* † Amplia; vt Notarius conficiens instru- 47
mentum, si ex eo extrahit publicū, & subscribat, licet dicat, exemplari à meo originali; non tamen dicitur exemplū, sed publicum, si attestatur se de eo rogatū, & probat; quia veritas attenditur, non autem charta, & atramentum, quæ solum attenduntur in priuilegiis. Ricard. Salyc. consi. quod inserit Lap. *alleg. 28. n.7. ver. præmiss.* † Amplia, vt generalis dispositio fauorabilis loquens de præsenti 48
extendatur ex mente etiā ad futura. Calder. *consi.1. De constit. per tot.* † Amplia maxime in vltimis voluntatibus; quia copulatæ condi- 49
tiones extrinsecæ licet debeant semper cōcurrere; secus, quando sunt intrinsecæ, & ex mente; quia vt seruiatur mēti, copula perlit suā virtutem, & efficitur disiuncta. Alex. *consi.93. Alias consultus, n.9. & seq. lib.3.* quod est Alex. & triū Doctor. Bononiæ, vbi in materia *l. hæredes mei, § cū ita. ff. ad Trebell.* substitutio, *si ambo hæredes decesserint, substituo piā causam*, habet locū, si vltimus decedat sine filiis, quando non subest persona, quæ excludat piam causam, & *consi.92. n.8. lib.3.* † Et argumentum à contrario sensu non admittitur contra 50
mentem. Alex. *d. consi.93. n.10. & seq lib.3.* † Amplia maxime in sen- 51
tentiis, quæ cū debeant esse prolaræ deliberate, & verba sint concipienda secundum mentem, si contrariū fiat, esset ipso iure nulla; quia si apparet de mente, quod iudex voluit vnū, & verba significant aliud, talis sententia non valet. Feder. de Sen. *consi.51. Dixi duabus.* † Amplia in commissionibus extra diœceses litigantiū pro- 52
pter non tutum accessum, vt in *c. statutum, § cum vero, de rescript. in 6.* quia si constat ex narratis de mente, q̄ aliegetur nō tutus accessus, sufficit, si ex narratis colligatur mens ista Feder. de Sen. *consi.158. in princ.* † Declara, vt per Anchar. *consi.78. ex verbis sententiæ*, vt nō pro- si
cedat, quando iudex dixit, quod diffinitiue pronunciabat; quia si est in-

54 eſt interloquutoria, valet vt interloquutoria. † Amplia, quia etiã receditur à verbis, & propria ſignificatione verborũ, ſi conſtat de mente, vel de veriſimili mente; ideo licet appellatione liberorum veniant omnes deſcẽdentes; nõ tñ veniunt fœminæ, ſi teſtator de maſculis habuit ſermonẽ, & mentem; itẽ maſculinũ non concipit fœmininũ hoc caſu. Cor. *conſ.* 146. *In hac cõſultatione, n.* 8. *& ſeq. lib.* 2.

55 vbi ponit plura exempla. Vide, *Verba generalia de toto reſtringuntur ad partẽ ex mente veriſimili, &c. Concl.* 133. † Amplia in cõtractibus; quia potius attenditur ſenſus, & mens, q̃ verba. Alex. *conſ.* 28. *Viſis, & accurate, in princ. lib.* 1. *& cõſ.* 34. *Viſo inſtrumẽto. n.* 3. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 33.

56 *n.* 21. Iaſin *l.* 3. *C. de liber. præter. & in l. iuris gentiũ. §. Prætor ait, ff. de pact.* Alex. *conſ.* 103. *Quoniam, n.* 3. *& ſeq. lib.* 5. † Declara, vt procedat, q̃n cõſtaret de ſenſu, & mente vtriuſq; partis. Alex. *d. conſ.* 28. *n.* 8. *lib.* 1.

57 † Extẽde in ſtipulationibus, & fideiuſſione; quia attẽditur mens,

58 & veriſimile. Alex. *conſ.* 34. *n.* 3. *& n.* 8. *& per tot. lib.* 2. † Quid ſi contrahentes diſcordent in cõtractu, vel ſtipulatione fundi Sciani, vt quia vnus intellexit de maiori, alter de minori, vide plene Rom. in *ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus, n.* 10. *ff. de verb. oblig.* vbi, quod ſi cõſtat de mente vẽditoris, vel de mente emptoris, vel vtriuſque, ſtatur illi, ſi diſcordant, & verba ſunt dubia, ſtandum eſſet neganti, &

59 debitori; ſed ipſe dicit ſtandum arbitrio iudicis, qui non debet annullare contractum, vel ſtipulationem ex eo, q̃ vnus de vno, alter de alio ſenſit; ſed arbitrio ſuo declarabit ex magis veriſimili. † Extende; quia impropriando verba attenditur mens, maxime, vt eui-

60 tetur nullitas actus. Alex. *d. cõſ.* 103. *n.* 3. *ver. & ideo. lib* 6. † Et quod in cõtractibus potius mens, & intentio ſit attẽdenda, q̃ verba. Caſtr. *conſ.* 331. *Super primo, in fi. lib.* 1. vbi ſi donans mille reſeruat ſibi 300. & reuera non potuit donare, niſi 500. reſeruatio de 300. debet dimidiari proportionabiliter; quia talis præſumitur intẽtio donan-

61 tis loco pio. Vide, *Mens, & intentio contrahentiũ diſcordantium qualiter attendatur. Concl.* 201. † Amplia in ſtatutis, in quibus mens, & intentio ſtatuentium finalis attenditur. *l. conſtitutionibus. ff. ad munic.* Fed. de Sen. *conſ.* 84. *in fi. ver. item intentio*, vbi ſtatutũ prohibens generaliter magnates acquirere ceſſiones iuriũ cõtra populares habet locũ, etiam ſi acquireretur ab ecclẽſia, licet expreſſa de ea non fiat mentio, nec diſponere poſſit propter intentionẽ, ne magnates poſſint populares moleſtare. Abb. *cõſ. 1. col. pen. cir. fi. v. vltimo adduco, lib.* 1. *& conſ.* 75. *eod. lib. n.* 6. *& ſeq. v. nam mens, lib.* 1. *& conſ.* 103. *Quo-*

62 *mã abunde, n.* 3. *& ſeq. ver. & ideo. lib.* 6. qui loquitur in cõtractu. † Extende in ſtatuto excludente matrem à ſucceſſione filii ab inteſtato propter agnatos; quia habet locũ, etiam ſi filius decedat inteſtabilis, licet verba nõ dicant; potius debet mens attendi. Ang. *cõſ.* 104. *Statuto Communis, n.* 2. *& conſ.* 105. *col.* 2. *ver. in contrariũ.* Abb. *conſ.* 75.

63 *Primo eſt videndũ, n.* 6. *ver. nam mens, cum ſeq. lib.* 1. † Amplia in probationibus iudicialibus; quia producens inſtrumentũ ante litẽ conteſtatam ad informandum reũ, vt poſſit contendere, vel cedere, niſi illud repetat poſt litem conteſtatã, nõ dicitur habere intẽtionem fundatam; quia probatio ad vnũ finem facta nõ probat ad a-

64 lia finem. Fed. de Sen. *conſ.* 160. *per tot.* maxime *in fi.* † Amplia; quia nedũ receditur à verbis diſpoſitionis, ſi cõſtat de mente, ſed etiam ſi nõ eſt expreſſa ratio, vel mens, quãdo ex naturali ratione poteſt cõiecturari, vel probari. Abb. *conſ. 1. col. pen. circa fi. ver. vltimo adduco.*

65 *lib.* 1. † Amplia, vt in collatione beneficiorũ facta ex cauſa permutationis nõ conferatur ius nõ competens permutationibus; quia nõ eſt intentionis, & mentis cõferentis, vt ſi alias beneficia vacanti, permutantes acquirant nouũ ius. Feder. de Sen. *conſ.* 164. *per*

66 *tot.* † Amplia; quia verba impropriantur, vt cõditionalia verba faciunt purã diſpoſitionẽ, & è contra, ſi cõſtat de mente. Ang. Aret.

67 *conſ.* 11. *In caſu ſupradicto, n.* 8. *&* 9. † Amplia; quia verba impropriando, vt deſeruiant menti. Anchar. *conſ.* 219. *Mirũ prima facie, n.* 5. † Extende; quia copula, & cõiunctio accipitur pro alia, vt menti deſeruiat, plene Alex. *cõſ.* 22. *Viſo inſtrum. n.* 4. *&* 5. vbi apoſt. in *v. cõiunctio,*

69 *lib.* 1. † Extẽde; quia dictio, *nunc*, ſumitur p̃, *tunc*, vt deſeruiat menti; ideo maritus legans vxori mille, ſi nubat ex nunc intra menſem, & maritus viuat poſt menſem, propter impoſſibilitatẽ cõditionis interpretatur ex tunc à die mortis, non à die teſtamẽti, licet verba

70 dicant contrariũ. Anchar. *conſ.* 219. *n.* 8. *per tot.* † Amplia in crimine læſæ maieſtatis, vt is non dicatur incurrere crimen prædictũ, liceet faciat tale delictũ, q̃ importat læſam maieſtatem, ſi alia mente hoc faciat, puta ſi interficiat quis fratrem Principis, vel aſſiſtentem latenteis eius, ſed ex particulari inimicitia; quia nõ eſt læſa tunc maie-

71 ſtas ex mente, quæ attẽditur. Crau. *conſ.* 6. *n.* 79. Vide, *Delicta ex propoſito diſting. Concl.* 160. † Amplia in donatione irreuocabili inter viuos; quia verba dubia ſecundum mentem, ſi haberi poteſt, ſunt interpretanda, & ceſſante mente ſecundũ veriſimilitudinem, quæ obtinet ſecundũ gradũ in omni interpretatione. Calder. *conſ.* 327.

72 *ver. de teſtam.* alias 8. *de donat.* Rol. à Vall. *conſ.* 61. *n.* 33. *lib.* 2. † Amplia in ordine dato, an ſit de forma, & inducat cõditionem, vel modũ; quia ſtatur menti, & intẽtioni dantis ordinẽ. Cald. *cõſ.* 460. alias 3. *de ſponſal.* † Amplia in cõtractibus, & inſtrumẽtis; quia ſi cõſtat de 73
mente, ea attenditur etiã contra falſam latinitatem; quia leges nõ ſubiacent Priſciano. Bald. *conſ.* 33. *n.* 2. *ver. reſpondeo, lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 61. *n.* 33. vbi loquitur in donatione, *lib.* 2. Abb. *conſ.* 43. *Videtur primo. n.* 4. *ver. quinto, lib.* 1. qui ponit regulam in contractibus. Alex. *conſ.* 54. *n.* 6. *ver. quinimo, lib.* 4. vbi loquitur etiã impropriando verba. † Et quia à mente pendet ſubſtantia contractuũ. Pariſ. *conſ.* 77. 74
n. 10. *lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 69. *n.* 45. *lib.* 3. † Et ſicut mens teſtatoris, 75
& eorũ, quæ pendent à voluntate vnius, attenditur plus, q̃ verba; ita in cõtractibus mens amborũ contrahentiũ attẽdi debet plus, q̃ verba. Caſtr. *conſ.* 190. *Nouiter reuocatur, n.* 3. *lib.* 2. † Amplia in con- 76
ſtitutionibus, & reformationibus ſuper electione officialiũ; quia ſi cõſtat de mente, & ratione, illa attenditur etiã cõtra verba. Ang. de Peruſ. *conſ.* 33. *Supra d. prima, in prin.* maxime *n.* 4. *ver. tertium.* vbi, q̃ cõſtitutio Florentiæ mandans nõ poſſe imbuſſolari, neq; extrahi pro officialib⁹ Cõmunis, niſi illi, qui eſſent matriculati, & exercerent aliquã artem, vbi cõcludit, q̃ exercens artem, licet non ſit matriculatus, poteſt extrahi, & imbuſſolari; quia ratio cõſtitutionis eſt, vt homines inuitentur ad exercitia, & euitent ignauiã, & q̃ ille, qui exercet artẽ, licet nõ ſit in matricula, habet qualitatem ſecundũ rationem, quæ ſufficit. † Amplia in omni diſpoſitione. Rol. 77
à Vall. *d. conſ.* 61. *n.* 35. *lib.* 2. vbi, q̃ ex cõiecturis elicitur. † Amplia in 78
conditionibus implendis, an ſufficiat momentaneũ implementũ, an vero ſit neceſſaria perſeuerantia, recurrimus ad mentẽ, & ſi eſt dubia, ad veriſimilitudinẽ rationatã. Ang. *conſ.* 159. *col.* 4. *ver. nec etiã obſtat.* † Amplia in ſtatutis; nam ſtatutũ excludens matrem ſtante 79
conſobrino excludet etiã auiã maternã, ſtante patruo, licet de auia nõ loquatur, ex mente tñ extẽditur. Cor. *conſ.* 188. *In præſenti conſult. lib.* 2. Ruin. *cõſ.* 37. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 3. † Et q̃ mens, & ratio legis, & ſta- 80
tuti, regulet ipſam legem, & ſtatutũ. Fulg. *conſ.* 98. *n.* 2. *ver. Poſtremũ.* † Extende; quia licet nõ fiat extenſio in correctoriis, tñ vbi mens 81
diſponentis cõcurrit, nõ eſt extenſio, ſed in illo caſu lex, & ſtatutũ loquitur. Rol. à Vall. *cõſ.* 72. *n.* 44. *& ſeq. v. nõ obſtat, lib.* 1. & dicit Abb. *d. cõſ.* 75. *n.* 3. *in fi. ver. nec eſt verũ, lib.* 1. q̃ eſt extẽſiua interpretatio habito reſpectu ad mentẽ, ſed intenſiua, & cõprehenſiua. † Declara 82
tñ; quia in correctoriis, & pœnalibus neceſſe eſt, q̃ ratio ſit expreſſa, vel ſaltem q̃ vnica poſſit aſſignari. Abb. *d. cõſ.* 75. *n.* 7. *lib.* 1. † Am- 83
plia, quia ſtatutũ male compilatũ, prout ſtatutum Florentiæ ſuper notificatione laudorũ, potius ſecundũ mentem, q̃ ſecundum verba debet intelligi. Caſtr. *cõſ.* 310. *Videtur dicendũ, col.* 2. *v. breuiter, lib.* 1. † Amplia in priuilegio, & maioratu cõceſſo ob benemerita alicu- 84
ius; quia ex mẽte potius maioratus ſpectabit ad filios, q̃ ad fratres eius, cui facta eſt cõceſſio; quia cõſeruantur benemerita, & influũt magis in filios. Rom. *conſ.* 29. *In cauſa maioriæ, per tot.* vbi apoſt. dant concord. † Amplia; quia generaliter in omni diſpoſitione, & ma- 85
teria mens, & ratio attendi debet in lege, & ſtatuto. Abb. *d. conſ.* 75. *n.* 7. *lib.* 1. † Amplia etiã in formalibus; quia ſi conſtat de mente, & 86
ratione, ſufficit, q̃ mens, & ratio ſit impleta, & ſeruata, licet verba ſint offenſa. Rom. *conſ.* 433. *Quoad primum, col.* 2. *ver. ſeptimo conſidero, n.* 1. *in fin. cum ſeq.* vbi apoſt. in *ver. debemus.* † Extende in ſolemnitate 87
data ad actum; quia ſufficit, quod mens impleatur, licet nõ ſeruetur ſolemnitas. Rom. *d. conſ.* 433. *n.* 3. *ver. cum autem dicamus.* † Limi- 88
ta; quia potius attẽditur effectus iuris, quam mens, & intentio teſtatoris. Anch. *conſ.* 144. *n.* 3. *& ſeq.* Vide ſupra *n.* 37. † Limita in in- 89
terdicto eccleſiaſtico alicui populo iniecto; quia licet naſcituri, & qui nõ peccarunt, nõ comprehendantur ex mente interdicentis; tamen ſunt interdicti propter populũ, de quo eſſe dicuntur. Fed. de Sen. *conſ.* 32. *n.* 3. *vel quod hoc ſit verũ.* † Limita; quia ſi non conſtat 90
de mente, ſtandũ eſt verbis; quia talis mens præſumitur, qualis ex verbis colligitur, *l. reprehendenda*, & ibi gl. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Caſtr. *conſ.* 36. *n.* 3. *lib.* 2. † Et idem, q̃n mens, vel ratio eſt dubia, attendi e- 91
nim debent verba, Alex. *conſ.* 32. *Clariſſime, n.* 5. *& 6. lib.* 7. † Extende 92
maxime in ſtipulationibus; quia nõ attenditur, niſi q̃ ſcriptum reperitur, *l. in conuentionibus, ff. de verb. oblig.* † Quod in tantum eſt ve- 93
rum, vt non fiat extenſio, etiam ad ſimilia. Ang. in *l. in teſtamento, la prima, ff. de condit. & demonſt.* † Declara totam iſtam materiam; quia 94
quãdo verba teſtatoris poſſunt habere plures ſignificationes, puta vnam propriam, aliam impropriam, vnam habentem ſignificationem largã, alterã ſtrictam, vel ſi ſignificatio illius vocabuli poteſt referri ad multã; tunc ſi apparet de mente ex cõiecturis, vel ex aliis diſpoſitis, illi ſtamus, & recedimus etiam à propria, & ſtricta ſignificatione verborũ, & capimus impropriam, & largam, ſed q̃n verba nõ poſſunt adaptari ad cõiecturatam mentem, nullo modo attendimus mentem, ſed ſtatur verbis, etiam ſi actus redditur inutilis. Alex. plene *conſ.* 139. *Circa primum, nu.* 5. *ver. ſolum reſtat, lib.* 6.

† Decla-

95 † Declara, quod dicitur mentem attendi plus, quam verba, procedere, quando constat de mente vel ex verbis, vel alio modo, alias secus; quia propositum in mente retentum nihil operatur, *l. si rogetur, ff. de cond. ob causam, l. cū in plures. §. locator horrei. ff. locati.* Vide, *petendi, C. de cond. ob causam, l. cū in plures. §. locator horrei. ff. locati.* Vide, *Propositum. Concl. 919.* Bald. in *l. voluntatis, in fin. C. de fideiuss.* quia non præsumitur quis voluisse, nisi quod verbis expressit, *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supellect. legat.* quia nullum maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Bald. in *c. 1. de testib.*

96 † Et quod requiratur, quod verba proprie, vel improprie conueniant menti, vt dicatur constare de ea; quia necesse est, q̃ testator deuenerit ad dispositionem. Alex. *cons. 55. Ponderatis, circa fi. n. 8. ver. & illud quod dicitur, lib. 3.* Vide, *Animus & intētio attenditur. Concl. 334.*

Mens & intentio ex multis præsumitur. Concluſ. 200.

1 MENS † Principis, & intentio interpretatur, & præsumitur in dubio secundum cursum, & solitum aliorū præcessorum.

2 Oldr. *consil. 266. n. 6. ver. præterea.* † Et mens superioris conferentis beneficium ex causa permutationis præsumitur, vt valeat collatio ex sola causa expressa, nō autem, si beneficium vacaret alio modo; quia non est verisimile, quod iuri suo voluerit non certificatus renunciare. Fed. de Sen. *cons. 164. Licet semper, per tot.* maxime *ver. præterea, circa med.* † Et in cōditionibus, seu ordine implendo, an sit q̃ forma, vel pro modo, mens iudicatur secundū naturam actus, cui ordo applicatur, vt si de sua natura non recipiat formam, neq; ordinem, præsumatur ordo datus secundum naturā actus ipsius, ne faciat cōditionem, neq; formā. Cald. *cons. 460.* alias 3. *de sponsal. per tot.* maxime *circa fi. ver. non obstat, quia loquitur.* † Ex tractatu præcedenti mens tacita colligitur pro expressa; vnde licet matrimoniū non valeat quoad ecclesiā, nisi habeat expressionem verborum de præsenti; tamen si præcessit tractatus, sufficit cōsensus sine expressione verborū. Calder. *cons. 462.* alias 5. *de sponsal.* † Ex causa, vel materia præsumitur mens; quia si causa est mala, vel bona, similis etiā dicitur esse præsumpta mens; quia dux mentis nostræ est causa, & materia. Bald. *cons. 312. Factum, super quo. n 2. ver. tertio vt causa, lib. 4.*

6 † Ex effectu iuris mens præsumitur; & ideo dispositio testatoris circa ea, quæ effectum expectant iuris, debet interpretari, vt actus effectū sortiatur, vel si est actus successiuus, vt perduret, non vt sit momentaneus, & transitorius sine effectu. Ang. *cons. 159. col. 4. ver. nec etiā obstat.* † Ex cōmuni voto disponentiū; ideo si pater legat filiabus sub duplici conditione, quarū vna videtur excludere filiarū matrimoniū, copula nō copulat, ne inducatur dispositio contra commune votū parentum, quod est, quod filiæ habeant descendentes. Ang. *cons. 294. Quoniam in vltimis, in princ. & per tot.* maxime

8 *n. 3. & seq.* † Ex responsione disponentis verisimili, si interrogatus fuisset de hoc casu. Vide, *Argumentū valet ab eo, &c. Concl. 494.* † Ex

9 verbis præsumitur mens cōformis. Crau. *cons. 675. n. 5. & 6.* & magna est coniectura, quæ oritur ex propria significatione verborū.

10 Grat. *cons. 64. n. 34. lib. 2.* † Et clarior, quādo verba sunt clara. Crau.

11 *cons. 671. n. 6.* † Ex verisimili colligitur mens. Crau. *cons. 761. n. 7.* al-

12 legat Aret. *cons. 84. Diligenter ponderatis.* † Ab absurdo vitando. Cra-

13 uet. *cons. 782. n. 4. & cons. 718. n. 16.* † Ab odio vitando, ne persona

14 odiosa includatur. Crau. *cons. 719. n. 14. & seq.* † Ex ratione mentem colligimus; quia nihil aliud est mens, quā ratio, & potius attenditur ratio, quam verba. Crau. *cons. 869. n. 5.* † Ex fauore, vel fauorabili dispositione, prout, q̃ bona conseruentur in agnatione. Grat.

16 *cons. 64 n. 4. lib. 2.* Soc. Iun. *cons. 116. n. 27. lib. 2.* † Ex præcedentibus; nam si testator instituat hæredes plures, & si qui ingrediantur monasteria, eisdē substituit superstites, & prohibuit extra familiā bona alienari; vltimo loco vocat clericū maiorem natu, debet intelligi de clerico seculari, nō regulari ex p̃missis, vt talia sint subiecta,

17 qualia p̃dicata. Castr. *cons. 337. In hac substitutione, in prin. lib. 1.* † Probatur tacita mens ex multis verbis, nisi mens contraria appareat.

18 Masc. *concluſ. 1043. Mens tacita.* † Item ex natura actus, qui geritur, mens probatur cōformis naturæ actꝰ gesti, & naturæ, & qualitati

19 gerentis actū. Masc. *d. concl. 1043. n. 4. & seq.* † Extende ex qualitate

20 personæ, in q̃ verba proferuntur, ibi *n. 12. & seq.* † Item ex consuetudine loquendi, vel ex solito gerentis actum, Masc. *d. concl. 1043.*

21 *n. 8. & seq.* † Item ex cōsuetudine regionis, vel ciuitatis, ibi *n. 11. &*

22 *seq.* † Item legis præsumptione probatur mens. Masc. ibi *n. 15.* Nam

23 præsumitur se conformare cum iure communi. Vide, *Testator, &c. Concl. 137.* † Limita; quia in casibus, in quibus mens præsumpta probatur, vel præsumitur, non procedit, qñ ex aliquo signo mens expressa apparet; quia tunc cessat p̃sumptio, & coniectura in claris

24 Masc. *d. concl. 1043. n. 20. vsque in fi.* † Prima est validitas actus, quæ

25 cæteris omnibus coniecturis dicitur potentior. Ruin. *cons. 72. n. 4. lib. 2.* Vide, *Actus, &c. Concl. 136.* † Et interpretatio pro validitate actus est regina aliarum interpretationum. Ceph. *cons. 51. n. 39.* late Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 17. n. 13.* † Extende, vt procedat, 26 etiam si nullitas esset pro parte; quia nō admittitur diuisio voluntatis, vt valeat pro parte, & pro parte non. Bald. in *l. precibus, n. 38. ver. tertio dico, C. de impuber. & aliis substit.* † Secunda; quia nemo præ- 27 sumitur elegisse viam, per quam iudicium suum possit eludi, vel impugnari, *l. 3. ff. de milit. test.* Afflict. *decis. 44. num. 25* Socin. Iun. *consil. 103. n. 28. lib. 1.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 21.* Vide, *Actus indubio. Concluſ. 135.* † Tertia ab absurdo vitando. 28

† Quarta, quod inductum est fauore alicuius, non debet odium 29 generare, neq; è contra, *l. quod fauore, C. de legib.* † Ideo legatum factum alicui coniuncto in dubio dicitur factum, vt lucrum afferat, 30 nō autem damnū, *l. legatū ff. de leg. 2.* Vide, *Legatum quid sit. Concl. 33.* 31

† Quinta, vt præsumatur voluntas testatoris conformis iuri; quia in dubio testator velle præsumitur id, q̃ ius disponit. Alex. *consil. 4.* 32 *n. 12. & cons. 15. n. 5. lib. 4.* Crau. *cons. 75. n. 5.* Ceph. *cons. 629. n. 19. lib. 5.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 6. in prim.* † Et ideo omnis dispositio cōformis iuri cōmuni censetur fauorabilis. Soc. Iun. *cons. 105.* 33 *n. 32 lib. 3.* Crau. *cons. 135. n. 3.* † Sexta, quod non præsumatur mens 34 supra potestatē; quia voluntas sine potestate nihil operatur, iuxta not. in *c. cū super Abbatia, de off. deleg.* † Et ideo mens patris nō censetur velle minuere id, q̃ debetur filio pro sua legitima, & pro legitima fratrū defunctorum. Rip. in *l. centurio, n. 126. ff. de vulg. & pupil.*

Mens & intentio contrahentium discordantium qualiter attendatur. Concluſ. 201.

1 ESt † regula, quod mens contrahentium magis attendi debet, quam verba; & hoc, si cōcordant in intentione ambo contrahētes; alias secus. Alex. *cons. 28. Visis, & accurate, n. 8. lib. 1.* & idē dicit Castr. *cons. 418. Quod dicit redditus, col. fi. ver. nos loquimur, lib. 1.* allegat *l. non solū, ff. de actio. & oblig.* † Extende, vt idem sit in vltima voluntate, & iis, quæ pendent ex voluntate vnius; quia statur dispositi, si cōstat de voluntate ipsius, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr.* Castr. *d. cons. 418. col. fi. in prin. lib. 1.* † Si vero cōtrahentes discordāt, vt quia vnus dicit, puta venditor, nō intellexisse comprehendere talem rem, quam non possidet, emptor dicit contrarium, quod intellexit, quod comprehenderetur; quia licet non possideat nunc, possidebat prius; distingue; quia si vēdidi alicui quicquid possidebā in tali loco intra certos fines, licet sciā me non possidere hodie certā partem, si nō certioraui emptorem ignorantem me nō possidere, teneor illi ex empto, ne decipiatur, *l. quæro ff. de actio. empti.* Castr. *d. cons. 418. circa fi. ver. quid dicendum, lib. 1.* & sic attenditur intentio emptoris, quando ignorauit. † Extēde; quia verba generalia prolata à venditore, quæ tendunt ad minuendū contractum, vel in præiudiciū emptoris, nō nocent emptori, si ipse ignorabat, & emptor sciebat, *l. 1. post princ. ff. de act. empt.* ideo interpretatio fit q̃ emptore ignorante cōtra venditorem scientē, vt omnia veniant, quæ credidit emptor venire, dummodo ex significatu verborū venire possint. Castr. *d. cōs. 418. col. fi. ver. nos loquimur, lib. 1.* † Vide tamē aliā distinctionem, quod stetur arbitrio iudicis; quæ fuerit mens contrahentiū, per Rom. in *l. stipulatio ista, §. in stipulationibus, n. 10. ff. de verb. obl.* † Sed si ambo sciunt, videlicet vēditor & emptor sciunt rem venditam simpliciter esse communem cū alio, sed nihil exprimunt, & facta venditione emptor dicit totā rem emisse, venditor partem suā, semper statur venditori, non emptori. Rom. *cons. 396. In casu propositæ, in fi. n. 4. ver. sed adu.* † Et quod intētio venditoris sit attendenda, nedū circa rem, sed etiam circa pretium; quia venditor intellexit de pretio 20. emptor de pretio 40. statur intentioni venditoris, nō autem emptoris. Rom. *d. cons. 396. in fi.* † Vide Bart. *cons. 59. Commune Spoleti, n. 5. ver. præterea si aliter intelligas, lib. 1.* quia vitiatur stipulatio, & contractus, quando partes nō se exaudiunt, vt quia vnus vno modo sensit, alter alio modo. Vide, *Consensus fit multaneus. Concl. 750.* Vide, *Mens, & ratio, &c. Concl. 199. n. 58. & seq.*

Mensura vna permissa, reliquæ sunt prohibitæ, & quando. Concluſ. 202.

STatutum, † quod vendentes vinū ad minutum debeant seruare certas mensuras, & soluere certū datiū, operatur, q̃ vendens ad aliam mensuram, nedū non euitat pœnam, si non soluit datium, sed imo viderur contraueniſſe omnino; quia vna mensura data aliæ sunt prohibitæ, ne aperiatur via fraudibus. Bald. *cōs. 198. Statum cauetur, lib. 2.* † Contrariū tenet Bart. *cons. 12. Statutum est, lib. 2.* vbi si prohibetur venditio vini ad minutū sub certa pœna, is, qui vendidit vinū ad sālmas, & barilia faciendo pretiū ad rationem sālmæ, & barilis, licet emptor miserit ad recipiendū in flaschis, nō incurrit pœnā; quia mensuræ prauæ, prout fogliettæ, boccalia, & flaschi dicuntur ad minutū secundū cōmunem vsum; aliæ mensuræ maiores nō sunt prohibitæ, etiā si reducātur ad minutas; quia debent attēdi verba statuti, q̃ loquuntur de vēditione ad minutū, non de mensu-

3 mensuratione. † Declara iudicio meo; quia si fieret in fraudem statuti, vel aperiretur via fraudibus, crederem primam opinionem Baldi veriorem; quia homines conuenirent de facili de vendendo ad grossum, licet intentione venditio esset. Vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Concl. 71.*

Mensura qualiter facienda, & quid operetur. Concl. 203.

1 MENSVRA † ordinata ad palmos, vel cannas, seu alias, qualiter sit facienda, & regulanda, Vide plene Fed. de Sen. *cons. 201. Ad primum, n. 5. ver. ad nonum*, vbi, quod attenditur observantia in præteritum loci, si non apparet obseruãtia locorum vicinorum, si varietas esset, seruatur, quod est æquius; vel quod seruatur in loco factæ dispositionis, sin minus standum peritis, & si discordant maiori parti, si non reperitur maior pars, recurritur 2 ad statuentem. † Mensura vero, quæ venit ex dispensatione legis, seu hominis conuentione, qualiter fiat, an per terram recto tramite, an per terram secundum vias frequentatas, an per aerem recto tramite, declarat Alex. *cons. 22. Consideratis verbis. lib. 4. per tot.* vbi, quod ex diuersitate materiæ, & intentionis fit diuersis modis. 3 † Primo sit per terram; & vias frequentatas, si agatur de dictis ad comparendum; quia is, qui debet comparere, non tenetur ire per terram recto tramite extra vias frequentatas. Alex. *d. cons. 22. in prin. lib. 4.* allegat *l. eos, in fi. ff. de solut. & nu. 3. ver. ad prædictorum*, vbi quod si via etiam esset longa propter stagnum aquarum, 4 illa attenditur. † Secundo potest fieri mensuratio per terram recto tramite, & non per vias cõsuetas, quando ageretur de distantia per terram, de loco ad locum, & tunc fit mensuratio per directionem, sed tamen valles, & montes reddentes longiorẽ mensuram descendendo, & ascendendo computantur. † Tertio fit 5 mensuratio etiam tortuosa per terram ex mẽte statuentium, veluti si statutum prohibet ædificari posse molẽdinum vicinum alteri molendino per centum perticas; nam si essent vicina molendina per aerem, vel per terram intra centum perticas, sed secundum cursum aquæ tortuosum, vltra 100. perticas attenditur mẽsura, isto casu per mensuram tortuosam secundum decursum aquæ; quia moti censentur isti ea ratione, ne aqua regurgiteat, & impediat primum molendinum, quod non ita de facili facit, si 6 decurrit tortuosa, Alex. *d. cons. 32. per tot.* vbi est casus, *lib. 4.* † Quarto fit mensuratio per aerem, quando statutum loquitur de vicino, quod per tot milliaria non possit esse officialis; quia tunc attenditur distantia recto tramite per aerem. Alex. *d. cons. 22. in princ. ver. sed si mensuratio, lib. 4.* † Declara tamen, nisi obseruaret cõmunis vsus loquendi probatus; quia ille vsus debet attendi omnino. Alex. *d. cons. 22. n. 6. ver. quinimo, lib. 4.* vbi apostil. *in ver. consueta*, dat 8 concord. † Mensura conuenta fieri, siue in venditione, siue in datione in solutum, vel alio contractu, operatur, quod donec fiat contractus, pendet quasi sub conditione. Bart. *cons. 121. In quæst. in princ. lib. 1.* & ideo dicitur perfecta, vt ibi apost. *in ver. ante mensurationem.* Alex. *cons. 176. lib. 6.* Rom. *cons. 74.* Corn. *cons. 79. lib. 3.* & idẽ 9 Bart. *cons. 74. in fi. lib. 1.* † Mensura verò altitudinis qualiter consideretur, & fiat, vide Bald. *cons. 125. Domus constituitur. nu. 2. ver. modo videamus, lib. 3.* Vide, *Altitudo quid sit, & qualit. & c. Concl. 318.* † Mensura expressa tot iugerum excludit maiorem numerum; quia videtur inducere taxationem, & maxime, quando pluries mensura 10 exprimitur causa dispositionis, & non causa demonstration s. Alex. *cons. 159. In causa, & lite, n. 7. ver. nam ill. 1 verba, lib. 5.* † Et maxime, quando vltra mensuram, & confines fuit dictum, quod 56. bubilcæ non comprehenderentur in dictis bubulcis 200. expressis; quia signum est, quod mensura exprimitur ad limitandum, 11 Alex. *d. cons. 159. n. 6. lib. 5.* † Extende; quia petia terræ, quæ est vltra numerum mensuræ expressæ, non potest includi in inuestitura concessa tot tornaturarum, quando illa superabundaret. Alex. *d. cons. 159. In causa, & lite. n. 5. ver. & apparet, lib. 5.* vbi apostill. *in ver. numerum*, dat concord. † Et hoc maxime est verum, quando is, qui 13 concedit, confinat bonis concessis; quia necessario mensura videtur facta ad taxandum, & limitandum. Alex. *d. cons. 159. n. 7. ver. & mihi magis placet, lib. 5.* concord. Soc. *cons. 32. lib. 4. ver. sed in casu nostro.* † Contrarium Corn. *cons. 59. colu. 2. circa fin. lib. 4.* Paris. *cons. 64. col. antep. in fi. & pen. in prin. lib. 1.* Vide Mascard. *Concl. 524. Distantia*, vbi, qualiter probetur distantia loci à loco, & dicit per famam, & communem opinionem, & qualiter testes debeant reddere causam scientiæ, Vide eum.

Mentiri aliquem dicens, quando possit de iniuria puniri, vel non. Concl. 204.

authoritate tutoris, si impubes, & cum authoritate curatoris, si pubes, etiam si sine decreto, tenet Sign. *consil. 227. num. 2.* vbi probat hoc modo; quia licet non possit transigere, neque alienare, bene potest se obligare. † Declara tamen; quia hypotheca, & sic 6
obligatio realis non valet sine decreto; Signor. *d. consil. 227. num. 2.*
† Amplia; quia nõ valet obligatio minoris, etiam si is, qui est cu- 7
rator illius, insolidũ nomine proprio expresso se obligat cũ minore; quia non propterea validatur obligatio minoris, quasi cõsensisse videatur curator, quando nullum verbum est habitum, quod tanquam curator; quia licet obligari insolidum videãtur, & vnus alteri consentire; tãmen in curatore requiritur expressio, vt tanquam curator se obliget. Sign. *consil. 190. Simonolus, per totum.* † Amplia; quia minor non potest alienare sine solemnita- 8
tibus à iure requisitis, & sunt ob æs alienũ soluendũ, & sic ex necessitate, vel ob euidentem vtilitatem pupilli, seu minoris cognitam, & oportet, quod constet non extare res mobiles commode vendendæ, & quod res vendendæ subhastentur, & de licentia, & authoritate tutoris, si pupillus, seu curatoris, & quod decretum prætoris interponatur, vt per Alex. *cons. 125. Visis, & consideratis, col. 2. ver. ergo cum statutum, n. 1.* † Extende; quia non potest impubes ẽt 9
cum authoritate curatoris sine decreto iudicis alienare. Sign. *d. cons. 227. n. 1.* † Extende; quia neq; potest transigere. Sign. *d. cons. 227. nu. 2.* vbi, quod vltra authoritatem tutoris requiritur etiam 10
decretum iudicis. † Restringe, nisi interueniat decretum Principis; quia supplet omnes solemnitates. Ang. Aretin. *consil. 12. Vi-* 11
detur dicendum, n. 20. in fi. cum seq. ver. confirmantur etiam. † Restringe, vt non procedat ampliatio in donatione, & alienatione, quæ 12
fiat titulo lucrativo, sed solum, quando fiat alienatio titulo oneroso; quia causæ prædictæ requisitæ non possunt adaptari ad donationem; igitur statutum ser ferens ad solemnitates iuris cõmunis non potest loqui in donatione. Alex. *d. cons. 125. n. 3. v. vnde omnis difficultas, lib. 1.* † Amplia; quia adultus non potest obligari si- 13
ne curatore; ideo si suscepit tutelam minoris, non obligatur, vt tutor, neque vt negociorũ gestor, maxime stante statuto Florentiæ generaliter loquente, quod non possit vllo modo obligari. Alex. *cons. 196. Perspectis, in pr. lib. 6.* † Extende; quia procedit statu- 14
tũ generaliter loquens, etiam quando minor contrahit cũ minore; quia statutũ debet addere iuri cõmuni, quando damnum indebite non infert. Alex. *d. cons. 196. in pr. lib. 6.* vbi maxime procedit, quando minor est etiam filius familias; quia non potest obligari sine consensu patris. † Amplia; quia confessio minoris non 15
valet in sui præiudicium sine solẽnitatibus. Rom. *cons. 257. Ex tribus, n. 3. vers. tertio quia.* † Limita; quia sicuti minor sine decreto nõ 16
alienat stabilia, sed bene mobilia, ita etiam ab euentu alienat vel non actionem, prout applicatur mobilibus, vel stabilibus. Bart. *cons. 70. Reuerendissime Domine, num. 3. ver. quarto præmitto, lib. 1.* † Ex- 17
tende, vt idem sit, qñ pecunia est in obligatione, facultas soluendi est in bonis stabilibus ad fauorem minoris, tunc ab euentu

minor potest alienare actionē, quatenus pecunia soluatur, quatenus bona stabilia, quæ sunt in facultate, secus, ita Bart. *d. cons.* 70.
18 *nu.* 4. *& seq. lib.* 1. † Extende, quia non competit minori restitutio, quando actionem ad rem mobilem, vel rem mobilem cessit, seu alienauit. Bart. *d. cons.* 70. *in fi. lib.* 1. secus si donauit, vt ibi *in princip.*
19 † Declara, quia eadem solemnitas requiritur in alienatione realis actionis ad rem immobilem, quæ est necessaria ad ipsam rem. Alex. *cons.* 27. *Attentis n.* 6. *ver. nam illud iudicamus. lib.* 3. vbi apostill.
20 dat concord. † Limita, quando iudex ex certa scientia supplere voluit pro curatore; quia tunc potest supplere curatorem, *l. si curatorem, C. de in integr. restit. minor.* Alexand. *consil.* 125. *numer.* 3.
21 *ver. vnde omnis, lib.* 1. † Limita in iis, in quibus reputatur maior, de quibus habetur per gloss. *in cap. ex parte, de restit. spoli. at in cap. si annū,*
22 *de iudic. in* 6. *cum ibi not. at.* Gemin. *d. cons.* 68. *in princip. ver. restat.* † Limita circa res mobiles, & pecuniam; quia potest sine decreto alienare; imo donare, & valet alienatio licet restituatur, si lesus est, & contraria loquuntur in tutore & curatore. Bart. *d. cons.* 70. *Reuerendissime, per totum. lib.* 1. vbi, quod apud ipsum nullū habet dubium, & ibi apostill. *in ver. Reuerendissime,* dat concord. Alex. *cons.*
92. *Perspectis, in princip. lib.* 6. vbi loquitur in fructibus, pecuniis, & mobilibus; quia ecclesia, & minor possunt per tutores alienare
23 sine solemnitatibus; & idem in actione, quæ competit pro eis; ga est eiusdem naturæ. † Limita, quando minor iurauit iuxta *authen. sacramenta, C. si aduer. vend.* quia validatur contractus, & compromissum minoris factum cum iuramento. Gemin. *d. cons.* 68. *in pr. ver. sed quia hic interuenit.* Alexan. *cons.* 125. *Visis, & consideratis, num.* 5.
24 *ver. aut non interuenit. lib.* 1. vbi loquitur etiam stante statuto. † Restringe limitationem, vt nō procedat in constitutione procuratoris facta per minorem sine curatore cum iuramento; quia nō valet tale mandatum etiam cum iuramento; quia gloss. *in d. auth. sacramenta,* & dispositio illius *authen.* procedit solum, vbi contrahitur. Bald. *cons.* 309. *Queritur, vtrum, in princ. & cons.* 310. *Super eo,*
25 *quod per tot. lib.* 2. vbi multa pulchra dicit. † Limita, quando in cōtractu minoris non remittitur ius certum, neque purum, sed cōditionale, & reciprocum, tam pro eo, quam contra eum; quia nō potest prætendere se læsum. Bald. *cons.* 434. *Factum proponitur, lib.* 3.
26 *per tot.* maxime *num.* 2. *ver. secundus casus, lib.* 3. † Limita, quando minor causatiue obligatur propter causam lucratiuam, & ex liberalitate in eum collatam. Fulgos. *cons.* 223. *Ex facto proponitur, in fin.* vbi, quod si minor, cui ex liberalitate retrouenditur feudum, si faciat pactum de non vendendo alteri, valet tale pactum causatum à beneficio minoris. Vide, *Causatiue multa sunt. quæ, & c. Concl.*
27 161. † Extende, quia licet cum pupillo non valeat societas contracta, valet causatiue, quādo est facta communicatio minori ad ea-
28 ius vtilitatem. Alex. *cons.* 49. *n.* 9. *ver. & per prædicta, lib.* 1. † Extende, quia potest etiam pupillus, dummodo proximus pubertati, adire hæreditatem lucrosam sine curatore. Ias. *in l. moræ. ff. de acquir.*
29 *hæred. num.* 18. *& num.* 42. † Limita, quando nō pro alio contrahit; quia bene obligat mandātem, licet simpliciter contrahat nomi-
30 ne alieno Fulgos. *cons.* 75. *Ex facto proponitur, n.* 4. † Limita; quando curatorem non habet; quia valet contractus mero iure, licet restituatur, si est læsus in aliquo. Curt. Iun. *cons.* 168. *num.* 17. *& seq.* Alexand. *cons.* 49. *nu.* 4. *lib.* 1. Castren. *cons.* 52. *in fin. lib.* 2. Alexand.
31 *cons.* 196. *Perspectis, in princip. ver. nec dicatur, lib.* 6. † Extende; quia minor nō habens curatorem, quando est supra pubertatem, potest constituere procuratorem. Alex. *cons.* 123. *Viso processu, num.* 5.
32 *ver. & posito, quod Petrus, lib.* 2. † Limita; quia filius minor 25. maior 17. pro patre captiuo, vel carcerato, & pro debito ciuili, potest, imo tenetur se obligare, vt liberetur etiam fideiubendo, & non restituitur; quia lex facit eum maiorem in hoc; quia alias posset exhæredari, & priuari legitima, *authen. si captiui, C. de Episcop. &*
33 *Cleric.* vbi Bald. & tenet Castr. *cons.* 52. *in fin. ver. tertium, lib.* 2. † Limita; quia fructus, qui triennio perituri sunt, non requirunt solemnitatem, sed minor de eis potest disponere. Alexand. *cons.* 49.
34 *num.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 125. *num.* 4. *ver. ecce si pupillus, lib.* 1. † Extende; quia valet communicatio fructuum, & societas inter patruum & minorem circa fructus, maxime quando sunt præsumpti. Alexand.
35 *d. cons.* 49. *nu.* 2. *& seq. ver. sed præmissis, lib.* 1. † Limita; quia valet cessio minoris facta de actionibus competentibus pro legitima, quando iura cessa sunt alternatiua ad bona stabilia, & ad mobilia, quia donec debitor elegerit stabilia, valet, licet postea secus, ita Bart. Alexand. & Ias. *in l. si ff. de leg.* 1. Alexan. *cons.* 125. *Visis, & con-*
36 *sideratis in fi. lib.* 1. † Extende multo magis, quando iura cessa, vel donata sunt applicabilia ad mobilia, quæ seruando seruari non possunt. Alexand. *d. cons.* 125. *num.* 4. *lib.* 1.

Minor cum iuramento valide contrahit, & quando secus. Concl. 253.

CONTRACTVS † celebratus à minore 25. annis, maiori tamē 14. cum iuramento valet, *authen. sacramenta puberum, C. si aduer. venditio.* Bald. *cons.* 258. *Quantum ad primum, lib.* 5. Castren. *consil.* 290. *Visa supra scripta, num.* 2. *colum.* 2. *in princ. lib.* 2. † Ratio; quia iu-
2 ramentum minoris repræsentat eum maiorem. Alex. *cons.* 59. *nu.*
3 3. *& 4. lib.* 5. † Declara tamen; quia intelligitur de iuramento, per quod dicat se maiorem 25. annis, vel promittat obseruare, & nō
3 contrauenire, secus si iuramētum esset super eo, quod maior 14. annis; quia nihil operatur ad validitatem contractus. Bart. *consil.*
162. *In quæstione, ver. nec potest dici. num.* 2. *lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si iuramentū in contractu minoris fuerit præstitum à
4 procuratore habente mandatum speciale à minore ad iurandū in animam principalis; gloss. & Doctor. *in cap.* 1. *§. item Sacramenta, de pace iuram. firm. in vsib. feud.* & est de mente Bart. *in l. qui bona, §. si*
5 *alieno. ff. de d. am. insect.* † Ratio prædictæ extensionis videtur; quia quem actum potest pupillus facere de per se, ad illum faciendū
6 potest solus constituere procuratorem, gloss. Bartol. & Doctor. *in l. 3. ff. rem rat. hab. & in l. neque tutores, C. de procurator.* Socin. *consil.*
131. *vol.* 4. *& consil.* 239. *ver. sed præmissis, lib.* 2. † Amplia; quia iuramē-
7 tum etiam impuberis proximi pubertati, quando est doli capax, obligat ipsum; secus, si non esset proximus pubertati. Calderin.
8 *consil.* 184. alias 8. *de intreiuran.* & communem * opinionem dicit Bart. *in authen. sacramenta, num.* 8. *& 9. ver. quæro, quid si iurauit pupil-*
9 *lus, C. si aduer. venditio.* † Contrarium, & quod non sit communis opinio, dicit Fulgos. reprobando Bartol. *cons.* 237. *Finus Guidonis,*
10 *colum.* 2. *circa med.* vbi, quod nullo modo obligatur impubes, etiam proximus pubertati contrahens cum iuramento Bald. *cons.*
96. *Pupillus, num.* 2. *lib.* 5. † Imo, quod neque obligetur iuramento
8 impubes proximus pubertati, licet interuenerit authoritas tutoris, quando esset læsus. Fulgos. *d. consil.* 237. *colum.* 2. *ver. & in pri-*
9 *ma.* † Amplia, vt procedat etiam in donatione; quia minor 25.
9 annis donans cum iuramento obligatur, & valet donatio propter Sacramentum, *& d. authen. Sacramenta puberum,* habet locum etiam in donatione. Soc. *cons.* 279. *Visa donatione, in princip. lib.* 2. vbi dicit * communem, Bald. *cons.* 163. *Super eo, in fin. lib.* 4. Alexan.
9 *cons.* 125. *num.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 59. *in princ. lib.* 5. † Contrarium, quod
9 minor non possit donare; quia donare est perdere, etiam si iuraiuit, non valet donatio; quia non potest habere curatorem ad donandum. Alex. *d. cons.* 125. *Visis, & consideratis, col.* 3. *n.* 2. *ver. quarto*
10 *& vltimo, lib.* 1. licet *n.* 3. teneat contrarium de iure cōmuni. Abb. *cons.* 107. *n.* 3. *ver. restat nunc cum seq. lib.* 2. vbi, quod datur absolutio à iuramento, & restituitur aduersus contractum ex læsione, quatenus contractus firmetur iuramento, & quatenus non firmetur, ex quo est nullus, agit sine alia restitutione ad vendicationem bonorum donatorum. † Imo videtur, quod si statutum
11 det formam contractibus minorum, vt si interuenit decretum iudicis, & authoritas proximiorum, videtur, quod cum istis solemnitatibus, & iuramento non valeat donatio; quia statutum de ea non disponit. Alex. *d. cons.* 125. *num.* 2. *in fin. ver. præterea, lib.* 1
12 *& num.* 3. *ver. vnde omnis difficultas.* † Extende etiam in donatione bonorum feudalium cum iuramento; quia valet quoad eum. Alexand. *cons.* 150. *in princip. lib.* 6. † Extende, vt procedat, etiam si
13 non sit facta mentio minoris ætatis; quia sufficit, quod iurauerit non venire contra, nisi interueniisset dolus donatarii, Bald. *cons.*
14 163. *in fi. lib.* 4. † Extende, vt procedat, etiam si extet statutum annullans contractum minoris iuratum, si non est seruata certa so-
15 lemnitas requisita, quia tale statutū non valet. Soc. *d. cons.* 279. *in*
16 *capr. v. quib. præsuppositis, lib.* 2. vbi dicit hanc magis * cōmunē. Alex.
17 *cons.* 27. *Viso libello, & tot. lib.* 1. vbi dicit * magis communem, & plenissime *cons.* 59. *Viso instrum. in pr.* maxime *n.* 3. *& seq. lib.* 1. Vide infra
18 *n.* 23. *& seq.* † Extende, ēt si statutum requirat vltra solemnitatem inductam aliam solemnitatem iuris cōmunis, quia in donatione de iure cōmuni non aptantur solemnitates, quæ requiruntur in alienatione onerosa; ideo valebit cum iuramento minoris. Alex.
19 *d. cons.* 125. *n.* 3. *ver. vnde omnis, lib.* 1. † Extende, vt procedat ēt ipsa minori sit interdicta administratio bonorū, tanq̄ prodigo; quia talis interdictio non respicit præteritos contractus factos, & qui non est legitime facta. Soc. *d. cons.* 279. *n.* 3. *ver. præterea potest dici, lib.* 2.
20 vbi loquitur in donatione facta fratri iurato, cum decreto iudicis, & præsentia vicinorū, & de medietate bonorū. † Amplia; vt in tantū valeat donatio facta à minore supra pubertatē cū iuramento, vt nec debeat restitui in integrū. Soc. *d. cons.* 279. *in pr. vers.*
21 *lib.* 2. † Restringe, vt non procedat, qn fuit à iuramento absolutus, & qa ex quo donas semper læditur, debet absolui secundū * cōmunē, & absolutus restituitur cōtra contractū ex læsione, vel dolo

plura

plene Abb. *cons.* 107. *Quatuor sunt, num.* 3. *ver. restat nunc, per tot. lib.* 2.
19 † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando minor in specie non renunciauit restitutioni in integrum cũ iuramento, & non fuit certificatus de importantia; quia si non apparet certioratio, iuramentũ, & consensus minoris non trahitur ad ignorata, & præsumitur ignorare, si non fuit certioratus, maxime, qñ tractat de damno vitando. Dyn. *cons.* 5. *Quæstio talis est, per totum,*
20* † Contrarium Alex. *d. cons.* 27. *per tot. lib.* 1. vbi dicit * communem & magis communem, quod imo iuramentum reddit maiorem,
21 & certum, & quod sufficit certioratio in genere; † Amplia; quia nedum *auth. sacramenta puberum. Cod. si aduer. vend.* habet locum in contractu, sed etiam in distractu; ideo minor distrahens, & promittens cum iuramento non venire contra obligatur. Bald. *cons.*
22 408. *Super eo, quod. per totum, lib.* 4. † Etan præceptum guarentigiæ operetur validitatem alienationis bonorum stabilium minoris, an potius sit nullum etiam præceptum tanquam super cõtractu nullo, quod verius est. Bald. *in l. si absentis. C. si cert. pet. & in addit. ad Speculat. de appellatio. § minori* 25. *annis.* Castren. *in l. final. ff. de constit.*
23 *pecun.* † Amplia, vt procedat, etiam si extaret statutum, quod minor non posset obligari sine consensu proximiorum, & sine certa solemnitate, & quod contractus sit nullus; quia si non facit mentionem de iuramento, contractus minoris valebit cum iuramento sine solemnitate. Bald. *cons.* 408. *per tot. lib.* 4. Alex. *cons.* 72.
24 *num.* 2. *& seq. per tot. lib.* 1. *sup. num.* 14. *& seq.* † Extende, etiam si fiat mentio de iuramento, sed non, quando iurauit se maiorem; quia tunc statutum non habet locum hoc casu. Anch. *cons.* 226. *Legitur in canone. per tot.* vbi, quod præsumitur ex dolo dixisse se maiorem,
ideo obligatur. † Vide, *Absolutio à iuram. &c. Conclus.* 59. *nu.* 42. *&*
25 *seq.* † Amplia in omnibus contractibus celebratis ab adulto cum
26 iuramento; quia valent, dummodo cessante metu, vel dolo sint
27 celebrati. Bald. *cons.* 391. *Quidam G. adultus, in princ. lib.* 5. † Extende; quia contractus adulti iuratus, nedum valet quoad adultum, sed etiam quoad illius successores; quia sufficit, quod iuramentũ semel validauerit contractum. Bald. *d. cons.* 391. *in princ. lib.* 5. † Declara, quando materia alienata est talis, alias secus, prout in alienatione feudi facta per minorem; quia valet ipso viuente, & non
28 ligat successores vocatos ad feudum, nisi sint alienantis hæredes.
29 Cast. *cons.* 290. *per tot.* maxime *in fi. n.* 4. *lib.* 2. † Restringe, quando quis esset adultus, & prodigus simul, cui bonis esset interdictũ; quia licet contrahat tanquam adultus, & iuret; tamen non valebit contractus ratione prodigalitatis. Bald. *d. cons.* 391. *per tot. ma-*
30 *xime n.* 4. *vsque in fi. lib.* 5. † Amplia; quia pubes minor 25. annis si facit contractum cum iuramento, iuramentum repræsentat eum maiorem. tam quoad ætatem, quam quoad restitutionem in integrum. Castr. *cons.* 290. *Visa supradicta, n.* 2. *lib.* 2. vbi, quod iuramẽtum tollit nullitatem ex defectu ætatis, & restitutionis in inte-
31 grum; quia reputatur maior † Extende etiam in pubere, dummodo iuret cum authoritate tutoris, & sit doli capax. Abb. *cons.*
* 39. *Duo sunt. circa fi. ver. secundo principaliter, lib.* 1. vbi dicit * commu-
32 nem. † Declara; quia licet contractus factus à minore supra 14. annos medio iuramento valeat, & obliget eum, debet intelligi, vt renunciauit minori ætati; possit tamen agere vt maior, puta ad læsionem item restitui in casu, in quo maior restitueretur; qa iuramentum, & renunciatio facta super minori ætate repræsentat maiorem; ideo debet posse omnia, quæ posset maior contra-
33 hens. Fulg. *cons.* 237. *Finus Gaulonius, in princ.* † Contrarium tenet Imol. *cons.* 1. *n.* 9. vbi, quod non procedit, quando iurauit non venire contra aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto; secus si simpliciter iurauit non venire contra; quia debet intelligi ratione minoris ætatis; ideo si posset maior contrauenire, ét minor, q iurauit; quia in hoc habetur pro maiore propter iuramentum;
34 ideo non excluderetur à beneficio maioris. † Declara; quia cõ-
* munis est * opinio, quod minor contrahens simpliciter cum iuramento censetur solum renunciare benef cio minoris ætatis, & propterea non excluditur à beneficio, quod competit maiori, p-
* ut si est læsus vltra dimidiam, vel dolo, aut metu fuit inductus, *
communẽ dicit apost. ad Ant. de Butr. *cons.* 45. *in ver. Minoris.* alle-
* gat Dec. attestantem de * communi *cons.* 403. *col. pen.* Crau. *cons.* 7.
n. 5. *& cons.* 192. *n.* 2. secus si minor cum iuramento promisisset nõ agere contra contractum ex capite minoris ætatis, neque ex alia
35 quacunque causa. Crau. *cons.* 188. *n.* 3. † Amplia, vt procedat, etiã si minor non contraxit, sed cõtractui facto eius nomine consen-
sit cum iuramento; quia obligatur ratione iuramenti. Ang. *cons.*
* 36 50. *Testator quidam, num.* 3. *ver. solum igitur.* Castren. *cons.* 290. *num* 2.
col. 2. *in princ. lib.* 2. vbi dicit * communem. † Restringe, vt non p-
cedat, quando constituit procuratorem cum iuramẽto; quia nõ obligatur, ex quo non contrahit. Bald. *cons.* 309. *Quæritur, vtrum, in*

princip. & cons. 310. *Super eo, quod, per totum, lib.* 2. vide apostill. *ad d. v.s.*
35. *Guid. Pap.* quæ citat plures pro hac parte. † Contrarium ten t 37
Angel. *cons.* 50. *in fi. ver. super secundo.* Guid. Pap. *decis.* 35. *Si adultus,* v-
bi dicit ita decisum, & de stylo teneri, & plenius *decis.* 494. *Sententia lata, num.* 2. *ver. sed aduerte ad præmissa,* vbi apostill. allegat eundẽ
Guid. Pap. *cons.* 104. † Amplia; quia etiam minor cum iuramen- 38
to obligatur fideiubendo pro alio. Crauet. *cons.* 613. *per totũ.* † Am- 39
plia; quia constituit procuratorem solus cum iuramento, & valet, plene Boer. *decis.* 92. vbi pro vtraque parte, & dicit hãc veriorem, & seruari in practica, vt dicit Capel. Tholos. in loco per eũ allegato. † Amplia; quia minor iurans contractum excluditur à 40
restitutione in integrum. Bologn. *in additio. ad cons. Ioan. de Anan.* 100. vbi late. † Contrarium tenet Abb. *cons.* 107. *num.* 6. *& sequent.* 41
lib. 2. vbi, quod illud dictum intelligitur, nisi à iuramento absoluatur. † Amplia; quia minor, quæ approbauit testamentum patris medio iuramento, excluditur ab omni querela inofficiosi; 42
quia si dicatur, quod est minor, potest replicari, quod iurauit, & iuramentum facit illam maiorem; igitur valet approbatio, ac si facta esset à maiore. Castill. *cons.* 24. *n.* 56. *& seq. ver. & si dicatur.* Amplia; † qa minor 25. annis si liberat tutorem, vel curatorẽ, aut ad- 43
ministratorẽ cũ iuramento, statim tollitur actio tutelæ, vel curæ, aut administrationis, & facit minorem esse maiorem; ideo conualidat iuramentum ipsum contractum celebratum à minore cum iuramento, ac si esset celebratus à maiore, *authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit.* quę inducit nouum remedium temporale, quod minor iurans repræsentetur maior, & ita declarat Castill. *cons.* 24. *num.* 57. *cum sequen. vsque in fin. ver. denique ergo,* vbi plenissime. † Extende, vt procedat, etiam si fuit minor habilitatus à 44
iuramento per Papam, vel Episcopum, prout fit; quia talis habilitatio, licet tollat vinculum animæ, quo ligatur iurãs, ne audiatur, si contrarium velit asserere; non tamen tollit vinculum temporale inductum à legibus ciuilibus, quod minor efficiatur maior; quia ex quo actus statim, quod iurauit, recepit suã perfectionem, nõ potest tolli, quia tolleretur vinculum temporale, & sus tertio quæsitum, plene Castil. *d. cons.* 24. *n.* 60. *& seq. ver. eius causa, vsq; in fi.* vbi, q in hoc dicitur vinculum ciuile, quod tolli non põt per Papam, licet credam non esse verum; quia cum iuramentum sit omnino spirituale, & per solum ecclesiasticum possit cognosci de eo; ergo, & de effectu resultante. † Amplia; quia minor ẽt im- 45
pubes, si est doli capax, potest cum authoritate tutoris pacem facere, Abb. *cons.* 108. *per tot. lib.* 2. Vide, *Pacem facere qui possint, &c. Con-*
clus. 175. † Amplia; quia *d. auth. sacramen. puber.* quæ loquitur de 46
Christianis, habet locum etiam in Iudæis. Abb. *d. cons.* 39. *probe fi.*
ver. 2. *pr. lib.* 1. † Limita; quia minor liberando debitorem suum p 47
alimentis futuris ex pacto liberatorio cum iuramento tanquam læsus, & ex dolo re ipsa potest petere absolutionem à iuramento, & obtinebit alimenta. Anch. *cons.* 375. *Titius decessit, num.* 2. *& per tot.*
† Extende; quia potest venire contra transactionem iuratam su- 48
per alimentis futuris petita absolutione. Anch. *cons.* 37- . *num.* 2. &
allegat text. *in l. cum ii § si cum in annos, ff. de transact.* † Extende, vt 49
procedat etiam statute statuto Bononiæ, quod contractus cum certa solemnitate à minore non possit rescindi; quia non tollit particularem nullitatem ex iure resultantem, prout in trãsactione, vel remissione alimentorum futurorum. Anch. *d. cons.* 375. *nu.*
4. *& per tot. ver. venio ad submotionem.* † Extende in filia Regis minore, quæ renunciauit regno bis cum iuramento; quia læsa ex dolo, quæ inest re ipsa, potest petita absolutione à iuramento venire contra renunciam. Anch. *cons.* 339. *in fi. ver. restat vltimo.* † Exten- 51
de in minore, qui renunciauit hæreditati sibi delatæ, & confessus est habuisse pretium cum iuramento; quia petita absolutione potest venire contra ex dolo re ipsa. Ancharan. *consil.* 338. *Visa*
copia per totum. † Extende in liberatione minoris facta suo tutori 52
cum iuramento authoritate curatoris. & decreto iudicis; quia cum non probetur reddita ratio, & sit læsus ex dolo re ipsa, petita absolutione potest venire contra liberationem. Anch. *cons.* 330. *n.*
12. *& seq.* † Extende; quia minor, qui generaliter, & cum iuramẽ- 53
to absoluit tutorem ab administratione, nõ censetur approbare venditionem bonorum stabilium pupilli factam pupillo inscio; quia continet dolum, & iuramentum non extenditur ad dolosa, nisi fiat mentio. Bart. *d. cons.* 162. *In quæstione, per tot.* maxime *circa fi.*
lib. 1. † Extende in cõtractu celebrato per minorem cum iuramẽ- 54
to, & authoritate curatoris, in quo fuit narratum in procemio, q volebant partes deuenire ad exequutionẽ laudi, in quo minor debebat maiori, & maior minori; quia si in instrumẽto postea exequutio laudi facta est per minorem in eo, quod debet maiori, non è contra; imo liberauit maiorem ab iis, ad quę ipse tenebatur, liberatio, & instrumentum est nullum, tam de iure com-

muni, quam de iure speciali restitutionis in integrum petita absolutione. Anchar. *cons.* 180. *Visa diligenter. per tot.* vbi, quod dicitur ex falsa causa. † Extende; quia curator datus minori ad contrahendum in exequutione laudi, etiam si adsit clausula generalis, *cum pactis apponendis*, non poterit gratis liberare, vel donare & alias liberatio est nulla, si minor est læsus, competit restitutio petita absolutione non obstante iuramento. Anch. *d. cons.* 180. *per totum.* maxime *nu.* 8. *& seq.* † Limita; quia vbicunque minor leditur ex dolo, ex proposito, vel re ipsa, vel constat de errore, aut euidenti iniquitate, potest de iure communi rescindere contractum, tam de iure communi, quã etiam beneficio restitutionis in integrũ, non obstante iuramento, & authoritate curatoris. Anchar. *d. cons.* 180. *per totum.* vbi latissime. † Extende; quia iuramentum, de quo *in authen. sacramenta puberum, C. si aduer. vend.* intelligitur de sponte præstito per minorem, vt obligetur, sed si per errorem sit præstitum, non obligat. Castren. *cons.* 122. *Viso puncto, num.* 3. *in fin. versic. quarto loco. lib.* 2. † Limita, quando minor alienauit bona stabilia contra formam statuti inhabilitantis minorem, & decernentis contractum simulatum; quia iuramentum non confirmat. Ang. Aretin. *cons.* 92. *In casu supradicto, nu.* 20. *& seq.* vbi, quod simulatio inducta impedit translationem dominii, & ius acquiri, *& num.* 34. *in fin. cum seq. ver. nec obstat.* inhabilitas impedit effectum iuramenti, quando non habet tres comites. † Limita; quia minor reuera non efficitur maior, licet in alio instrumẽto probetur ipsum asseruisse se maiorem, quia non infertur de vno negocio ad aliud diuersum. Fulgos. *cons.* 89. *In quæstione* 10. *numer.* 4. *ver. circa tertium.* † Limita; quia minor compromittens etiam cum iuramento super instrumento liquido, & guarentigiato cum iuramento non obligatur; quia non valet super re clara. Castren. *cons.* 429. *Visis, n.* 6. *lib.* 1. *ver. porro si dicatur.* † Limita, quando iurauit super compromisso, vel contractu celebrato contra formam statuti prohibentis personam; quia si contrarium faciat, peccat, & iuramentum non obligat ad peccandum. Castren. *d. cons.* 429. *in fin. lib.* 1. † Limita in pupillo, etiam proximo pubertati; quia ex iuramento nõ obligatur. Bald. *cons.* 96. *Pupillus, num.* 2. *lib.* 5. vbi, quod non valet renunciatio etiam cum iuramento certioratione facta per impuberem. Zabarell. *cons.* 92. *num.* 11. *& seq. ver. quo ad iuramentum*, vbi, quod non reperitur iure cautum, quod proximus pubertati obligetur ex iuramento; *& authen. sacramenta puber.* non habet locum, nisi in pubere. Afflict. *decis.* 322. *Dominus Ciccus*, vbi citat plurimos pro hac parte, & dicit esse *communem Legistarum. † Cõtrarium; quia si est doli capax, obligatur cum iuramento, est opinio Bart. *in d. auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendit.* quæ * est communis, & hanc tenent Canonistæ, quibus standum est. Afflict. *d. decis.* 322. *num.* 3. *& seq. ver. alia opinio*, & hanc tenuit consiliũ Neapolis, vt ibi. † Declara, quod imo *d. auth. sacramenta puber.* habet locum in impubere doli capace, quando iurauit cum authoritate tutoris. Abb. *cons.* 39. *Duo sunt, prope fi. ver. secundo principaliter, lib.* 1. vbi dicit * communem, & idem Abb. *cons.* 108. *Illud in effectu. in princ. lib.* 2. vbi dicit * communem, & comprobat per text. & gl. & Doct. quos videas. † Vide Afflict. *d. decis.* 322. vbi pro vtraque parte, an iuramentum obliget impuberem, & an requiratur absolutio, vbi restringit limitationem, nisi impubes iurasset se maiorem; quia esset in dolo; quod tamen intelligit, nisi is, cui iurauit se maiorem pubere, sciret veritatem, quod erat impubes etiã præsumptiue, prout si is, cui iurauit, esset consanguineus impuberis, qui præsumitur scire. † Restringe; quia licet pupillus, vel filiusfamilias non obligẽtur sine solemnitatibus à iure requisitis, intelligitur, quando nomine proprio; secus si vt ministri, & nomine alieno; quia obligant principalem, qui elegit eos. Fulg. *cons.* 75. *Ex facto proposito, n.* 4. † Limita; quia sicut minor pupillus non obligatur ex iuramento; ita etiã maior 14. & minor vigintiquinque, qui obligaretur regulariter iurando, non potest obligari, si contrahat cum curatore solus; quia in iis, quæ gerit cum curatore suo, repræsentatur pupillus, & impubes. Bald. *cons.* 201. *Vobis spectab. in fi. lib.* 3. quod duplicatur *cons.* 143. *Quanquam plenissime, lib.* 3. & plenius *cons.* 144. *Multa sunt, circa med. lib.* 3. † Limita; quia *d. auth. sacramenta puber.* non habet locum, vbi contractus potest argui de dolo, siue re ipsa, siue ex proposito, vel de iniquitate. Ancharan. *cons.* 330. *nu.* 14. *& sequen. & cons.* 339. *in fin. & cons.* 338. *in fin. & consil.* 375. *Titus decessit, n.* 2. *&* 180. *in fi.* † Et quod *d. authen. sacramenta pub.* non habeat locum, quando minor est deceptus enormiter; quia inest dolus, & iuramentum minoris nõ excludit eum, quin possit agere, si dolo fuit deceptus, vel seductus ad contrahendum in sui perniciem, plene Anton. de Butr. *cons.* 45. *per totum.* vbi late, & ibi apostill. *in ver. iuramento.* allegat Socin. *consil.* 263. *col.* 6. *lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 141. *colum. penult. post med.* Crauet. *consil.* 142. *nu.* 27.

† Et maxime procedit obtenta absolutione à iuramento; quia potest deceptus rescindere contractum, vel actione de dolo, vel officio iudicis, vel per restitutionem in integrum. Ant. de Butr. *d. cons.* 45. *per tot.* maxime *n.* 2. vbi maxime, quando absolutio est proinde, ac si non esset iuratum, vt ibi; quia transit in iudicatũ, & præiudicat. † Extende, etiam si plures renunciationes fecerit iuratas filia, quæ Regno renunciauit; quia petita absolutione non obstat renunciatio. Anchar. *cons.* 339. *in fin. ver. restat vltimo.* † Et quod iuramentum non conualidet contractum minoris, quando concurrit læsio enormissima propter dolum. Bald. *cons.* 113. *lib.* 1. *& cons.* 55. *lib.* 3. Anchar. *cons.* 39. Socin. *cons.* 263. *lib.* 2. Rub. Alexand. *cons.* 12. Cagnol. plene *in l.* 2. *num.* 91. *cum seq. C. de rescind. vend.* † Item non habet locum, nisi quoad sanandam solemnitatem iuris communis. Anchar. *cons.* 338. *in fi.* & communem * dicit * Anton. de Butr. *cons.* 45. *n.* 2. *ver. sed non audeo hæc ducere.* † Et quod iuramentum minoris non tollat solemnitatem statuti, tenet apost. ad Ant. de Butr. *d. cons.* 45. *in ver. non supplet*, vbi citat Abb. *cons.* 8. *in secundo dubio, lib.* 2. Dec. *cons.* 314. *n.* 27. Neuiz. *cons.* 8. *num.* 25. † Limita, quando minor alienauit, vel permutauit cũ iuramento bona sua contra statutum prohibens ob publicam vtilitatem; quia præsumitur ex dolo fecisse; ideo competit restitutio, & obtenta absolutione à iuramento non obligatur, neque tale iuramentum repræsentat eum maiorem, ex quo est super contractu reprobato, qui ex dolo aduersarii præsumitur inductus. Bald. *cons.* 177. *Istud, lib.* 4. † Extende, vt idem sit, quando minor contra formam statuti tollentem iuramentum, & annullantem contractus minorum sine certa solemnitate liberauit patrem cum iuramẽto non seruata forma statuti; quia non valet liberatio. Bald. *consil.* 483. *Viso statuto, lib.* 4. vbi in fin. dicit tutius esse, quod minor petat absolutionem a iuramento. † Contrarium, quod imo nõ valeat statutum tollens iuramentum, & inducens certam solemnitatem in contractibus minorum, & alienationum, plene Alex. *cons.* 125. *Visis, & consideratis, num.* 6. *& per tot. lib.* 1. † Declara; quia valet, si inducat præsumptionem doli, & metus contractus facti sine solemnitate; quia etiam ius diuinum potest ex causa limitari Anchar. *consil.* 330. *nu.* 14. *&* 15. † Limita, quia minor promittens non venire contra cum iuramento non excluditur à restitutione in integrum, maxime si est læsus, & non constat, quod fuerit certioratus. Fulgos. *cons.* 237. *Finus Guidonius, colum. pen. ver. superest tertia.* † Extende, etiam si authoritas tutoris interuenerit. Fulg. *cons.* 237. *circa fi. colum. pen. ver. nec mouet, quod tutor.* † Limita; quia iuramentum non validat alienationem pupilli sine solemnitatibus factam, quando extat statutum; prout Florentiæ, quod iuramẽtum præsumatur metu, & dolo extortum, quo casu non releuat, ne sit vinculum iniquitatis, *cap. inter cætera, 22. quæst.* 4. Corn. *cons.* 268. *Quanquam in hoc circa fin. lib.* 4. Anchar. *cons.* 330. *colum.* 4. Alex. *cons.* 151. *Viso themate, colum. penult. vol.* 7. Corn. *cons.* 175. *Visis articulis. colum.* 2. *&* 3. *vol.* 1. *& cons.* 121. *Videtur prima facie, col.* 2. *& cons.* 99. *Magnum dubium, col.* 1. *&* 2. *vol.* 4. & communem * dicit Ias. *in auth. * sacramenta puberum. colum. fi. C. si aduer. vendit.* Socin. Iun. *cons.* 3. *num.* 36. *lib.* 2. vbi post citatos per eum multum commendat communem opinionem. † Extende; quia minor potest venire contra instrumentum iuratum, quando statutum præsumit metu, & dolo extortum, tenet Curt. Iun. *cons.* 118. *num.* 6. *&* 7. vbi attestatur * de * communi. Soc. *cons.* 279. *col.* 2. *lib.* 2. Dec. *cons.* 536. *in fin.* † Extende in tantum; vt non egeat minor absolutione à iuramento tali casu. Socin. *cons.* 214. *col. fin. lib.* 2. Ias. *d. authen. sacramenta puberum, colum.* 2. *C. si aduer. venditio.* Cassad. *dec.* 1 *de empt. & vend.* & est ratio; quia dolus, & metus præsumitur à statuto, & habetur, ac si vere probatus esset. Curt. *cons.* 50. *per tot.* & quod non liget, & per consequens non requiratur absolutio. Bald. *in l. nec patroni, C. de oper. libert. Abb. cap. cum contingat, colum.* 6. *de iureiur.* Ias. vbi supra. † Extende; quia stante dicto statuto non etiam conualidatur alienatio, licet minor maior factus per quinquennium tacuerit, Bartol. p illũ tex. *in l.* 1. *C. si maior factus.* Curt. Iun. *d. cons.* 50. *Super statuto Tridentino.* Soc. Iun. *cons.* 3. *lib.* 2. Paris. *cons.* 100. *lib.* 1. late Alex. *cons.* 151. *num.* 14. *lib.* 7. † Contrarium tenet Paris. *cons.* 49. *lib.* 1. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 196. *cum seq.* maxime *nu.* 132. *& seq.* † Restringe; quia bene excusatur emptor à fructibus perceptis; quia ex contractu etiam inualido, & à iure reprobato transfertur dominium, *l. eleganter*, & ibi Bald. & alii, *ff. de dol.* vnde ratione dominii translati reus non tenetur ad restitutionem fructuum, nec ad compensandum cum meliorameniis. Vide plene Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de immunibus. Conclus.* 5. *Contractus minorum cum iuramento an valeant.*

* *
*

Mino-

Minoris contractus nullus qualiter conualidetur. Concluſ. 254.

MINORIS † contractus nullus; quia ſolemnitas non interuenit requiſita, ſi alias eſt iuſtus, conualidatur ſilentio 5. annorum, poſtquam minor eſt effectus maior, ita procedit tex. *in l. fi. C. ſi maior fact.* vt per Bald. *conſ. 45. Quandoque contractus, lib. 2.* Io. de Im. *conſ. 98. in fi.* & in quatuor caſibus ibi enumeratis per gl. res eſt ſine dubio; quia omnes conſentiunt. Menoch. *de recuper. remed. 15. n. 149.* plene Cruet. *conſ. 853. num. 4.* vbi, quod eſt ratificatio, non præſcriptio, & plures allegat Alex. *conſ. 117. Viſo proceſſu, lib. 5.* Corn. *conſ. 36. In hac conſultatione, lib. 2.* † Extende multo magis, quando interuenit decretum iudicis. Ioan. de Imol. *conſ. 98. in fin.* † Extende; quia etiam minori ſpatio conualidatur, ſi extet ſtatutum, prout Florentiæ. Ruin. *conſ. 69. in fin. lib. 1.* † Reſtringe; quia vltra caſus expreſſos non ſit extenſio ad alios caſus. Ruin. *conſ. 63. num. 21. in fin. ver. non obſtat, lib. 1.* † Amplia; quia contractus minoris nullus nedum ratificatur tacite ſed etiam expreſſe; ideo ſi minor conceſſit in emphyteuſim bona, & non ſint ſeruatæ ſolemnitates; ſi tamen recipiat canonem, poſtquam maior factus eſt, conualidatur cõtractus. Bald. *conſ. 184. Ad intelligentiam, per tot. lib. 2.* concord. Angel. *conſ. 50. in ſi.* vbi, quod ſufficit ratificatio tacita, vel expreſſa, poſtquam fuit maior effectus, pleniſ. Alex. *conſ. 117. Viſo, per tot. lib. 5.* † Extendit Alex. *d. conſ. 117. lib. 5.* vt procedat, etiam ſi tutor locauit, & fecit pactum, quod conductor poſſit francare bona locata; quia ſi francauit, & minor factus maior petat penſiones decurſas, conductor opponat de francatione, dicit Alex. quod ex quo petendo penſiones ratificauit locationem, quæ continet pactum francandi; ergo ſibi præiudicauit in totum. † Contrarium tenet a poſt. ad Alex. *dict. conſ. 117. lib. 5. in ver. aut non valuit*, vbi, quod peſſime conſuluit; quia locatio continet pactum francandi prohibitum, & diuerſum à locatione, ratificando locationem non ratificat pactum diuerſum, & nullum francandi, quod credo verius in ratificatione tacita, quę non extenditur, prout loquitur Alex. ſecus in ratificatione expreſſa; quia ſi ratam habuit locationem, & omnia contenta in ea, ſibi imputet. † Amplia; quia cenſetur approbare tacẽdo per quinquennium factus maior, etiam ſiparte pretii recepit. Dec. *conſ. 231. Dura admodum, n. 3. & ſeq. ver. & hoc in termino de min.* vbi alios citat. Vide, *Minor ſine decreto non, &c. Concl. 249.* † Amplia ẽt in pupillo, ſicut in minore; quia conualidatur poſtquam maior factus tacuit per quinquennium. Corn. *conſ. 207. n. 6. ver. & poſſet etiam, lib. 3.* vbi voluit arguere contrariũ; tamen dicit durum contra ſtimulum calcitrare. † Amplia; quia minor diuidens hæreditatem cum fratribus maioribus ſine curatore ſibi præiudicat, ſi poſtquam maior factus eſt, perſeuerauit per longum tempus. Bald. *conſ. 282. Proponitur, quod minor, lib. 2.* vbi dicit * communem, *& conſ. 234. Diuiſio à principio, lib. 4.* vbi, quod poſſeſſio retenta habet vim ſolemnis diuiſionis per tantum tempus. Crau. *conſ. 19. n. 4.* vbi, q; imo per lapſum quinquennii cenſetur nouam diuiſionem feciſſe. † Extende; quia is, qui emit bona infantis ab officialibus pupillorum Floretiæ, ſi per 30. annos poſſedit, talis titulus, quamuis non clarus, præbet tamen materiam præſcribendi. Ruin. *conſ. 69. col. fi. num. 13. & ſeq. ver. verum quia, lib. 1.* † Amplia; quia minor vendẽs ſine ſolemnitatibus ſi taceat per 5. annos, poſtquã eſt factus maior, venditio cõualidatur. Bald. *conſ. 189. lib. 5.* † Amplia; quia contractus minoris licet de iure communi, quando minor alienat ſtabilia, requirat decretum iudicis; ſi tamen interuenit iuramentum, conualidatur. Bald. *conſ. 238. Quantũ ad primũ, per tot. lib. 5.* Alex. *conſ. 27. Viſo libello, p. tot. lib. 1.* † Amplia; ẽt ſi tutrix vendidit cum decreto iudicis, & conſenſu proximiorũ, quia adhuc ſi minor factus maior tacuit per annos 5. ſciẽs conualidatur contractus. Io. de Im. *conſ. 98. in fin.* † Amplia; quia licet minor non poſſit quietare ſine decreto; quia eſt alienatio; ſi tamẽ maior factus ratificauit, videlicet tacuit per quinq; annos, conualidatur liberatio. Anch. *conſ. 242. Prius de viribus, nu. 6. & ſeq. ver. ſequitur, vt videamus*, vbi loquitur, quando minor poſſedit rem habitam per tutricem pro quietatione per quinque annos. † Extende; vt procedat, etiam ſi ſola tutrix mater quietauit, vel liberauit; quia ſi minor maior factus tacuit per quinq; annos, inducitur ratificatio, ex quo ſciuit, vel præſumitur ſciuiſſe geſta per tutorem. Anch. *d. conſ. 243. n. 6. per tot.* vbi loquitur, quando minor poſſedit habita per tutricem matrem per quinq; annos. † Extende etiã in obligatione ex ſcriptura priuata, vel ſubſcriptione minoris; quia ſi maior factus tacuit per quinq; annos, inducitur ratificatio, *l. 1. & l. ſi. C. ſi maior factus, l. 3. §. 1. ff. de minor.* & talis ratificatio tacita ſupplet defectum ſolemnitatis, & formæ, & reconualidat nullitates incurſas Aret. *conſ. 127. colum. 1. & 2.* † Extende in diuiſione; quia cum diuiſio ſit alienatio, licet minor non poſſi diuidere ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione; ſi tamen maior factus per quinq; annos ratam habuit diuiſionem, cõualidatur. Ruin. *conſ. 117. nu. 21. & ſeq. ver. venio ad vltimum, lib. 3.* Crau. *conſ. 19. num. 4.* vbi, quod cenſetur de nouo feciſſe diuiſionem eandem maior factus. † Extende idem in tranſactione; quia maior factus, & nõ contradicens cenſetur de nouo tranſigere. Cruet. *d. conſ. 19. nu. 4. & ſeq.* † Amplia; quia minor donans ſine ſolẽnitate, licet quinquennio taceat, poſtquam maior eſt factus, non conualidet donationem, bene conualidat, ſi tacet per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, Anch. *d. conſ. 242. n. 7. & 8.* vbi, quod tantum tempus ſupplet etiam defectum ſolemnitatis omiſſæ. † Amplia; quia duo ſunt tituli in Cod. alter eſt, *ſi maior factus ratum habuerit, libro ſecundo.* alter vero eſt *libro quinto, ſi maior factus alienationem ſine decreto factam ratam habuerit*, & quibus temporibus emanauerint, & in quib. diſcrepent, vide plene Menoch. *de recuper. remed. 15. n. 105. In quæſtione 15.* vbi, quod primus titulus loquitur de alienatione valida, ex qua minor prætendit læſionem; ſecundus loquitur de alienatione nulla ſine decreto, vt per lapſum temporis maior factus excludatur, in primo à læſione, in ſecundo à nullitate. † Differunt tamen; quia primus titulus, quando contractus eſt validus, & poteſt reſtitutione in integrum reſcindi, ſanatur per lapſum quatuor annorum, in ſecũdo caſu vt ceſſet nullitas, requiruntur quinque anni, ita Cephal. *conſ. 51. n. 16. lib. 1.* † Ponit inſuper ratihabitionem per minorem factũ maiorem tribus modis induci, primo expreſſo conſenſu approbando; ſecundo tacite non contradicendo; tertio modo facto aliquo interueniente, puta recipiendo fructus, canonem, vel pretiũ ex re alienata, ſeu intereſſe. Menoch. *d. remed. 15. n. 113. & ſeq.* licet ad duas ſpecies omnes reduci dicat tacite, & expreſſe, quaſi expreſſa dicatur, quæ facto fieret. † Differunt tamẽ; quia expreſſa non validat actũ nullũ à principio; ſed vt nunc; quia ab homine, qui non põt fingere, tacita autẽ, quæ eſt à lege, validat à principio contractum nullum; quia lex fingit, quod nullum ſit validũ. Menoch. *d. remed. 15. n. 150. vſque* 158. † Amplia, vt procedat regula, quod minor maior factus ratificet contractum, ſi per quinquenniũ taceat, tã in re minoris libera, q̃ in re minoris communi; quia ſi materia eſſet dinidua, ſibi præiudicat, prout in re libera. Menoch. *dict. tract. de recup. remed. 15. n. 129.* † Amplia; quia licet de iure communi quinquennium incipiat poſt completum 25. annum; tamen vbi ex forma ſtatuti, prout Florentiæ, ætas 18. annorũ habetur pro legitima ætate, quinquennium incipiet poſt 18. annũ, ita Caſt. *in l. 2. n. 9. C. de iis, qui veniam ætatis*, vbi Salyc. *n. 2.* Pariſ. *conſ. 49. n. 24. lib. 1. & conſ. 170. n. 29. lib. 1.* † Amplia; quia contractus etiam dolo cõtra minorem initus, ſi maior factus ſciuit dolũ, ratificatur; quia dolus futurus verus licet remitti non poſſit, bene poteſt remitti præteritus dolus, & maxime, q̃n ratificatio eſt expreſſe facta, vt quia facto, vel verbo, ita Pariſ. *d. conſ. 49. lib. 1. p. tot.* maxime *n. 42. & ſeq.* vbi, quod doli veri non præſumitur ſcientia. † Extende in dolo præſumpto, prout quando præſumptio inducitur à lege vel ſtatuto; quia tunc indiſtincte maior factus inducitur ratificatio, non obſtante dolo præſumpto, de quo maior factus præſumitur habere notitiam; ideo *l. 1. C. ſi maior factus*, loquitur de dolo vero, vt non remittatur, neq; ratificatio inducatur, & debet intelligi, niſi maior factus ſciuerit, & remiſerit ratificando: ita plene Pariſ. *d. conſ. 49. n. 37. & ſeq. per tot. lib. 1.* cum quo tranſit Menoc. *de recup. remed. 15. n. 132. & ſeq.* reprobato Curt. Iun. *conſ. 50. n. 7. & 8.* † Contrarium igitur tenet Curt. Iun. *conſ. 50. p. tot.* maxime *n. 7. & 8.* & idem tenet Vrſil. *in addit. ad Afflict. deciſ. 249. n. 9.* Rom. plene *conſ. 54. Viſis, num. 3. & ſeq. ver. contrarium puto*, & idemmet Pariſ. *conſ. 100. num. 69. & ſeq. lib. 1.* vbi reddit rationem; quia dolus à lege, vel ſtatuto præſumptus dicitur præſumptione iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. Ruin. *conſ. 170. De tribus, n. 29. lib. 1.* Barbat. *conſ. 42. Illud in medium. col. 6. ver. & aliàs cum iſta quæſtio eſſet Parmæ, lib. 1.* apoſtil. ad Rom. *d. conſ. 54. in ver. non potuit.* Socin. Iun. *conſ. 3. lib. 2.* Alex. late *conſ. 151. nu. 14. lib. 7.* Bart. *in l. 1. C. ſi maior factus.* † Amplia; quia quando concurrunt nedum tacita ratificatio per lapſum quinquennii, ſed expreſſa approbatio per approbationem factam verbis expreſſis, & facto recipiendo pretium, vel partem, & vlterius cõcurrit decennium; tunc nullo modo auditur etiam ex capite læſionis, vel reſtitutionis in integrum. Cephal. *conſ. 51. nu. 16. & ſeq.* Pariſ. *d. conſ. 49. n. 23. & per tot. lib. 1.* † Amplia: quia habet locum, quod minor factus maior cenſetur approbare contractum nullum quinquẽnio, ſiue nullitas ſit propter decretum omiſſum, ſiue ob aliũ defectum ſolemnitatis etiam comprehenſæ *in l. magis puto, ff. de reb. eor.* quod probat plene Menoch. *de recuper. remed. 15. numer. 140. &*

seq. maxime *nu.*148. vbi reprobat Corn. & tenentes contrarium
*cons.*207.*n.*7.*lib.*3. & allegat pro hac parte eundem Corn. sibi cō-
32 trarium *cons.*36.*nu.* 22.*lib.* 2. † Contrarium quod illa *l.fi. C.si maior fact.* non habeat locum, nisi quando nullitas est vna ex quatuor
casibus enumeratis per gl. extra illos non procedat, tenet Corn.
33 *cons.*207.*n.*7.*lib.*3. sequitur Capic. *decis.* 92.*num.*3. & *seq.* † Declara;
quia *d.l.fin.C.si maior fact.* non habet locum hodie de iure Canonico, cui standum est in eo, qui contraiura mercatur; quia dicitur malæ fidei; quia non præscribitur, nisi 30. annis, & deducto
tempore malæ fidei. Ant. de Butr. *cons.*45.*n.*3.*ver. non obstat. C.si maior*, sed loquitur in læso, & sic in remissione gratuita. Vide omnino
apost. ibi *in ver. l.fi.* vbi pro intelligentia citat Curt. Iun. *cons.*50. &
seq. Corn. *cons.*36.*lib.*2. & 207.*lib.*3. Paris. *cons.*49.*n.*24.*lib.*1. late Nat.
34 *cons.*195.*col.*1. & 2. *Pedemont. dec.*177.*num.*13. † Extende in contractu quocunque oneroso; quia procedit ille text. *in l.fi. Cod. si maior.*
35 Menoch. *d.remed.*15.*de recuper. n.*150. & *seq.* † Extende etiam in donatione remuneratoria. Menoch. *de remed.*15.*n.*159. vbi extendit
36 in donatione propter nuptias, vel ex causa. † Restringe in donatione gratuita; quia requiritur lapsus decennii inter prę̃sentes, &
20. annorum inter absentes, plene Corn. *cons.*36.*in fi.lib.*2. vbi *nu.*
17. & *sequen.* declarat, quis dicatur præsens, vel absens. Dec. *consil.*
209. *In causa proposito.* Ceph. *cons.*51.*nu.*17.*lib.*1. Menoch. qui alios citat *d. remed.*15.*num.*158. Socin. *cons.*147.*n.*10.*lib.*1. Abb. *cons.*11.*nu.*12.
37 Castren. *consil.*305.*in fin.lib.*2. † Declara; quia non procedit in eo,
qui contra iura mercatur. Anton. de Butr. *dict. consil.*45.*nu.*3. quia
38 malæ fidei. † Amplia; quia si maior factus per lapsum quinquennii approbat alienationem factam à tutore solo, sine decreto;
quia valet approbatio expressa, vel tacita. Alexand. *consil.* 117. *nu.*
2.*lib.*5. sequitur Dec. *cons.* 231. *Dur.*1.*num.*3.*in fin.* Paris. *cons.* 33.*num.*
39 30.*lib.*2.*cum seq.* † Extende, vt procedat, etiam si ex prima alienatione postea alia sit facta pro prima recuperāda; quia adhuc causa dicitur necessaria in secunda alienatione, & tacitus consensus duo specialia operatur, quando vnum venit in consequentiā
40 alterius. Alex. *d.cons.*117.*per tot.* maxime *in fin.lib.*5. † Amplia in omni prohibito alienare sine certa solemnitate, quando prohibitio est temporalis; quia lapso tempore prohibitionis si tacuit per
5. annos, conualidatur alienatio. Roman. *singul.* 778. *Iudex Bononiensis*, vbi apost. dat concord. sequitur Menoch. *de recuper. remed.*
41 15.*num.*170. Rom. *cons*54.*num.*3.*ver. secundo idem.* † Limita de iure Canonico propter malam fidem contrahentis cum minore, plures citat Menoch. *de recuper. d.remed.* 15.*nu.*187. Ant. de Butr. *consil.*
42 45.*nu.*3. vbi late. † Contrarium tuetur Menoch. vbi supra *num.*
388. & *seq.* quia non inducitur præscriptio, sed nouus contractus.
43 † Limita; quia *d.l.fin. C.si maior fact.* non habet locū in minore læso, qui contraxit cum tutore. Anton. de But. *d.cons.* 45.*num.*3.*ver.*
item suppono, vbi; quod requiritur præscriptio 30. annorum dedu-
44 cto tempore malæ fidei. † Extende; quia quando minor interrupit semel præscriptionem 30. annorum, non relevat. Ant. de But.
45 *d.cons.*45.*col.fi.in pr.ver. subducto autem.* † Extende; quia minor factus maior ita demum sibi præiudicat super contractu nullo, quem
videtur ratū habere quoad sui præiudiciū, sed non quoad præiudicium tertii, qui ab ipso minore, ante quā ratum haberet, quod
res esset feudalis ecclesiæ, emerat vti liberam; quia non præiudicat emptori ex actu facto post venditionem. Alex. *cons.* 129. *Pon-*
46 *deratis, in fi.lib.*1. † Limita; quia non habet locum, quando non in-
47 teruenit authoritas tutoris. Ruin. *cons.*63.*n.*23.*lib.*1. † Idem, si interuenit, sed nulliter, puta, quia ante factum inuentarium. Ruin.
48 *d.cons.*63.*n.*23.*lib.*1. † Contrarium tenet Menoch. *de recuper. remed.*
15.*n.*140. & *seq.* vbi *nu.*148. probat, quod procedit, non obstante
49 quocunque defectu. Vide supra *n.*21. † Limita; quia non habet locum, nisi in quatuor casibus, videlicet, quando minor vendidit
cum authoritate tutoris, vel curatoris; secundo, quando minor
celebrari etiam in die Dominico, & festiuo solemni priuatim, dummodo Missæ currentes solemniter celebrentur; secus esset, si omitterentur Missæ solemnes, & currentes; quia hoc fieri non potest. & hoc modo concord. opiniones Abb. *d. consil. 99. Videtur primo, in pr. lib. 2.* vbi, quod non satisfaceret sacerdos recipiens eleemosynam pro Missa mortuorum, si solum celebrat Missam currentem cum commemoratione mortuorum; quia plus operatur integra Missa pro mortuis, quam sola commemoratio, &
* dicit * communem, & esse opinionem Beati Thomæ, quę citat.
5 † Contrarium in hoc vltimo dicit Rom. *cons. 339. Dictus monachus, post med. v. de necessitate vero*, quod imo sufficit, quod in Missa de die currenti fiat commemoratio pro anima dotantis, & tantum satisfacit, quātum si diceret Missam particularem pro anima illius,
6 allegat text. in *c. non mediocriter, de consecrat. dist. vlt.* † Imo, quando pro anima defuncti orandum est, sufficit in genere orare pro defunctis: quia oratio Deo porrigitur, cui forte nihil est incognitū, & ideo superfluum videtur nomina pro quibus fit oratio, exprimere, *c. visum, & c. de nominibus, de consecr. dist. 1.* si tamen velit sacerdos specialem facere commemorationem, magis pium est, non, vt Deus addiscat, sed vt supplicantium deuotior reddatur affectus, gloss. in *d. c. de nominibus. in fi. de consecrat. distinct. 1.* plene Rom. *d. cons. 339.*
7 *n. 2. vers. cum enim.* † Pro Roman. facit; quia vna lectio ita satisfacit pluribus audientibus, vt singulis, sicuti si singulis legerentur tot lectiones, & vnicum lumē satisfacit pluribus, sicuti si singuli haberent lumen; quia in communicatione non recipiunt diuisionem, neq; diminutionem. † Dici forte posset, quod ex parte obligati opinio Abbatis sit verior, quia non ita plene satisfacit, sed ex parte conferentis eleemosynam idem si quoad suffragium consequendum.

Missio in possessionem corporalium, & incorporalium qualiter fiat. Concl. 281.

1 MIssio † in possessionem rei corporalis, temporalis, vel spiritualis, seu rei incorporalis, quomodo, & per quem fiat, vide Rebuff. in *praxi tit. de mission. in possess. & tom. 3. in constit. Regn. tit. de mater. possess. per tot.* Paris. *de resign. ben. lib. 10. q. 6. nu. 46. cum sequ.*
2 † Missus vero in possessionem vsusfructus ex hypotheca generali competēte contra vsufructuarium acquirit solam vtendi commoditatem, quæ non est ius per se, sed fundatur tantummodo super vsusfructus substantia, & ab illo dependet inseparabiliter, *l. si vsusfructus. ff. de iur. dot.* & ideo si habens vsumfructum, illi renuncia t, non præiudicat misso, neq; tertio creditori. Ant. de Butr. *cōs.*
3 *8. in pr. & per tot.* † Et facta missione respectu commoditatis vtendi, & facto præcepto conductoribus acquiritur actio personalis, & inducitur nomen debitoris. Ant. de Butr. *dict. consil. 8. ver. missio autem.*

Missio in possessionem vnius creditoris quando operetur missionem omnium, vel non. Concl. 282.

1 VNo † creditore misso in possessionem bonorum debitoris, alii dicuntur missi, si sunt eiusdem tituli nō lucratiui, vel quasi: nam in præcedentibus causam lucratiuam melior est conditio vigilantium, notat. in *l. cum vnus ff. de bonis authorit. iud. possid.* Bald. *cons. 84. Præmittendum est. n. 3. ver. secundo est præmittendum, lib. 3.* quod
2 intellige in missione ex primo decreto. † Limita in missione ex secundo decreto: quia si bona debitoris sunt soluendo, non admittitur concursus in secundo decreto. Bald. *con. 84. n. 4. ver. ad secun-*
3 *dum autem, lib. 3.* † Limita; quia si creditor est hypothecarius, qui habet anteriorem hypothecam, censetur solus immissus, non autem alius, licet habeat eādem hypothecam posteriorem, vel nullam, ita Salyc. in *l fi. C. de bonis auth. iud possid. & in auth. ei. qui colum.*
4 *4. Cod. eod. tit.* † Restringe, seu declara: quia quomodocunq; agat creditor ad dationem bonorum debitoris in solutum, vel ad tenutam confirmandam, possunt alii omnes creditores comparere ad commodum processus, & fiet. fide de credito petere sibi satisfieri, vel ex pretio bonorum, quatenus vēdantur, vel ex bonis emptore non reperto, & tali casu tenuta facta per vnum creditorem prodest aliis perinde, ac si ipsemet illam fecisset, *l. cum vnus*, & ibi Bart *ff. de bon. authorit. iudi. possid.* Negus. *de pign. in 2. memb. 3. part. pr. n. 10. versic. octauo quæritur*, & ita Florentiæ seruatur, in tantum, quod absque petitione dationis bonorum sufficit, quod primus petierit. Bartol. *dict. l. cum vnus, colum. 1. versicul. vlterius oppono*, quæ omnia intelligas sine, vt venientes ad commodum processus vtantur beneficio prædicto secundum ordinem prioritatis, & satisfactis priorib. quod differt ab immissione in personali: quia omnes æqualiter sunt immittendi, & satisfaciendi, non sic hypothecarii. † Et quod omnes creditores ad commodum processus possint comparere, & deducere iura sua iuxta not. in *l. a Diuo Pio ff. de re iud.* tradit etiam Felin. in *cap. veniens, de testib.* & tunc ordine successiuo satisfaciendum est eis secūdum prioritatem, & potioritatem iurium, *cap. qui prior, de regul. iur. in 6.* Negus. *de pign. in secundo membro quintæ partis*, & hoc etiam est Florentiæ dispositū ex forma statuti, *rubrica 57. volum. 2. de mod. cogendi debit. ad soluen.* vbi datur forma in soluendo. † Limita; quia primo missus in possessionē
6 vigore instrumenti, vel sententiæ exequibilis, præfertur, nec alii censentur missi, *l. 2. Cod. qui potio. in pign.* & hoc habet locum, quando habet hypothecam anteriorem sine vlla difficultate. Salyc. *d. l. fin. C. de bon. author. iud. possid.* † Extende; quia etiam procedit, si nul-7 lam habet hypothecam; quia in personali habens pignus iudicale præfertur, nec vno misso alii censentur missi, ille autem, qui ex causa iudicati, vel instrumenti exequibilis obtinet tenutam, & exequutionem in bonis debitoris, dicitur habere pignus iudicale, ergo præfertur, *d. l. 2. & l. 4. C. qui potio. in pigno.* Alex. *cons. 208. visso summario, col. 2. lib. 2. num. 8. ver. 4.* Vide, *Hypotheca tacita oritur, &c. Concl. 118.*

Missio in possessionem ex primo decreto vt valeat, quæ requirantur. Concl. 283.

MIssio † in possessionem ex primo decreto vt valeat, necessaria sunt sex requisita, de quibus per Bald. *consil. 53. Ad hoc, vt missio, lib. 4.* Vide, *Decretum primum quid sit, & quomodo interpretandum. Concl. 111.* † Quatuor vero esse necessaria dicit Bald. *cons. 261. in prin. lib. 5.* quod est Marci Angelelli de Perusio. † Primum requisitum est, quod causa sit intentata; quia causa non intentata non potest emanare primum decretum, *l. 4. §. hoc interdictum. ff. de damno infecto.* Bald. *dict. cons. 53. lib. 4.* & latius *consil. 65. Præmittendum est, lib. 4.* & conuentionem appellat Bald. *d. cons. 261. in princip. lib. 5.* quia debet reus cōueniri in iudicio. † Imo petitio debet esse cer-4 ta, quando quis vult mitti in possessionem ex primo decreto pro certa mensura. Bald. *cons. 65. in pr. lib. 4.* quia sicuti debet esse certa petitio, ita certa missio pro mensura debiti declarati. Bald. *consil. 296. n. 2. versic. præterea missio, lib. 3.* vbi, quod si nullum debitum est liquidatū, missio peccat in substantia, & ordine, & est nulla. † Se-5 cundum est, quod causa, ex qua fit missio, sit vera; quia falsa causa vitiat missionem Bald. *d. cons. 53. lib. 4.* Roman. *cons. 69. num. 9. vers. quinimo*, vbi apost. in *ver. falsa causa*, dat concord. † Et ideo si debi-6 tum, pro quo fit missio, non esset verum, primum decretum esset nullum. Bald. *cons. 261. in pr. ver. quartum requiritur, lib. 5.* † Tertium 7 est, quod reus citetur, vel moneatur. Bald. *dict. cons. 53. lib. 4.* & debet esse monitio trina, vel peremptoria. Bald. *d. cons. 261. Viso dicto puncto, in pr. lib. 5.* quod est Marci Angelelli de Perusio, vbi ponit tertium, & quartum pro vno, vt sufficiat contumacia peremptorio. Rom. *cons. 69. Viso, numer. 12. vers. tertio hanc immissionem*, vbi apost. in *ver, potuissent*, citat plures concord. Abb. *cons. 84. abbreuiator, in pr. lib. 2.* quia contumax non esset, nisi trina citatione, vel vna peremptoria. & dicit, quod non sufficit ad domum, nisi fida diligentia. † Extende; quia siue possessor sit iustus, siue prædo, de-8 per debet possessor citari. Rom. *dict. cons. 69. n. 12.* vbi apost. in *vlt. si decerta*, dat concord. Et an sufficiat citatio facta ad domū, Vide *Decretum primum quid, & c. Concl. 111.* † Extendit Abb. *cons. 43. Extemmibus, col. 2. vers. secundo moueor, lib. 2.* vt citatio debeat fieri, si contra minorem habētem tutorem, ipsi tutori, sin minus, proximoribus, & amicis, si maiori præsenti in ciuitate, debet fieri personaliter, si absenti, sufficit ad domum, in qua fuit solitus habitare. † Quartum est, quod citatus sit contumax, vel quasi contumax. 9 Bal. *d. cons. 53. lib. 4.* & ideo reus comparens, & offerens de iure respondere non patitur missionem ex primo decreto. Bald. *cons. 69. circa med. ver. sed miranduw fuit, li. 4.* & est ratio; quia talis missio datur, vt contumax tædio affectus veniat. Fed. de Sen. *cons. 170. circa fi. ver. præterea si fuisset præsens.* & quod cessante contumacia non possit fieri missio. Bald. *cons. 269. nu. 2. lib. 3. & cons. 259. Viso dicto puncto, in prin. vers. tertium principale, li. 3.* vbi, quod debet constare per actā ista contumacia, & quod requiratur contumacia ex peremptorio. Bald. *consil. 261. in princip. lib. 5.* Abbas *d. cons. 84. in princip. lib. 2.* Ang. Aret. *cons. 34. Pro decisione, in princip.* † Declara tamen, quod 10 sufficiat contumacia ex eo; quia citatus non comparuit, vel minus legitime comparuit. Bald. *d. cons. 259. in pr. lib. 3.* quod declara, dummodo contumax sit in odium actoris, non sui. Vide, *Missio in possessione.*

12 *Possessionem, &c. Concl.* 287.† Extende; quia tam in primo, quam in secundo decreto, vt validum sit, requiritur contumacia, seu latitatio rei. Soc. *Reg.* 20. *Iudex adhoc, vt ad primum, vel secundum decretum*
13 *peruenirì possit*, vbi limitat tribus modis.† Quintum est, quod aliqua facta sit summaria probatio saltem per iuramentum. Bald. *d. cons.* 53. *lib.* 4. quia si non constat summatim de debito, non potest
14 deueniri ad primum decretum. Bald. *cons.* 261. *in pr. lib.* 5.† Sufficit tamen allegatio debiti, & probatio per iuramentum calumniæ; quia est parui præiudicii primum decretum. Bal. *cons.* 259. *circa pr.*
15 *ver. sufficit, li.* 3.† Et quod sufficiat probatio per iuramentum solũ ad dandum primum decretum. Bald. *d. cons.* 261. *n.* 4. *ver. sed posito, li.*
* 3. vbi dicit * communem, & intelligit ipse de iuramento assertorio super credito, non autem de iuramento calumniæ.† Declarãs
16 Castr. *cons.* 369. *Iste processus, n.* 4. *li.* 1. dicit esse opiniones, an sufficiat solum iuramentum calumniæ, an requiratur summaria probatio per vnum testem, sed semper est verum, quod etiam data summaria probatione requiritur iuramentum calumniæ, quod vera sint
17 petita, & non petat per calumniam.† Imo si non præcedunt probationes, sententia, & missio est ipso iure nulla. Bald. *consil.* 296. *Præmittendum est, num.* 2. *ver. item sciendum, lib.* 3. vbi, quod si nihil est
18 probatum, iudex non potest aliquid mandare.† Sextum est, quod inuocet iudici; quia iudex non debet de facto procedere. Bald. *d. consil.* 53. *lib.* 4. imo debet iudex facere liquidationem debiti, pro quo fit missio. Bald. *d. cons.* 296. *num.* 2. *ver. præterea, lib.* 3. & quod debeat liquere iudici de contumacia eius, qui missionem patitur exactis, alias missio non valeat. Bald. *d. consil.* 259. *in prin. ver. tertium*
19 *principale, lib.* 3. & quod debeat constare de debito, *l. cum proponas, C. de bon. author. iudic. possid.*† Extende; quia si tempore decreti nõ esset facta relatio citati, & contumacis, licet postea fieret, non valeret primum decretum; quia tempore decreti debet constare de contumacia. Bartol. in *l. si finita, §. Iulianus, nu.* 18. *ver. quæro, vtrum, ff.*
20 *de damn. infect.*† Septimum etiam potest addi; quia si agitur contra non obligatum, sed tertium possessorem, requiritur discussio, & pronunciatio super excussione facta contra principalem. Bald. *d.*
21 *cons.* 296. *n.* 2. *ver. item contra nõ obligatum, li.* 3.† Octauum; quia si agitur contra hæredem, debet probari, quod debitum sit contractum à defuncto, & quod is, contra quem petitur missio, sit hęres.
22 Bald. *cons.* 259. *Viso dicto puncto; in princ. lib.* 3. vbi ponit hæc duo requisita pro necessariis.† Declara tamen; quia si quis citatur tanquam hæres, & non compareat, sed sit contumax, patitur missionem ex primo decreto tanquam hæres. Bald. *d. cons.* 259. *in prin. ver.*
23 *secundum principale, lib.* 3.† Restringe; quia si absens à ciuitate citaretur ad domum defuncti, in qua nunquam habitauit, non valeret citatio. Abb. *cons.* 43. *col.* 2. *ver. secundo moueor, lib.* 2.† Nonũ; quia
24 si agitur contra hæreditatem iacentem, debet dari curator, alias
25 missio erit nulla. Ang. *cons.* 253. *Visis statutis, in pr.*† Decimum; quia post præscriptionem lapsam non potest dari missio ex primo decreto in bonis à tertio præscriptis. Rom. *cons.* 69. *Viso, n.* 9. *ver. quibus ita*
26 *propositis*, quia dicitur decretum ex falsa causa interpositum; ergo nullum, vbi apost. in *ver. falsa causa*, dat conc.† Vndecimũ requiritur, quod libellus, seu petitio fuerit apta; quia si fiat missio, siue
27 ex primo, siue ex secundo decreto super inepto libello, erit ipso iure nulla. Rom. *cons.* 69. *n.* 10. *ver. item præsupposito*, vbi apost. in *ver. opponi*, dat concord. & *n.* 11. dicit, quod iudex ex officio potest ineptum libellum reiicere.† Duodecimum requiritur, quod exequutio fiat secundum decretum iudicis per exequutorem; nam si iudex mandat dari missionem in bonis hæreditatis, & nuncius
28 faciat exequtionem contra tertium possessorem habentem adiudicationem, nulla est missio, sicuti nulla est sententia delegati, si vltra delegationem pronunciat. Rom. *d. cons.* 69. *numer.* 13. *ver.*
29 *vltimo eandem immissionem.*† Decimumtertium requiritur, q. decretum de exequẽdo ex primo decreto exequatur intra bienniũ, alias lapso biennio non potest exequi; quia tanto tempore præsumitur. Ang. Aret. *cons.* 34. *Pro decisione, in fi. n.* 33. *& seq. vers. nec etiã*
30 *obstat*, per *l. fi. C. de bon. auth. iud. possid.*† Citatio noua non requiritur ad videndum decerni primum decretum; quia sufficit peremptorium esse emanatum super contestatione litis, & quod sit contumax reus. Bart. in *l. si finita, §. Iulianus, n.* 25. *ver. quæro vtrum post quã.*
☞ *fide dam infect.* Vide, *Citatio non est necessaria in multis. Conclus.* 272.
30 †Extende, siue in peremptorio nulla fuerit comminatio, siue fuerit comminatio procedendi, & pœnarum iuris. Bald. *cons.* 261.
31 *in fi. lib.* 5.† Restringe; quando in peremptorio esset comminatio certæ pœnæ; quia non poterit primum decretum interponi sine noua citatione, ex quo certa pœna comminata alia imponi non
32 potest. Bald. *d. cons.* 261. *num.* 5. *ver. est vid. dum, vs. in fin. lib.* 5.† Amplia, vt quod dicitur de missione in possessionem, procedat etiam
in manutentione, seu mandato de manutenendo; quia eadem

debent seruari quoad probationem, & citationem. Bald. *dict. cons.* 296. *num.* 2. *lib.* 3. Vide, *Sententia lata sine prob. & c. Concl.* 149.† Amplia; quia quod dicitur sententiam missionis esse nullam, nisi con- 33
currant prædicta, procedit, etiam si talis missio fuerit confirmata concurrentibus eisdem defectibus. Bald. *d. cons.* 296. *n.* 3. *ver. sed dubium est, vs. in fin. lib.* 3. Vide, *Sententia null. 1, quando. & c. Conclus.* 158.
† Extende; quia missione ex primo decreto nulla, pariter erit nul- 34
la missio ex secundo decreto. Rom. *d. cons.* 69. *in fi. nu* 14. vbi apost. fi. in *ver. obiectione*, citat concord.† Amplia; quia missio facta nulli- 35
ter non vocata parte, vel in casibus, in quibus est nulla ipso iure, sicuti de facto fuit data; ita de facto debet reuocari contrario imperio. Rom. *d. cons.* 69. *n.* 12. *v. item sequitur & aliud*, licet dicat, quod tutius sit, quod pars citetur pro reuocatione, vbi apost. in *ver. tutius*, dat concord. Vide, *Facta de facto etiam sunt, & c. Concl.* 11. Vide,
Sententia nulla quando, & c. Concl. 158.† Et quod imo facta de facto 36
sine causæ cognitione, & sine citatione partis debeat de facto reuocari, nec possit cõfirmari, licet de nouo esset faciẽda. Rom. *cons.* 158. *Circa articulum, n.* 2. *v. f cundo vero, per tot.* vbi plenissime apost. dicit hanc esse communem, * & citat pro vtraque, & hanc tuetur. *
† Missione in possessionem facta in contumaciam actus, qui no- 37
cet reo citato, & non actori, non potest fieri, & facta non valet; ideo si citetur reus ad opponendum libello, vel testibus, vel iuribus productis, si nihil opponitur, & est contumax, non potest dari missio, quia in hoc potest renunciare fauori suo, sed si esset cõtumax in iis, quæ impediunt actorem in expeditione causę, prout in contestanda lite, & similibus, bene datur missio. Castr. pulchre *cons.* 128. *In causis appellationum, li.* 1.† Extẽde; quia tenuta est nulla, & 38
debet reuocari, si non datur pro mensura debiti, sed in omnibus bonis. Castr. *cons.* 128. *ver. secundo fuit nulla, lib.* 1. Vide, *Decretum primum quid, & c. Concl.* 112.

Missus in possessionem ex primo decreto non facit fructus suos, & quando secus. Concl. 284.

MIssvs† in possessionem ex primo decreto regulariter non 1
facit fructus suos. Alex. *cons.* 70. *In causa, & lite. num.* 7. *& seq. ver. nunc est videndum, lib.* 7.† Extende maxime, quando missio fie- 2
ret in actione personali. Soc. *Reg.* 19. *Missus in possessionem in personalis*, vbi limitat duobus modis, quando iudex ob nimiam cõtumaciam ita decerneret, vel si extat statutum, vel consuetudo.† Ex- 3
tende, etiam si missus esset quis ratione hypothecæ in hypothecaria; quia licet possideat, tamen possidet vt pignus; ideo non facit fructus suos. Alex. *d. cons.* 70. *n.* 7. *lib.* 7.† Extende etiam stante sta- 4
tuto Bononiæ sub *Rubric. qualiter procedatur in causis ciuilibus reo non comparente. ver. vbi autẽ hypothecaria*, quia licet cõcedat fructus missos in hypothecaria; debet intelligi, quando reus nõ comparet, ita Alex. *d. cons.* 70. *nu.* 7. *lib.* 7. *vs. in fin.* quia rubrum declarat nigrum hoc casu, & ibi plene Alex. declarat statutum.† Vide Soc. in *reg.* 5
18. *Missus in possessionem*, vbi ponit hanc regulam, & limitat trib. modis, videl. post annum; item stante statuto, vel consuetudine; tertio, nisi propter magnam contumaciam rei iudex decerneret fructus misso in possessionem.† Limita, nisi missus in possessionem 6
vltra annum staret in possessione; quia tunc lucratur fructus.† Extende; quia missus in possessionem post annum, nedum lu- 7
cratur fructus perceptos post annum, sed etiam perceptos intra annum, quos non fecerat suos. Zabar. *cons.* 78. *Amice optime, circa fi. ver. sed ex quo intra biennium.*† Limita, nisi sit consuetudo in contra- 8
rium. Bald. *cons.* 53. *Ad hoc, vt missio, n.* 2. *ver. fallit. lib.* 4.† Extende et- 9
iam in præiudicium minoris, & pupilli. Bald. *d. cons.* 53. *n.* 2. *circa med. ver. sed ex capite. lib.* 4.† Limita, nisi statutum loci aliud disponeret, 10
videlicet, quod imo lucraretur; quia statutum attendi debet. Bald. *d. cons* 53. *n.* 2. *ver. fallit, lib.* 4. & idem Ang. de Peruf. *cons.* 46. tenet in statuto Florentiæ disponente, quod missus lucretur fructus ad rationem quinque pro centenario, & idem tenet *cons.* 253. *Visis statutis*, & quod huiusmodi statutum, & consuetudo valeat propter moram debitoris. Alex. *cons.* 31. *Viso themate, n.* 9. *lib.* 6. vbi dicit
* communem, & ibi apostill. in *ver. missus*, dat concord.† Extende * 11
etiam in præiudicium minoris, & pupilli. Bald. *d. cons.* 53. *circa med. ver. sed ex capite, lib.* 4.† Restringe, vt procedat limitatio, quando 12
esset intentatum remedium statuti, alias secus. Bald. *d. cons* 53. *circa fi. versic & hoc verum, lib.* 4.† Limita, quando iudex ex nimia con- 13
tumacia rei decreuisset, quod missus lucraretur fructus. Bald. *d. cons.* 53. *n.* 2. *vers. item fallit. li.* 4. vbi, q. tunc fructus auferuntur à reo contumace loco mulctæ.† Restringe limitationem in minore, & 14
maxime in pupillo; quia mulctari nõ potest ex nimia contumacia in fructibus, vt missus ex primo decreto illos faciat suos. Bald. *d.*

15 *cons.53.n.2.ver.& est considerandum,lib.4.*† Limita,quando missus in possessionem esset dominus rei, vel consequi deberet vsumfructum ipsius rei;quia tunc lucratur fructus. Ang.de Petrus.*cons.46.*
16 *n.4.*† Declara,quia in casibus,in quibus lucratur fructus ille,qui missus est in possessionem vigore guarentigiæ, vel iudicati, non datur appellatio à sententia super immissione,prætextu, quod ha-
☞ beat mixturam fructuum.Ang.*d.cons.46.per tot.* Vide, *Appellatio an*
17 *detur in, &c. Concl.* 407. † Declara omnes limitationes,in quibus missus in possessionem facit fructus suos,vt procedat,quando secundum decretum est validum;si vero est nullum, tunc quia titulus reducitur ad non titulum, tenetur missus restituere rem cum fructibus.Rom.*cons.454.In re præsenti,n.23.& seq.ver.quoad tertium.*
☞ Vide,*Tenutarius,seu missus in,&c.Concl.*44.

Missio in possessionē ex primo decreto qualiter reuocetur,& an detur appellatio. Concl. 285.

1 MIssio† in possessionem ex primo decreto reuocatur, vel refectis expensis,vel præstita cautione de reficiendis, quãdo de facili non possunt liquidari.Bald.*cons.259. in pr.Viso dicto pũ-*
2 *cto,li.3.*† Imo,quod vtrunq; requiratur, quod præstet fideiussionem de iudicio sisti,& reficiat expẽsas, & tunc fit reuocatio.Abb. *cons.29.in fi.ver.nam licet alias,lib.1.* allegat *cap. quoniam, §. in aliis, vt lit.non contest.* Alex.*cons.205.Visa dicta facti,n.3. v.patet quia dubitat,li.*
3 7.† Amplia, vt procedat, etiam si sit appellatũ,quia iudex appellationis, etiam antequam cognoscat de appellatione, potest reuocare possessionem , seu missionem data cautione prædicta.
4 Innoc.in *c.cum venissent de eo,qui mitt.in poss.nu.2.ver. cautione.*† Declara tamen, vt per Gem. *cons.102.n.7. ver. non obstat,* vt procedat, quando missio est data post appellationem, secus si ante appellationem; quia tunc si opponitur, quod appellatio non deuoluit, primo debet cognosci de deuolutione, vbi dat rationem diuersitatis. † Amplia: quia missio ex primo decreto est quędam comminatio,seu resoluitur in vim comminationis;quia per comparitionem, & refectionem expensarum contumaciæ reuocatur. Bald.
5 *cons.259.Viso dicto,in pr.vers.secundum principale,li.3.*† Declara,quod dicitur,possessionem datam ex primo decreto ob contumaciam reuocari data cautione, procedit comparente contumace intra annum , non post.*Si quis emptionis, §. sed si quis, C. de præscript.* 30.
7 *annorum.*Bald.*consil.*283.*Missionem passus, in pr.li.*5.† Amplia igitur; quia contumax comparens intra annum offerẽs cautionem, seu dans cautionem recuperat tenutam datam agenti contra eum, etiam si prætendat hypothecam bonorum debitoris,etiam si fecisset probationes super hypotheca,lite nõ cõtestata, quia adhuc recuperat.Bald.*d.cons.283.lib.5.n.2. & seq.* quia ex quo debet prius super hypotheca pronunciari, & debent fieri probationes lite
8 contestata, non sufficit probatio ante litem contestatam. † Amplia; quia si missus in possessionem ex primo decreto coram alio iudice inciperet nouum iudicium pro eadẽ causa, teneretur desistere;vel restituere habita ex primo decreto;quia non debet bis
9 soluere,& bis grauari.Alex.*cons.205.Visa dicta,n.4.& seq.li.7.*† Extende,vt procedat ampliatio,etiã si in obligatione debitoris esset pactum, quod vna via electa possit redire ad aliam. Alex.*d.consil.*
10 *205.n.4. vers.non obst.at pactum, lib.7.*† Amplia;quia missio,siue sit facta in reali,siue in personali,reuocatur tãquam nulla, si missus ante missionem non præstitit iuramentũ calumniæ, vel non docuit summarie de suo credito; quia in missione, quæ fit in contumaciam, necessarium est iuramentum calumniæ actoris. Castr.
11 *cons.369.Iste processus,n.4. ver.quartus def. ẽtus, lib.1.*† Extende; quia quandocunq; reuocatur,quando dolo præsentis fuit obtenta cõtra absentem,vt quia creditor satisfactus de parte petiit missionẽ pro toto; quia debet reuocari sine expensis, vt nulla, & si petit missus expensas,potest replicari de dolo, & fiet cõpensatio. Abb.
12 *d.cons.43.colum.secunda versic. tertio principaliter,lib.2.*† Limita igitur post annum,quia tunc non reuocatur possessio data ex primo de-
13 creto ob contumaciam. Bald.*d.cons.*283.*in pr.lib.*5.† Restringe;secus, si in actione personali data est missio ex primo decreto, quia vsq; ad 30. annos refectis expensis; & data cautione potest reuo-
* cari. Alex.*cons.*205.*Visa facti,n.3.vers.patet, quia dubitant, lib.*7.vbi * dicit communem, imo apost.ibi in *vers.annos*, dicit,quod imo neque per mille annos creditor præscribit; quia est pignus, & citat
14 plurimos.† Limita,vt neq; reuocetur intra annum,quando missus probationes liquidas fecit, per quas si non esset missus, deberet mitti,quia potest confirmari.Bald.*d.cons.*283.*in pr.ver.quem te-*
15 *xtum pondera,lib.*5.† Declara limitationem, vt procedat, quando non requiritur, quod probationes fiant lite contestata, vt quia procedi potest sine litis contestatione,vt quia officio mercenario
pceditur;secus si ageretur hypothecaria,super qua esset pronunciandum, & consequenter probationes deberent fieri lite contestata,quia recuperat contumax tenutam.Bald.*cons.*281.*circa pri.*
16 *lib.*5.† Limita,quando is, qui fuit missus in possessionem ob contumaciam debitoris, habet hypothecam cum pacto ingrediendi propria authoritate; quia si hypotheca est probata,potest retinere,nec contumax recuperat hoc casu,quando creditum est liquidum,& hypotheca.Bald.*d.cons.*283.*n.2.ver.& ideo in causa nostra,li.*
5.vbi, quod possunt concurrere pignus prætorium,& pignus cõuentionale,& cessante prætorio non cessat conuentionale.Vide, ☞
Pactum ingrediendi possess.&c. Concl. 37.† Limita, quando missio est
17 facta pro exequutione laudi,vel sententiæ,quia licet sit etiam cõtra minorem puberem, qui passus est ex contumacia exequutionem, non reuocatur refectis expensis, neq; data cautione de iudicio sisti. Abb.*cons.*29.*in fin.* vbi dicit,quod neq; datur restitutio in integrum,*lib.*2. & loquitur in personali: quia, vt inquit, minor habet remedium ordinarium, vt soluat debitum,& recuperabit.
18 † Extende; quia tertius non appellat etiam ab immissione ex primo decreto facta ad fauorem creditoris in bonis possessis per debitorem, quæ tertius perdit, etiam si missus lucretur fructus ad
rationem quinq; pro centenario.vt Florentię Ang.*cons*46.*per tot.*
19 † Restringe,vt non procedat, quia imo datur appellatio,quando missus lucratur fructus ad rationem quinq; pro centenario,prout Florentiæ. Ang.*cons.*253.*Visis statutis,num.2.in fin.* Vide, *Tenuta* ☞
*seu missio in possessionem de facili concedenda, & qualiter reuocetur. Concluſ.*43.

Missio ex secundo decreto contra minorem, nõ valet, & quæ requirantur. Concl. 286.

MIssio† ex secundo decreto contra pupillum indefensum, 1
siue quia non habet tutorem,siue quia habet, sed non defendit,non valet,licet valeat missio ex primo decreto; quia licet ista ex secundo decreto missio sit & ipsa interloquutoria; tamen habet vim diffinitiuæ. Ang. Aret.*cons.*123. *In causa supradicto,in prin.*
† Declara;quia licet missio ex secundo decreto sit nulla, quando 2
non fuit pupillus defensus, si tamen causa fuit commissa per superiorem, & defendatur coram alio iudice, & prima sententia confirmetur, valebit secunda sententia;quia habet vim nouæ dationis. Ang. Aret.*cons.*123. *num.*16. *& seq.ver.nec obst.at allegata.*† Et;
missio ex secundo decreto,seu sententia adiudicationis ex secun-
do decreto, præsupponit necessario missionem ex primo decreto; quia processus secundi decreti est cõtinuatiuus processus primi decreti; ideo si primum decretum non procedit, vel nullum est, pariter nullum erit secundum decretum, nec potest cõfirmari. Alex.plene *cons.*53.*Quæritur,an stante, n.4.& seq.ver.ad quod ostendendum.lib.*5.vbi, quod pignus dicitur prætorium ex primo decreto,iudiciale vero dicitur ex secundo, & quod propterea iudiciale non subsistit, si prætorium non præcedit, & ad adiudicationem non potest deueniri ex pignore conuentionali, nisi præcedat pignus prætorium,licet possit à principe impetrari. Vide, *Decretum* ☞
*secundum,&c.Concl.*113.

Missio in possessionem contra contumaces quando facienda,vel non,& contra quos detur. Concl. 287.

IVdex† debet mittere actorem in possessionem citati, & con- 1
tumacis pro summa petita, quando constat de debito ex assertione cum iuramento calumniæ, & de contumacia etiam contra minorem;quia minor patitur missionem ex primo decreto.Bald.
*cons.*259.*Viso dicto puncto, in prin.vers.hinc est,quod etiam pupillus.li.*
Rom.*cons.*454.*In præsenti,in prin.* vbi apost.1 allegat pro conc.Abb. in *cons.*43.*Ex omnibus,lib.*2. qui idem consuluit,& alia apost.ad Roman.in *vers.quod sic.* Vide, *Contumacia operatur, &c. Concluſ.*1019. ☞
Vide, *Decretum primum quando, &c. Concl.*111. † Amplia;quia missio 2
ex primo decreto datur etiam contra absentem causa reipublicæ quia cum sit modici præiudicii; quia reuocatur per refectionem expensarum contumaciæ, idcirco datur.Bald.*dict.cons.*259.*in prin.*
*vers.secundum principale, lib.*3.Roman.*d.cons.*454.*in pr.vers.quamuis.*
† Amplia contra Ecclesiam, quæ iure minoris vtitur. Rom.*dict.* 3
*cons.*454.*in pr.vers.secundo idem.*† Amplia; quia datur contra hæredẽ 4
dẽ pro debito defuncti,si citatus tanq; hæres fuit contumax.Bald.
*d.cons.*159.*in pr.ver.secundum principale, lib.*3. † Amplia;quia contra 5
pupillum datur missio ex primo decreto. Ang.*cons.*253.*Visis statutis,n.2.ver.si autem hæreditas.*† Limita,quando socius, qui de socie- 6
tate fuit cancellatus, agit contra socios; quia licet sint contumaces;tamen non fit missio in possessionem; quia non præcedit debitum,

bitum, sed debet expectari diffinitiua sententia. Bald. *cons.* 159. *Ele-*
7 *ganter, & copiose, lib. 2. in pr.* † Limita; quia non datur missio in pos-
sessionem, nisi actor iuret de calumnia; quia iuramentum omni-
8 no debet præstari. Castr. *cons.* 369. *Iste processus, n. 4. li.* 1. † Limita; quia
ad impediendam missionem contra contumacem absentem ad-
mittitur defensor, licet non habeat mandatum, & maxime, quã-
do contra minorem fit missio; quia debent proximiores citari, si
non habet procuratorem, neq; defensorem. Castr. *cons.* 369. *in fin.*
9 *ver. vlt. videtur. lib.* 1. † Limita; quia si missio ex primo decreto fuit
concessa, sed non exequuta per nouem annos, non potest am-
plius exequi, neq; potest procedi ad secundum decretum, sed de-
bet de nouo inchoari iudicium missionis ex primo decreto corã
quocunq; iudice competenti; quia contumax non potest excipe-
re dependentia litis. Alex. *cons.* 23. *Visis scripturis, n.* 4. *ver. tamen quia,*
10 *lib.* 3. † Limita; quia datur missio contra minorem, & ecclesiam,
contumaces, & indefensos; quia missio est pœna contumaciæ, sed
si minor, & ecclesia non fuerunt citati, vel nulliter citati, nõ pos-
sunt dici contumaces; ideo missio contra eos dari nõ potest. Ro-
man. plene *cons.* 454. *In re præsenti, in pr. ver. iis tamen non refragantib.*
11 vbi apost. ll. *in ver. Ruit.* † Declara; quia, vt dici possit pupillus cita-
tus, necesse est, quod illius tutor sit citatus ad defendendum, si il-
lum habet, si non habet, quod citati sint consanguinei, vel affines
vel amici, seu alii, q verisimiliter ex necessitate, vel charitate sint
defensuri, alias non potest dici contumax, neq; indefensus. Ro-
12 man. *d. cons.* 454. *n.* 2. † Extende; quia vt citatio dici possit legitima,
necesse est, quod fiat diligentia prius de reperienda persona, &
quod constet de hac diligentia, quæ non præsumitur, antequam
* citatio fiat ad domum, secundum * commun. Rom. *d. cons.* 452, *n.*
4. vbi apost. *in ver. conclusio*, dat concord. vbi Rom. dicit hoc pro-
cedere in prima citatione, licet in aliis post litem cõtestatam pos-
sit citatio ad domum fieri, *& nu.* 5. *& seq.* dicit, quod si est in comi-
13 tatu. † Limita; quia missio in possessionem facta contra contuma-
cem, qui poterat exceptione repellere actorem, debet reuocari;
quia dolose petiit, & si is, qui obtinuit, fuit contumax, excipit, ille
replicabit de dolo; quia petiisti dolose. Rom. *d. cons.* 454. *n.* 9. *& seq.*
14 vbi apost. *in ver. competere.* Rui. *cons.* 160. *n.* 26. *&* 27. *lib.* 2. † Restrin-
ge, vt non procedat in sententia diffinitiua. Rom. *d. cons.* 454. *nu.* 12.
15 *v. & quanquã.* † Limita, quando citatio fuit circumducta; quia ac-
tor non comparuit in termino; quia licet reus fuerit contumax,
tamen compensatur contumacia rei cum contumacia actoris.
Rom. *d. cons.* 454. *nu.* 13. vbi apost. *in ver. comparuit*, vbi, quod missio
16 est nulla. † Extende; quia nisi iudici constiterit de contumacia rei,
non potest dari missio in possessionem ex primo decreto, quę da-
tur ex sola contumacia. Rom. *d. cons.* 454. *nu.* 14. *ver. quinto idem pro-*
17 *batur*, vbi apost. *in ver. multum interest*, dat concord. † Limita, quã-
do non fuit seruata forma statuti data in citando. Rom. *d. cõs.* 454.
☞ *n.* 14. *ver. vltimo idem.* Vide, *Tenuta, & missio in possess. &c. Concl.* 43.

Missio in possessionem quando, & qualiter expiret. Concl. 288.

1 MIssvs † in possessionem si per biennium à die pronuncia-
tionis mittendi in possessionem est negligens in obtinẽda
immissione, perdit illud ius ex illa pronuncia, *l. non est mirum, ff. de*
pign. actio. iuncta l. fin. C. de bon. auth. iud. possid. Castr. *cons.* 54. *Videtur di-*
cendum, in pr. lib. 1. Alex. *cons.* 205. *Visa dicta facti narra. numer.* 2. *lib.* 7.
2 † Declara; quia perdit per biennium, quando præsens est, qui ob-
tinuit, & non curat exequi; si vero est absens; tunc habet quadri-
nium, vide Alex. *d. cons.* 205. *n.* 2. *lib.* 7. vbi tamen citat opiniones di-
uersas, quod perdat, si per biennium neglexit, quando habet hoc
ius ex persona alterius; si vero ex persona propria, sit perpetuum.
3 † Amplia; quia si post missionem factam patitur missus, quod
possessor colligat fructus, & custodiat eos, & rem, in qua est facta
missio, sibi præiudicat, & extali tenuta non daretur Florentiæ
præceptum de disgombrando, sed tenetur aliam tenutam cape-
re. Castr. *d. cons.* 54. *per tot. li.* 1. vbi arguit de possessore ad te-
nutariũ, vt si perdat naturalem, & patiatur cum
possit recuperare illam; tunc etiam per-
dit ciuilem.

Missio in possessionem quibus æquiparetur. Concluſ. 289.

MIss 19 † in possessionem ex primo decreto ex contumacia 1
fieri potest, & æquiparatur capturæ personali; quia proce-
dunt à pari; quia sicuti petens reuocari missionem ex primo de-
creto debet offerre satisdationem de stando iuri, & iudicio sistẽ-
do; ita etiam captus, qui petit relaxari. Alex. *cons.* 205. *Visis iis, nu.* 4.
& seq. li. 2. † Amplia, quod absolutio à iuramento pro eo, qui pro- 2
misit soluere vsuras, est subrogata loco missionis in possessionẽ.
Lap. *alleg.* 10. *n.* 3. *ver. secundo quia talis.* † Amplia; quia declaratio cõ- 3
tractus vsurarii est loco missionis in possessionem. Lap. *alleg.* 10. *n.*
4. *ver. & ex iis.* † Missio vero in possessionem vigore sententiæ, vel 4
instrumenti guarentigiati efficit pignus iudiciale, *l.* 2. *& l.* 4. *C. qui*
potior. in pignor. Vide, *Pignus prætorium, & iud. &c. Concluſ.* 352. † Et
potest colligere fructus, & illos custodire, & cultiuare bona, in 5
quibus fuit missus. Castr *cons.* 54. *Videtur dicendum, nu.* 3. *lib.* 1. Vide,
Absens an possit puniri, & contra absentem quando iudex possit proc. Concl.
37. maxime *n.* 6.

Missio in possessionem quando tuenda, & qualiter. Concl. 290.

MIssvs † in possessionem iuste, & seruatis seruandis à iudi- 1
ce debet manuteneri, & defendi per iudicem; & ideo post
missionem potest iudex succedere facere præceptum, ne missus
molestetur, vel turbetur; nam frustra iudex mitteret in possessi-
onem, nisi missus tueretur. *l.* 1. §. 2. *ff. ne vis fiat ei*, & adhoc iudicis
officium implorari, vt dicit Spec. *tit. de offic. omn. iud.* §. 2. *n.* 9. *ver. itẽ*
imploratur ne vis. † Limita; quia si missio fiat in possessionem pro 2
maiori summa, quam debeatur, erit nulla in totum missio. Bal. *in*
l. certi condictio. §. *quoniam. ff. si cert. pet.* & ibi Aretin. declarat. Vide,
Nulliter gesta quando, &c. Concl. 148. † Limita, quando fuit negligẽs, 3
supra *Concl.* 288.

Mitius agẽdum cum fideiussore, quam cum principali. Concl. 291.

MITIVS † agendum est cum eo, qui tenetur pro delicto alte- 1
rius, quam si teneatur pro suo; ideo si in rixa fit homici-
dium à pluribus, si scitur, à quo, punitur pœna ordinaria, si igno-
ratur, ne delicta sint impunita, omnes puniuntur pœna extraor-
dinaria; quia certum est, quod pro delicto alterius quis punitur,
l. item Mela, §. si plures. ff. ad l. Aquil. Castr. *cons.* 78. *Super eo, circa fin. ver.*
pro hoc, li. 1. † Extende; quia si repressalię conceduntur contra om- 2
nes, & non natos, & qui non deliquerunt; tamen excusandi sũt
aduersus rigorem repressaliarum, quando constat, quod sunt na-
ti post concessas repressalias; quia pro alio grauantur. Castr. *d. cõs.*
78. *n.* 6. *v. super eo, li.* 2. vbi ponit plura similia. † Extende in statuto, 3
quod pater teneatur pro delicto filii; quia non habet locum con-
tra patrẽ, si filius condemnatur in contumaciã Nell. *de bannit. in*
1. *part.* 2. *temp. q.* 34. Vide, *Statutum circa possess. Concl.* 628. † Amplia; 4
quia mitius agitur cũ fideiussore, q̃ cũ principali debitore. On-
ded. *cons.* 103. *n.* 33. *& seq.* vbi, quod licet non dicatur rupta pax, qñ
persona non tangitur, & pœna est facto, & in personam, bene po-
test cõmitti quoad principalem, si fecit, quantum in se fuit, exo-
nerando scopum contra eum, cũ quo habet pacem, animo inter-
ficiendi. † Extende; quia iuramentum, quod datur contra delin- 5
quentem, non datur contra eius fideiussorem, seu eum, qui ex fa-
cto alieno conuenitur. Bar. *in l. ne quid, n* 3. *ff. de incend. ruin. naufrag.*
† Extende; quia si statutum dicat, quod captus pro debito relaxe- 6
tur, si non est probatum debitum intra certum tẽpus, habet mul-
to magis locum in capto pro debito alieno, & sic in fideiussore, cũ
quo mitius agitur. Castr. *cons.* 78. *n.* 4. *lib.* 1. † Extende; quia stante 7
statuto, quod contumax habeatur pro confesso, & probetur de-
lictũ, non habet locum contra fideiussorem delinquentis. Bart. &
alii *in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig.* † Contrarium; quia tunc talis 8
confessio habetur pro veritate quoad omnes. Io. de Im. *cons.* 35. *n.*
22. † Restringe; quia vbi fideiussor potest habere regressum con- 9
tra principalem, & releuari ab eo; tunc non agitur mitius cũ eo,
sed punitur ex contumacia, sicut principalis. Vulp. *de treug. & pac.*
q. 104. † Amplia maxime, quãdo fideiussor non est voluntarius, 10
sed coactus, vt si statutũ, prout Florentiæ, disponat, q̃ si magna-
tes offendant popularem in personam, puniantur in tantum, &
quod ẽtalii de domo magnatis teneatur, certe pœnam magis de
facili incurrit offendens, quam alius pro eo obligatus ex forma
statuti. Bartol. *in l. licitatio.* §. *quod illicite, in fin. ff. de publica.* sequitur

11 Vulp. il. *de promiss. de non offenden. q.* 91. † Extende; quia vbicunq; alius pro alio obligatur ex forma legis, vel statuti, tale statutum est odiosum, & non debet verificari, nisi in casu vero, & prout verba sonant; quia omne omissum habetur pro omisso.

Mitius agit lex, quam homo, & quando secus. Concl. 292.

1 MITIVS † agit lex, quam homo minister legis, *l. Celsus, ff. de arbitr.* Federic. *cons.* 2. *in princip. ver. & mitius*, vbi, quod propterea sententia hominis debet operari idem, quod sententia iuris,
2 quæ mitior esse debet. † Extende; quia suspensus à canone, vel à iure non incurrit irregularitatem, si celebrat; secus si est suspen-
3 sus ab homine. Gemin. *cons.* 133. *in princip.* † Extende in materia fidei commissi; quia si prohibitio alienationis est à lege, mitius agit lex, quam si prohibitio est ab homine. Alexand. *cons.* 23 *in fi. ver. post remo non obstat. lib.* 1. †
4 Amplia; quia quod lex præcipit, iudex exequi debet; quia maiori clementia non vtitur iudex minister legis, quam lex, *l. properandum*, §. *siue autem alterutra. C. de iudic.* Fulgos.
5 *cons.* 158. *n.* 2. † Extende in tantum, quod potentior est operatio legis, quam iudicis, qui est illius minister; ideo quicquid facit iudex, debet facere in ministerium legis, & propterea lege clemen-
6 tior esse non potest. Anchar. *cons.* 182. *Thema est, num.* 4. † Limita in casibus, in quibus potest ex causa iudex minuere pœnam, vel non seruare legem. Rom. *cons.* 429. *nu.* 3. vbi quod regula est, quod iu-
7 dex non sit clementior lege. † Limita in præfixione termini; quia contra terminum legis non admittitur purgatio moræ; secus in termino hominis; quia fortior, & efficacior terminus est legis, q̃
☞ hominis. Cast. *cons.* 150. *Viso statuto, circa fi. lib.* 1. Vide, *Terminus iuris,*
8 *& terminus, &c. Conclus.* 54. † Limita; quia durius agitur cum lege quam cum homine, quando agitur de annullãdo actu, vel de excludendo à successione; quia cum lex sit potentior, magis operatur, quam homo, & consequenter magis valide, & dure. Rim. Iu. *cons.* 405. *nu.* 18. *lib.* 4. Soc. *cons.* 150 *nu.* 7. & 8. *ver. sed ad hanc rationem. lib.* 1. Dec. *cons.* 298. *In causa mihi commissa, n.* 5. *ver. non obstat dictæ con-*
9 *clusioni.* † Contrarium tenet Ang. Aretin. *cons.* 78. *Pro decisione, nu.* 18. *ver. si ergo.* vbi, quod bene lex durius agit, quam homo, quando agitur de nullitate actus, sed quando agitur de priuatione successionis; secus est, prout secus est in omnibus præter nullitatem actus.

Mixti fori quæ esse dicantur. Concl. 293.

1 LEGATA † ad pias causas, & exequutio vltimarum voluntatum ad pias causas sunt mixti fori; ideo possunt peti, & coram ecclesiastico, & coram seculari iudicibus. Federic. de Sen. *cons.* 95. *Casus talis est, circa fi. ver. item super eo, quod quæritur*, vbi in fin. quod Episcopalis constitutio habet locum contra negligentem exequi vltimas voluntates ad pias causas etiam cõtra laicos, & quod exequutio vltimarum voluntatum sit mixti fori etiam ad pias causas & sit locus præuentioni. Abb. in *cap. si hæredes, in* 3. *notab. de testam.* plene Alex. *cons.* 170. *Circa primũ, in pr. li.* 2. vbi extendit, etiã si con-
2 tra laicum agatur. † Causa vsurarum, adulterii, sacrilegii, nata-
☞ lium, decimarum, Anch. *cons.* 196. *n.* 11. vbi enumerat aliqua. Vide,
3 *Iudex ecclesiast. quas caus. &c. Concl.* 446. † Blasphemia est mixti fori; quia blasphemus potest puniri, tam à seculari, quam ab ecclesiastico, nisi sit talis blasphemia, quæ induceret hæresim; quia per solum ecclesiasticum punitur. Calder. *cons.* 489. alias 2. *de Iudæ. ver. & hoc crimen in Iudæo*, vbi, quod idem est, si blasphemia est Iudæi; quia tunc est fori ecclesiastici, secus si Christianus blasphemasset.
☞ Vide, *Blasphemia an sit crimen, &c. Concl.* 96. † Sacrilegium esse cri-
4 men ecclesiasticum dicit Ægid. Bell. *cons.* 40. *n.* 22. vbi, quod inuasor rerum, & bonorum ecclesiæ, vel iurisdictionis ecclesiasticæ
5 tanquam sacrilegus punitur ab ecclesiastico. † Sacrilegium committẽs potest puniri à seculari, & ecclesiastico; quia mixti fori est.
* Anch. *cons.* 196. *n.* 11. *ver. super vltimo*, & communem * dicit Mantua.
* *cons.* 266. *n.* 80. Clar. *d.* § *fi. q.* 37. *nu.* 6. & magis communem * dicit
6 Decian. in *prax. tom.* 2. *Rubr. qui iud. in caus. sacrileg. cap.* 36. † Contrarium, quod in statu Mediolani spectet ad solum secularem, dicit Iul. Clar. in *d.* §. *fi. q.* 37. *n.* 6. vbi, quod ita etiam seruatur in Regno
7 Franciæ. † Restringe; quia qñ tendit in personam clerici, vel monachi, vt quia violatur monialis, vel offenditur clericus à laico; tunc cognitio spectat ad Episcopum, qui potest absoluere, & cõdemnare, neq; secularis poterit post absolutionem, vel condemnationem velle inquirere. Bal. *cons.* 260. *Facta est per Episcopum, per tot. lib.* 3. maxime in fin. vbi allegat *c. fin. de exceptio. lib.* 6. & ita loquitur Æg. *d. cons.* 40. *n.* 22. dum dicit esse crimen ecclesiasticum, quãdo bona Ecclesiæ inuaduntur. † Contrarium tenet Guido Pap. *dec.* 562. vbi, quod pro offensa facta clerico est locus præuentioni, vt puniri possit laicus, qui iniuriam fecit clerico, tam per iudicem ecclesiasticum, quam secularem. Vide, *Iudex secularis quando cognoscat de bonis, & rebus Ecclesiarum. Conclus.* 454. vbi in simili concord. † Et delinquens in ecclesia, licet ab ecclesiastico possit puniri, si laicus; quia de clerico non dubitatur; tamen talis laicus ét à secularii iudice punitur. Clar. in §. *fin. q.* 38. vbi dicit magis communem * opinionem. Bart. in *l. si cui*, §. *si. nu.* 3. *ff. de accus.* quod imo so-
* lus secularis; quia ecclesiasticus est de territorio seculari, quod vltimum credo falsum; quia bene est intra territorium, sed nõ de territorio, latius infra *n.* 26. *& seq.* † Contrariũ, quod imo si vio-
10 latur immunitas ecclesiastica, solus iudex ecclesiasticus procedat, videtur verior opinio Canonistarum; tum quia ecclesia, licet sit in territorio, tamen nõ est de territorio; tum quia istud est delictum ecclesiasticum mere adinuentum à lege Canonica, & Diuina; vt in simili arguunt Doctor. maxime Soc. in *cap. cum sit generale, num.* 26. *de foro compet.* vbi alii. † Declara; quia is, qui violat im-
11 munitatem ecclesiasticam, siue extrahendo res, vel personas, siue etiã offendendo personas existentes in ecclesia, siue extra ecclesiã intra immunitatẽ 30. vel 40. passuũ; quia magis violenter offendit offendendo, quam extrahendo, secundum Hostien. in *ca. cum pro causa, de sent. excomm.* vbi Anchar. *numer.* 4. & Anton. de Butr. *num.* 12. Abb. in *cap. inter alia, n.* 29. *de immunit. eccles.* Roland. à Vall. *consil.* 24. *num.* 9. *lib.* 2. & clarius Turrecremata in *cap. si quis contumax, 16. qu. 4. ver. & notandum*, committit largo modo sacrilegium, vt dicunt Innoc. Hostien. Ioan. Andr. Anchar. Anton. de Butr. Abb. Zabarel. Socin. Felin. & omnes * in *d. c. cum pro causa. de*
* *sent. excomm.* ideo cum sit sacrilegium, & mixti fori, procedit vterq;, & qui præuenit est solus iudex, *d. ca. cum sit generale*, & opinio Bart. & aliorum Legistarum, qui dicunt spectare ad secularem, male dicunt, quia *l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & Cleric.* non excludit iurisdictionem Episcopi, & quatenus excludat, illud est respectu pœnæ sanguinis, quam ecclesiasticus non potest imponere, vt dicunt Host. *d. cap. cum sit generale, in pr.* & ibi Abbas, & idem dicit ibi Socin. in fin. & plenius in *ca. postulasti, n.* 10. *& seq. de foro compet.* & quia istud delictum violatæ immunitatis est mere ecclesiasticum; quia de iure Canonico introductum; imo clarius dicit Socin. *d. cap. postulasti, de for. compet. n.* 10. quod opinio Bart. habet locum solum, quando delictum in loco immunitatis esset à laico commissum, & esset solum de iure ciuili, secus si est de iure Canonico, vel mixti fori, & facit pro ecclesiastico Capella Tholos. *dec.* 378. *item fuit quæsitum*, vbi Aufrer. in addition. quia sicuti ecclesiasticus punit laicum offendentem suam iurisdictionem falsum coram eo deponẽdo; ita etiam offendendo in loco immuni; quia
12 localis est exceptio. Rom. *cons.* 234. *in pr. ver. tertio quia.* † Periuiũ est crimen vtriusq; fori; quia potest puniri per ecclesiasticum, & secularem, Anch. *cons.* 196. *Magnifice, & Illustris. n.* 11. *ver. quædam sunt crimina.* Rom. plene *cons.* 512. *Quoad primum, n.* 11. *ver. quoad tertium*, vbi dicit, quod ita seruat * communis opinio, quod iudex laicus
13 etiam punire potest. † Iuramentum est mixti fori, vbicunq; agitur de obseruantia iuramenti. Felin. *in c. cum sit, n.* 6. *ver. recipit dicta regula, de for. compet. & in c.* 2. *num.* 28. *ver. sed hanc conclusionem limita. de spons.* plenissime Barbat. *d. cap. cum sit, nu.* 190. vbi reprobat Bald. contra Canonistas tenentem vsque 201. est text. clar. *in c. si. de for. compet. in* 6. vbi Ioan. And. Anton. de Butr. Anch. Gemi. Franch. 9. & alii * communiter, quod accumulat forum foro iuramentum, licet Io. Monach. & Archid. dicant, quod efficit laicum de foro Ecclesiæ priuatiue ad laicum iudicem, sed communis est, contrarium cum declaratione, vt ibi per * omnes, maxime Anchar. & quod addat forũ foro, Corset. *de iuram. in* 8. *q. in* 8. *privilegio*, vbi notabile Bauerii. *eod. tract. n.* 19. † Et quod iuramentum ad-
14 dat forum foro. Rom. *sing.* 219. *Tu habes, quod iuramentum*, vbi plena apost. dat conc. Alex. *cons.* 69. *nu.* 14. *& seq. lib.* 3. vbi, quod in iis, quæ concernunt peccatum, lex ciuilis, licet sit contraria; tamen submittit se canonibus; ideo actio, quæ quæritur ex iuramento secundum * communem, oritur etiam de iure ciuili, licet lex ciuilis contrarium disponat, & dat exemplum de concubinatu permisso de iure ciuili, & prohibito de iure Canonico, vt censeatur prohibitus hodie etiam de iure ciuili propter peccatum, & communem * Legistarum, & Canonistarum dicit Ias. *cons.* 9. *li.* 3. *in pr.*
15 plenius *d. l. nulli*, C. *de iud. n.* 7. Franc. Marc. *decis.* 82. *in prima parte.* † Extende; quia in tantum iuramentum est mixti fori, & addit
16 forum foro, vt possit pars, quæ introduxit exequutionem coram seculari, etiam adire ecclesiasticum; quia *l. vbi cæptum. ff. de iudic.* non habet locum in causa exequutiua, prout est confessio, vel instrumentum iuratum, quod habet exequutionem paratam.

Ias.

Iaſ.d.conſ.9.lib.3.in 1.& 2.dub. vbi de communi,* & plenius in l.nul-
16 li.C.de iud.n.7.† Contrarium, quod imo conſilium Iaſ. poſſit pro-
cedere, vt eccleſiaſticus compellat ſecularem ad obſeruantiam
iuramenti, dicit Aſin. de exequut.§.9.ca.170.fol.353.col.4.& fol.354.
17 col.1.† Extende; quia non poteſt prohiberi hæc prorogatio, quæ
ſit iuramento, alias eſſet contra libertatem eccleſiaſticam, Franc.
Marc.dec.82.in 1.par. vbi, quod Notarius fuit liberatus; quia con-
18 trafecerat.† Reſtringe, vt non procedat in hærede; quia hæres iu-
rantis licet compellatur obſeruare; tamen non ab eccleſiaſtico: ita
19 Io.Andr.d.c.fi.de for.cõp.in 6.& ibi Ant.de Butr. Anch.& alii.† Cõ-
trarium dicit Rom. d.ſing.219.in fi. quod ſi eſſet in conſiſtorio Pa-
pæ contrariũ determinaret, & ibi poſt. allẽgat ita tenere Gigan.
in l.ſi quis maior, C.de tranſact.n.208. vbi, quod Senatus Pedem. ſeu
20 Sabaudiæ ſeruat opin.Rom.† Declara; quia ſi eſſemus in caſibus,
in quibus iuramentum conualidat contractum, & facit tranſire
ad hæredem, eo caſu etiam hæres accumularet forũ foro, & poſ-
ſet conueniri coram eccleſiaſtico; ſic ut iurans. ita Bauer. tract. de
iuram.n.62.in caſ.45. vbi allegat Caſt.& Alex.in conſ.per eum alle-
21 gatis.† Adulterium eſt mixti fori. Guid.Pap.dec.178.Clar. in §.fi.q.
37.n.3.ver.quæro nunquid, vbi dicit communem: quia eſt violatio
22 iuramenti.† Declara tamen; quia ſi agitur de ſeparatione thori
propter adulterium, vel aliud, ſolus eccleſiaſticus cognoſcit. Iul.
Clar.d.q.57. Vide. Adulterii cauſa an ſit, &c. Concl.228. Vide, Vſuraria
23 cauſa eſt fori Ecc. &c. Concl.357.† Laicus offendens clericum poteſt
puniri tam per ſecularem, quam per eccleſiaſticũ, & eſt locus præ-
uentioni. Guid.Pap.dec.562. Verum, n.3 & eſt commun. opinio;
quia ſacrilegium eſt cõmunis fori ſecularis, & eccleſiaſtici. Mant.
conſ.266.n.8. Clar.d.§.fi.q.37.n.6.& plenius q.36.n.47. vbi recitat
opin. quod ſolus laicus; itẽ quod ſolus eccleſiaſticus, poſtea, quod
24 vterq.† Contrarium, quod imo ſolus eccleſiaſticus, tener gl.in
auth.item nulla communitas, in ver.ab Eccleſia, C.de Epiſc.& cler.& vide-
25 tur text.in c.cum ſit generale.& in c.cõqueſtus, de for.comp.† Imo, quod
vterq; iudex, eccleſiaſticus, & ſecularis procedat; quia pœna ſpi-
ritualis non tollit temporalem Clar.in d.§.fi.quæſt.36.num.47.ver.
26 quæro.† Extende; quia laicus offendens aliquem in eccleſia poteſt
puniri per iudicem ſecularem. Bart.in l.ſi cui, §.fin.nu.3.ff.de accuſat.
Rol.conſ.24.n.5.lib.2. Franc.Marc.dec.989 n.2.lib.1. quia licet eccle-
ſia non ſit de territorio, tanquam exempta, tamen eſt intra terri-
torium. Caſtr.in l.ſi quis in hoc genus, C.de Epiſc.& Cleric.n.3.ver.item
27 nota.† Extende, vt idem ſit, quando laicus offendit clericum in
eccleſia. d.l.ſi quis in hoc genus, C.de epiſc.& cleric. vbi late Caſtren. A-
28 terin.in rub.de malefic.in ver.in ſecalis S.Petronii.num.1. ſupra nu.9.&
ſeq. vbi declaratur.† Extende idem, quando eccleſiaſtica perſona,
& laicus ſimul delinquunt, ne continentia cauſarum diuidatur,
& diuerſæ ſententiæ ferantur; & quia magis dignum trahit ad ſe
minus dignum, ſolus eccleſiaſticus procedit, & iſta fuit origina-
lis opin. Ant.de Prato veteri, quem & alios refert, & extollit Soc.
in cap.2.de mutuis petitio.num.30.ver.octauo fallit. plures citat Felin.in
cap.1.n.6.ver.& dixit dominus Antonius de Prato veteri, de præſcript.&
plures allegat Boſſius tit.de foro compet.num.147. vbi dicit com-
munem, & ita fuiſſe practicatum, & Clar.in d.§.fin.quæſt.36.num.
46. dicit, quod eſt communis opinio, & alios citat, licet dicat,
quod Mediolani practica eſt in contrarium, & plenius pro hac
parte Anton. Gomez. de delictis, cap.10.numer.6. vbi dicit* com-
30 munem, licet teneat contrarium, & male.† Declara extenſio-
nem, vt non habeat locum, quando pœna ſanguinis eſſet impo-
nenda. Boſſ.d.tit.de foro compet.num.147. item non habet locum ſe-
cundum Felinum, quando non eſſet ab eccleſia ſufficienter puni-
tus, vel ſi materia eſſet diuidua, vel quando ad fauorem tertii alle-
Ib. garetur hoc, ita Felin. d.c.1.numer.6.circa fin. de præſcript.& prius
dixit Socin.in cap.2.de mutuis petit.num.30.ver.ſed aduerte. Vide, Iu-
dex eccleſiaſticus in quibus cauſis procedat ſolus inter laicos. Conclus.446.
num.15.& ſeq. Vide, Libertas eccleſiaſtica in quibus conſiſtat. Concl.342.
30 num.112.& ſeq.† Concubinatus quatenus ſit prohibitus de iure
canonico tantum, eſt eccleſiaſticum crimen, & ſolus eccleſiaſti-
cus de eo punit; quia à iure ciuili non punitur; quatenus vero ſit
etiam de iure ciuili punibilis; tunc etiam iudex ſecularis cogno-
31 ſcit & eſt mixti fori. Clar.in d.§.fin.quæſt.37.num.4.† Sodomia eſt
*crimen mixti fori, & vterq; iudex procedere poteſt, communem
32 * dicit Clar.in d.§.fi.quæſt.37.nu.5.ver.item quæro.† Sortilegium eſt
mixti fori. Clar.in §.hæreſis.nu.25.ver.ſuccęſſiue quæro, lib.5.& relati-
ue in §.fi.q.37.n.7. quod intelligit, quando ſortilegium non eſt ad
33 ſcientiam futurorum; quia tunc ſapit hæreſim.† Contrarium te-
net Barbat.conſ.55.lib.1. quod ſortilegium, vt ſciantur furta com-
34 miſſa, dicitur hæreſis, & cognitio ſpectat ad inquiſitores.† Am-
plia; quia in iſtis criminibus mixti fori, vterq; iudex, eccleſiaſti-
cus, & ſecularis poſſunt procedere, & eſt locus præuentioni, vt il-
le, qui præuenit, ſit iudex. Caſtrenſ. in l.ſi quis in hoc genus, per illum
textum clarum, C.de epiſcop.& cleric.n.4.ver.item nota, vbi, quod in
hoc eccleſiaſticus, licet ſit maior, non habet prærogatiuam quo-
ad præuentionem, eſt text.in c.cum ſit generale, de foro compet. vbi Ab-
bas, & omnes, Boſſius tit.de foro compet.nu.159. Vide, Præuentio multa
operatur, & quæ, & quando ſecus. Concl.646.† Declara tamen; quia 35
ſi reus eſſet contumax, poſſet vterq; iudex procedere, & præuen-
tio non impedit, quin alter poſſit punire, capere reum, & procede-
re, nec exceptio, quod ſit præuentum, releuat contumacem.
Caſtr.d.l.ſi quis in hoc genus, num.5.ver.ſi tamen accuſatus, C.de epiſc.&
cleric. plene Boſſ.in prax.tit.de for.compet.num.82.† Et dicitur præ- 36
ueniſſe, qui primo citauit reum. Bald.& alii, in l.ſi pluribus, ff.de leg.
1. Carrer. cap.pen.& ibi Maria.num.17. de foro compet.† Et procedit, 37
etiam ſi alius primo condemnaſſet. Imol. d.l.ſi pluribus. Aretin. de
maleſ.in verſ.iudex commiſit.nu.n.† Reſtringe; quia is, qui præue- 38
nit in captura, & ſic citatione reali, præſertur. Bartol.in l.ſepulchri,
vbi Alexand. in apoſtill. in ver.ſecundo eſt videndum. ff.de ſepul. viol.
quod declara, vt per Boſſ.in prax.tit.de foro compet.nume.97.& ſequ.
niſi fieret in fraudem, licet Dec. in cap.cum M. Ferrarien.de conſtit.in
fin. dicat, etiam ſi ſit in fraudem, præualere. Vide, Præuentio multa
operatur. Concluſ.646.† Amplia; quia in tantum ſunt vtriuſque fo- 39
ri hæc crimina, vt licet deuolutio regulariter non fiat de maiori
ad minorem, ſed è contra; tamen ſi iudex eccleſiaſticus maior eſt
negligens in procedendo, licet præuenerit, non impeditur ſecu-
laris procedere. Anch.conſ.196.Magnifice & illuſtris, in fin.numer.12.
& ſequ.ver.audeo tamen, vbi in fin. quod præuentio nihil operatur,
quando punitio protelatur. † Dicunt aliqui, & mal., quod epi- 40
ſcopus licet poſſit punire, intelligitur quoad pœnas cenſurarum,
& ſpirituales, communem *audet dicere Iul.Clar.dict.§.fin.quæſt. *
37.num.8.verſic.vnum tamen, vbi, quod non poteſt laicos capere,
neque punire; quia non habet familiam armatam quoad laicos,
ſed ſolum quoad clericos.† Contrarium tenent multi, quod imo 41
carcerat laicos, & punit. Couar.pract.quæſt.10.num.2. qui alios ci-
tat, plenius Barbat.inter conſil.crimin.tom.1.conſ.93.num.12.in fi.cum
ſequen. vbi tollit contraria, & idem net Clar.d.§.fin.quæſt.37.num.8.
alios citat dicens, quod in numero ſunt totidem tenentes hanc
partem. Vide, Epiſcopus habet familiam armatam, & territorium cui co-
hæret iuriſdictio. Concluſ.253.† Declara; quia punit, & carcerat cle- 42
ricos abſolute, laicos vero, quatenus præſcripſit hanc facultatem,
& communem * videtur affirmare. Clar.dict.quæſt.37.in fin. ſed tu *
dicas, quod imo non requiritur præſcriptio, cum ſit de iure com-
muni, vt fuit obtentum Mediolani tempore fel.re. Caroli Cardi-
nalis Borromæi. Vide, Abſolutus à delicto an poſſit iterum accuſari. Con-
cluſ.53.num.65.& ſequen. vbi plenius habes declarationem.† Li- 43
mita; quia licet periurium, ſacrilegium, adulterium, & ſimilia ſint
mixti fori, & poſſint puniri per iudicem, tam eccleſiaſticum, quã
ſecularem; tamen illud procedit, quando ſunt commiſſa per lai-
cum, ſecus ſi per clericum; quia tunc ad ſolum iudicem Eccleſia-
ſticum ſpectat cognitio. Guido Pap.dec.178.† Limita; quia licet a- 44
dulterium, & fornicatio ſit mixti fori; tamen concubina, vel for-
nicaria clerici non poteſt per ſecularem iudicem ex officio puni-
ri, niſi ſit publicum delictum; quia hoc eſſet infamare clericum,
& ratione ſcandali non eſt licitum ſeculari hoc facere. Anch.conſ.
196.n.4.& ſeq.ver.ſuper ſecundo, vbi, quod neque valeret ſtatutum
ſuper hoc, communem * dicit Iul.Clar.in §.fin.quæſt.37.nu.4.ver. *
quæro etiam.† Reſtringe; quia bene poteſt iudex ſecularis ad que- 45
relam punire fornicariam presbyteri, vel clerici, licet crimen ſit
occultum. Anch d..conſ.196.num.7.& ſequen.† Vnum ſcias in hac 46
materia delictorum mixti fori, quod accuſatus coram Eccleſiaſti-
co, ſi fuit abſolutus, poteſt puniri & accuſari coram laico, ſecun-
dum communem,* de qua Clar.in d.§.fin.quæſt.57.nu.11.ver.ſed hic *
occurrit, vbi reddit rationem: quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, &
ſeparatæ, & abſolutio in vno foro non parit effectum rei iudicatę
in alio, & idẽ erit in caſu conuerſo.† Extende; quia ſi fuit pro de- 47
licto cõpoſitio facta à Vicario Epiſcopi, poterit ẽt de nouo ab Epiſ-
copo puniri Caſtr.conſ.548.lib.1. Clar.d.q.57.n.12.in fi.† Exten- 48
de; quia etiam ſi accuſatus fuit punitus de crimine mixti fori ab
Eccleſiaſtico, poterit iudex ſecularis iterum grauius ipſum pu-
nire. & eſt communis * opinio. Clar.dict.quæſt.57.num.14.verſ.ſed *
quæro.† Imo plus dicit idem Clar.& iudicio meo peſſime d.qu.57. 49
n 14. quod licet hoc permittatur in iudice ſeculari; ſecus eſt in iu-
dice Eccleſiaſtico; quia ſi accuſatus fuit punitus per ſecularem nõ
poteſt moleſtari ab Eccleſiaſtico, quod falſum eſt; quia admiſſo,
quod crimen ſit mixti fori, non poteſt maior iuriſdictio compe-
tere ſeculari, quã Eccleſiaſtico, nec è contra, ſed vel eſt locus præ-
uentioni, vel ſi vterq; poteſt procedere; quia iuriſdictiones ſunt
diſtinctæ, quod licet ſeculari, debet licere Eccleſiaſtico, & è

contra

contra; & ratio, qua mouetur Clarus, non est vera, dũ dicit quod non potest Ecclesiasticus laicum punire, nisi in censuris; quia imo etiam ad pœnam temporalem etiam personæ, prout ad carcerem
50 perpetuum, potest condemnare, & sup. *nu.* 41. *& seq.* † Contrariũ, quod imo iudex secularis teneatur admittere exceptionem rei iudicatæ per iudicem Ecclesiasticum, etiam quod iurisdictio non competat Ecclesiastico de iure, sed de consuetudine. Ægid. Bell.
51 *cons.* 40. *num.* 21. *ver. & hoc confirmatur.* † Restringe, si fuit punitus ea pœna, quam requirebat qualitas delicti, non potest tunc per
52 alium puniri, ita idem Clar. *d. § fin. qu.* 57. *n.* 12. *ver. dictum est.* † Et idem, si fuit punitus, licet minori pœna; quia de eodem delicto, &c. nisi ex parte iudicis fuisset fraus, vel collusio; quia tunc posset iterum puniri etiam per superiorem secularem, vel Ecclesiasticum; quia prius per officialem iudicauerat. Vide, *Condemnatus semel pro eodem delicto non potest vlterius condemnari, & quando secus. Cõclus.* 573.

Mixtus casus continetur sub simplici, & quando non. Concl. 294.

1 MIXTVS † casus continetur sub simplici etiam in materia statuti, quando potentius est in vno ex simplicibus; quia tunc non constituit tertiam speciem: ideo statutum Mediolani disponens, quod sententiæ latæ in reali exequantur contra tertios possessores, habet locum in sententia petitionis hæreditatis; quia licet quoad effectum sit mixta; tamen est realis in maiori potentia.
2 Sign. *cons.* 48. *Quæritur, si petit, per tot.* † Contrarium regulariter; quia in iis, quæ sunt stricti iuris, mixtus casus nõ venit sub simplici. Alex. *consil.* 140. *Circa primum, num.* 4. *ver. secundo sub simplici. lib.* 5.
3 † Amplia, vt res prohibita connexa cum permissa admittatur cũ simplici permisso, quando non potest fieri separatio. Lap. *alleg* 84. *ver. quod si discerni*, vbi, quod licet corpora infidelium, & infantiũ non baptizatorum non possint sepeliri in Ecclesia consecrata, & si sunt sepulta, impediant celebrationem Missarum, nisi eiiciantur; tamen si non dignoscuntur à fidelibus, tolerantur, & Ecclesia benedicitur, *c. sacris, de sepul.* Vide, *Connexa quando veniant, &*
4 *c. Conclus.* 627. Vide, *Iudiuidua quæ esse, &c. Conclus.* 102. † Regula est, quando legantur serui, vel aliqua, quæ habent de se mixturam, vt si vni legãtur fundus, & serui fundi Titiani, alteri fundus Seianus, & serui fundi Seiani, & adsint serui, qui sunt mixti pro fundo Titiano, & Seiano, vtriq; debentur, & diuiduntur. Alex. *cons.* 140.
5 *Circa primum. n.* 3. *ver. sed præmissis. li.* 5. † Amplia, vt imo etiam si detur separatio, adhuc permissum trahit ad se prohibitum, vt si infans non baptizatus, qui non potest sepeliri in loco sacro, adhuc esset in ventre matris mortuæ, & ipse mortuus recipit sepulturã in loco sacro cum matre. Lap. *d. alleg.* 84. *n.* 3. sed forte, quia hic tãquam accessorius, & non apparens. † Amplia; quia in materia fauorabili, vt fauor pualeat materiæ odiosę, casus mixtus continetur sub simplici; ideo reseruatio Papæ de omnibus beneficiis, præterquam ad collationem Episcopi; quia est odiosa, & collatio Episcopi fauorabilis, non comprehendit beneficium, etiam si fit ad collationem Episcopi, communiter cum Capitulo spectet. Cald.
7 *cons.* 243. alias 22. *de præben* † Et idem, quando mixtum non potest separari à suis simplicibus; quia tunc iudicatur secundum simplex potentius suggerente ratione, vel æquitate. Angel. *d. cons.* 257. *in*
8 *pr. vers. super secundo.* † Contrarium, quod mixtum non cadat sub simplici etiam in materia fauorabili. Soc. *cons.* 246. *Eleganter, nu.* 3.
9 *ver. tertio confirmo. lib.* 2. vbi, quod pars, quæ nocet præualet. † Amplia; quia imo in odiosis casus mixtus continetur sub simplici, quando ad casum mixtum potest adaptari mens disponentis, vel statuentis propter identitatem rationis, veluti si statutum excludit sororem stante fratre masculo: item si excludit etiam matrem à successione filii stante fratre masculo, certe si extant etiam simul mater, & soror, excludet ambas, licet statutum non ponat hunc casum; quia eadem est ratio, quod excludãtur singulariter, vel coniunctim. Alex. *cons.* 144. *Viso themate, nu.* 9. *ver. quinimo. lib.* 6.
10 † Amplia, quando mixtum habet originem à simplici; quia continetur, & regulatur à simplici, veluti si prohibetur probatio per testes fieri posse certo casu, prout quando agitur de defectu causæ instrumenti; quia non admittitur, nisi probatio per instrumẽtum iuxta not. *in l. generaliter. C. de non num. pecun.* nam si oritur præsumptio ex instrumento, quod causa non sit vera; tunc talis defectus causæ habens originem ab instrumento potest probari per testes. Bald. *cons.* 312. *In causa Baptistæ, n.* 3. *ver. nam ad hoc. lib.* 5. allegat
11 *l. quicunq;. C. de apoch. publ. lib.* 10. † Amplia; quia semper mixtum continetur sub simplici, quando illud mixtum proprie est de genere simplicis absolute, & non secũdum quid, prout in fratre venit tã germanus de genere, quam vterinus, sed non consobrinus; quia est secundum quid, ita Caballin. *in addit. fi. ad cons. Ant. de Butr.* 6. *ver. mixtus.* † Limita in contractibus; quia non venit mixtũ sub simplici; quia materia est stricta, & omissum habetur pro omisso. Dec. *cons.* 212. *Visis iu, col.* 2. *n.* 2. *& seq.* Alex. *cons.* 140. *Circa primum. n.* 4. *lib.* 5. vbi apost. *in ver. mixtum.* † Extende in pace rupta. Hercul. *in l.* 2. *ff. de verb. oblig.* † Declara; quia imo in contractib. bonę fidei, præter leuem æquitatem mixtus comprehenditur sub simplici, & in pace. Grat. *cons.* 114. *Visis instrumento, n.* 3. *& seq. lib.* 2. sequitur Soc. Iun. *cons.* 103. *n.* 3. *& seq. lib.* 3. † Tu videas plenius Bologn. *in d. l.* 2. *n.* 177. *& seq. ver. tu vero dicas. ff. de verb. oblig.* vbi, quod in contractib. & vltimis voluntatibus distinguit; quia materia si est mixta alterata ex pluribus mixtis, & non habet locum dispositio, fallit quatuor casibus vt ibi; aut materia ex pluribus mixtis non est alterata, & habet locum dispositio etiam in mixto, & fallit secundum eũ, quando propter mixturam diminueretur ratio dispositionis, & loquitur simpliciter non adhibita distinctione, an contractus sit stricti iuris, vel bonæ fidei. † Limita in statuto dãte formã successionis decedentis sine filiis, vt succedant agnati in bonis paternis, & cognati in bonis maternis; quia tale statutum non habet locũ in bonis mixtis, puta acquisitis à defuncto, etiam si acquisuit ex fructibus bonorum parentorum, vel maternorum; quia est tertia species mixta, in qua statutum non habet locum. Bal. *cons.* 104. *Factum tale est, ser Theus, in fi. lib.* 2. Vide, *Statuta odiosa, & stricti iuris sunt, ideo proprie, & stricte intelligenda, &c. Concl.* 607. † Extende idem in
17 statuto, quod filius excludat filiam à successione patris; quia cum odiosum sit odio irrationabili, nõ trahitur ad casum mixtum, secus si excluso esset à successione transuersalium; quia propter agnationem dicitur fauorabile: quia fauor est causa odii. Alex. *cons.* 144. *n.* 6. *& seq. lib.* 6. † Extende in statuto dante formam probationi faciendæ per testes, vt non sint minores testes, quam tres; quia non habet locum, quando probatio fieret per testes, & scripturã simul; quia casus mixtus non cõtinetur sub simplici. Bal. *cons.* 269. *Quidam nomine, n.* 2. *ver. sed hic dubitatur*, & plenius *cons.* 270. *n.* 14. *& seq. ver. considera verba statuti. lib.* 1. *& cons.* 421. *Quæritur vtrum. lib.* 1. Vide, *Instrumentum, & contract. &c. Concl.* 236. † Extende in statuto dante formam, quod instrumentum non probet contractum sine certa solemnitate; quia non prohibet probari cõtractum, vel per testes tantum, vel etiam per testes, & scripturam simul. Bald. *cons.* 413. *Duo sunt statuta. lib.* 1. *& cons.* 436. *Statuto cuiusdam, li.* 5. Vide, *Statutum circa probationem, &c. Concl.* 637. † Extende in statuto, & in decreto. Alex. *cons.* 96. *Viso processu, in fi. lib.* 2. vbi loquitur in decreto quod semel possit in causa appellari; quia non habet locum in causa appellationis, quæ mixta dicitur; quia habet multa, per quæ dicitur eadem causa cum prima instantia, & multa, per quæ dicitur diuersa, & sic mixta est. † Extẽde; qa aliter iudicamus de mixto, aliter de simplicibus. Petr. de Anch. *cons.* 37. *Contra Ioannem, n.* 6. *& seq.* † Extende in statuto inducente desertionem instantiæ causa ciuilis, vel criminalis; quia non procedit in causa mixta in materia statuti, & odiosi contra ius commune. Ang. *cons.* 257. *Inter capitula. in pr. ver. super secundo.* † Declara; quia dispositio loquens in casu simplici trahitur ad casum mixtum, quando constat de mente; quia procedit statutum vlterius, vel quando resultaret euidens iniquitas, seu absurditas, vel quando æquitas, seu benignitas hoc suaderet, alias nunquam fit extensio, si vnum ex tribus istis non concurrit. Ang. *d. cons.* 257. *in pr. ver. hoc tamen non obstante.* † Et quod statutum loquens de simplici non habeat locum in mixto. Alex. *cons.* 82. *Viso processu, n.* 17. *& seq. lib.* 3. vbi apost. *in ver. mixto*, dat concl. vbi Alexan. quod statutum, quod non soluatur gabella pro rebus pro vsu suo, non habet locum in rebus pro vsu suo, & alterius. † Extende in statuto circa præsumptionem actionis ad quantitatem, quia non habet locum in actione ad factum, ex quo in consequentiam venit quantitas, quia quando statutum est odiosum, & loquitur de vno simplici tantum, nunquam continet mixtum, quod oritur ex pluribus simplicibus. Ang. *cons.* 348. *Quidam Manuel, n.* 2. † Extende, quia in statuto restringibili, exorbitanti, vel pœnali, aut correctorio loquente de simplici non extenditur ad casum mixtum. Vide, *Statuta ciuitatis dominantis, &c. Conclus.* 41. † Extende in statuto prohibente appellari à sententia interlocutoria, quia non habet locum, si habet vim diffinitiuæ. Cephalus *cons.* 758. *in pr.* † Extende; quia mixtum non continetur sub simplicibus, siue realiter distinguantur, siue pro differentia casuum: ideo statutum Mediolani prohibens, & priuans mulierem sententem extra iurisdictionem cum hæreditate non habet locũ, si nupta sit à patre; quia sãltem non se nupsit simpliciter, prout loquitur statutum. Bal. *cons.* 358. *Nulla mulier. li.* 1. *in pr.* † Extende, maxime, quando statutum non disponit super vnoquoque ex simplici-

plicibus, sed super altero tantum. Ias. *in l. Titia textores, n. 22. ff. de leg.* 1.
30 † Extende; quia statutum disponens super rebus pro vsu suo nō habet locum in rebus pro vsu suo, & alterius; quia casus mixtus in
31 odiosis non venit. Alex. *cons. 82. Viso processu, n. 17. lib. 3.* † Extende; quia non dicitur simpliciter esse tale, quod est tale secundū quid; ideo constitutio Legati mandans castra, quę sunt de districtu Spoleti, debere cōcurrere ad onera ciuitatis Spoleti, non habet locū in castris in quibus ciuitas habet solum pœnas pecuniarias; quia dicitur habere districtum secundum quid, non simpliciter. Bald.
32 *cons. 499. Sequitur constitutio, in pr. lib. 4.* † Extende; quia dispositio loquens simpliciter non habet locum in qualificato, veluti si dicat statutum, quod fratres non teneantur ad gabellam de cōtractibus inter eos initis, non habet locum in fratribus consobri-
☞ nis. Ang. *cōs. 385. Statutum Communis, n. 3.* Vide, *Qualitas diuersa quā-*
33 *do actum principalem diuersum reddat. Concl. 3.* † Restringe, quando statutum etiam correctorium iuris communis esset fauorabile, prout quod frater excludat sororem in successione fratris, vel sororis; quia principaliter est fauor causa odii, secus in casu conuerso. Alex. *cons. 144. Viso themate, n. 6. & seq. ver. pro hoc, li. 6.* vbi apost. *in*
34 *ver. mixtum.* † Restringe, quando militat eadem ratio in mixto, & simplici; quia statutum odiosum comprehendit vtrumq;. Alex.
35 *cons. 144. Viso themate, n. 9. li. 6.* † Restringe; quia bene statutum loquens de simplici comprehendit mixtum, quando loquitur de duobus, vel pluribus simplicibus, ex quibus oritur illud mixtū.
36 Ang. *cons. 348. nu. 2. vers. licet secus.* † Limita; quia in alienationibus mixtum non continetur sub simplici. Bald. *cons. 335. Quædam mu-*
lier, in fi. ver. præterea illa verba, lib. 1. vbi, quod in alienatione omniū bonorum, & honorantiarum non venit ius patronatus; quia est
37 honor, & onus, & sic mixtum. † Limita; quia regula est quod mixtum non cadit sub simplici, nisi quatenus à lege inducatur contrarium ratione inseparabilitatis à simplici. Ang. *cons. 328. Anaſta-*
38 *sius, in fi. n. 7. ver. non obſtat.* Dec. *cons. 332. Licet propoſiti, in pr.* † Et dispositio loquens de simplicibus non trahitur ad personas habentes mixturam qualitatum. Rom. *cons. 498. In caſu, n. 12.* vbi apost. *in*
39 *ver. mixturam.* † Extende è conuerso, sicuti casus mixtus non cadit sub simplici; ita dispositio statuti in casu mixto non debet tra-
40 hi ad simplex. Dec. *d. cons. 332. in pr.* † Extende in priuilegio concesso super simplici; quia mixturam non continet. Rom. *d. cons. 498.*
☞ *n. 16.* Vide, *Legitimatio redditur nulla, &c. Concluſ. 236.* † Limita; quia
41 regula non procedit, quando mixtum non caufatur, neq; est proprie compositum ex simplicibus, sed potius est neutrum, quam mixtum, prout sunt iura & actiones, quæ non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium etiā fauore piæ cau-
42 sæ. Angel. *d. cons 328. per tot.* maxime *nu. 7. vſq; in fin.* † Declara; quia statutum loquens in casu simplici nō habet locum in casu mixto, quando loquitur de vno simplici tantum, vel quando loquitur in pluribus simplicibus, & est materia indiuidua; si vero loquatur de pluribus simplicibus, & materia sit diuidua; tunc habet locum, etiam si plura simplicia concurrant. Ruin. *cons. 41. nu. 5. & seq.*
vbi plene, lib. 3. & quod in statuto loquente de instantia, & seu tēpore ad appellandum à diffinitiua, & interloquutoria, non ha-
43 bear locum in sententia mixta. Anton. de Butr. *cons. 6. in fi.* † Contrarium videtur velle Anch. *cons. 384. Dubium in iſta quæſtione, per to-*
tum, vbi, quod mulier prohibita se obligare, vel contrahere sine consensu viri, non potest donare causa mortis, quæ participat de contractu, & vltima voluntate; quia prævalet causa prohibens.
44 † Limita in criminalibus; quia si non admittitur procurator in causa banniti deportati, sed bene admittitur in causa banniti relegati, si bannitus est aliquis cum confiscatione bonorum, qui æquiparatur deportato, & non relegato; quia relegatio non admittit confiscationem bonorum. Alex. *cons. 116. Animaduerſis, num. 2. &*
ſeq. lib. 2. tamen dato, quod dici posset, quoad bannitum eum æquiparari relegato, quoad confiscationem æquiparari deportato, non admittitur procurator; quia casus est mixtus, ita Alex. *d.*
45 *cons. 116. n. 7. & ſeq. ver. præterea dato lib. 2.* † Limita; quia regulariter in pœnalibus, & exorbitantibus mixtū non continetur sub simplici. Io. de Im. *cons. 36. n. 4. & n. 8.* Rom. *cons. 259. In caſu propoſito, in*
fin. vbi loquitur in odiosis, & exclusiuis, & plenius *cons. 294. Hæc*
confeſſio, num. 4. vbi apostill. *in ver. non comprehenduntur*, dat pluri-
46 mos concord. *& cons. 405. Præſuppoſitis, colum. 2. ver. his tamen non re-*
fragantibus, vbi apostill. *in ver. Bartol.* † Extende; quia conuentio de remittendis subditis inter ciuitates confœderatas non procedit in eo, qui est etiam subditus remittentis; quia mixtum non cadit sub simplici in remissione ex cōtractu, quæ est exorbitans. Ioa.
47 de Imol. *cons. 35. num. 5. & 6. & num. 9.* † Extende in legibus priuantibus matrem transeuntem ad secunda vota, quæ priuatur omnibus donatis, & legatis à marito; quia leges pœnales non habēt locum in legatis, & donatis à tertio contemplatione mariti; quia improprie dicitur à marito habere, & lex loquitur de simplici, & nō procedit in mixto, & ficto, nisi esset donatio propter nuptias, in qua disponitur etiam de mixto. Rom. *d. cons. 405. in pr.* vbi apost.
† Declara, nisi concurrat mens, & intentio verisimilis contraria; 48
quia tunc mixtum comprehenditur sub simplici, & remissio promissa Duci Ferrariæ de Ferrariense delinquente habet locum, etiam si sit subditus remittentis. Io. de Im. *cons. 35. n. 10. ver. in contra-*
rium, vbi tollit contraria, & maxime *n. 12.* † Limita etiam in mate- 49
ria stricta; quia si loquitur, quod tempus ad appellandum à diffinitiua sit decem dierum, & ab interloquutoria quinque dierum, non habet locum in appellatione à sententia mixta, quæ sit interloquutoria habens vim diffinitiuæ. Ant. de Butr. *cons. 6. in fi. & per*
tot. † Limita in onerosis; quia statutum Collis quod transeuntes 50
per territorium Collis soluant gabellam, non habet locum in transeuntibus per viam communem Collensium, & S. Geminiani; quia simplex non trahit mixtum. Fel. in subscriptione ad *cons.*
Socin. 302. lib. 2. ver. quinto facit. † Limita in solemnitate requisita, 51
puta quod mulier non contrahat sine consensu propinquorum, nō habet locum in hermaphrodito, qui est mulier & homo; quia casus mixtus non cadit sub simplici. Alex. *cons. 116. Animaduerſis, n.*
9. ver. quod autem ſtatutum, lib. 2. † Item statutum requirens certam 52
solemnitatem in vltima voluntate non habet locum in donatione causa mortis; quia mixta est. Alex. *d. cons. 116. num. 10. ver. & idem*
Bal. li. 2. † Limita quia nedum mixtum non cadit sub simplici, sed 53
minus cadit diuersum; vnde si statutum dicit, quod dantes damnum in pratis incurrant pœnam, non habet locum in dato in arboribus. quæ sunt in pratis. Fel. ad *d. cons. Socin. 302. li. 2. in fi. in sub-*
ſcriptione.

Mixtura potentiori ex simplicibus mixtis applicatur, & quando secus. Concl. 295.

MYSTICVM † corpus, & hermaphroditus iudicatur masculus, vel fœmina, prout magis prævalet in altero ex sexu ma- 1
sculino, vel fœminino, *l. quæritur. ff. de ſtat. hom.* nam quod principalius est, habet se per modum finis intenti, *l. eum qui nocentem. §. fi. ff.*
de iniur. Oldr. *cons. 295. n. 4.* Sign. *cons. 95. n. 5.* Anch. *cons. 384. num. 4.*
Alex. *cons. 7. Attentis. n. 2. & ſeq. lib. 7.* † Amplia, vt procedat nedum 2
ratione potentiæ maioris, sed etiam ratione maioris fauoris; quia attenditur, & prævalet in eo quod est magis fauorabile. Oldrad.
cons. 295. n. 4. ver. & ſi dicatur. † Amplia; quia locus sacer dicitur, vbi 3
maior pars & nobilior est sepulta cadaueris, prout vbi est caput, non vbi residuum, *l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fun.* vbi gloss.
quod si corpus est diuisum nullus locus est sacer; quia quod principalius est, attenditur. † Amplia in actione mixta; quia sequitur 4
naturam personalis, eo, quod magis durat, quam realis. Oldr. *cōs.*
295. n. 4. † Contrarium, quod imo sequitur realem tanquam po- 5
tentiorem. Sign. *cons. 48. Quæritur ſi p. vij, circa fi.* † Amplia; in re cō- 6
muni inter Prælatum & Capitulum; vt quia caput est dignius, quam reliqua membra, ius Prelati dicitur potentius, quam Capituli; quia potentius est, & vincit id, quod est minus potens in casu, quando fit commixtio. Cald. *cons. 243. in ſi. ver. naturaliter autem*, alias *22. de præb.* † Amplia; quia si statutum dat formam fabricæ in- 7
ter curiam, & curiam, & hortum, & hortum, seu curiam, & hortum, attenditur in mixtis persona rei, contra quam intentatur fabrica, vt si ego habeo curiam, reus hortum, attenditur dispositio de horto secundum reum, non de curia secundum actorem, ita Mandel. Alba *cons. 20. nu. 9.* † Amplia; quia in omnib. mixtis, quæ 8
non habent separationem à suis simplicibus, idem iudicamus de mixto, quod de simplici potētiori, si subest ratio, vel æquitas; si vero mixtum est consistens ex se, nō cadit sub pœna simplicis. Ang.
cons. 257. Inter capitula. n. 1. † Et sententia, quæ habet multa requisi- 9
ta ad interloquutoriam, & diffinitiuam, dicitur mixta, videl. interloquutoria habens vim diffinitiuæ, & si magis incalescit diffinitiuæ, dicitur diffinitiua, & è contra. Ant. de Butr. *cōs. 6. n. 4. & ſeq.*
ver. videndum ergo. † Declara; quia qñ simplicia plura sunt separa- 10
bilia, iudicatur de vnoquoq;, prout de suo simplici, si vero non sunt separabilia; tunc iudicatur, vel prout de tertia specie, vel prout est potentius in vno, quam in alio ex simplicib. Ang. *cons. 348.*
Quidam Manuel, n. 2. † Amplia in contractu an sit venditio, vel per- 11
mutatio, quando mixta est, inspicitur, quod principalius est, vt si maius sit pretium, quam res permutata, sit venditio, si maior est res permutata, sit permutatio. Alex. *cons. 63. In cauſa, & lite, n. 4. ver.*
& per hoc. lib. 7. vbi apost. *in ver. principaliter*, dat concord. & in Francia dicit obseruari, quod diuiditur pro rata. † Amplia in artificiis; 12
quia is, qui habet plura artificia, debet nominari ab illo artifi-

artificio, in quo plerunque versatur. Dyn. *cons.* 27. *Quæstio, & articulus, in fi. ver. item lege cauetur.* Alex. *cons.* 108. *Viso themate, n. 2. lib.* 4.

13 † Extende; quia omnis, qui participat de duobus extremis, puta; quia facit duas artes, ad munus illius artis vocatur, in qua magis est inuentus, vel præponderat. Alex. *d. cons.* 108. *n.* 2. *& seq. lib.* 4. vbi

14 ponit exẽpla in eo, qui est mercator, & tabellio, & similia. † Amplia; quia si fiat mixtura ex naturali, & accidentali, attenditur naturale tanquam magis dignum. Ægid. Bellam. *cons.* 43. *nu.* 1. Vide,

15 *Naturalia si concurrant cum, &c. Concl.* 8. † Amplia; quia causa mixta continens criminale & ciuile iudicium, nominatur à digniori, & sic à criminali; ideo non est locus statuto de compromissis faciendis in causa mixta. Alex. *cons.* 82. *In causa inter Petrum, n.* 6. *ver. quo-*

16 *ad secundum. lib.* 1. † Amplia; quia magis dignum, & magis honorabile præualet in mixtis; ideo si Imperator cõquistauit armis partem Regni, & alia pars sponte se subiecit, totum Regnum dicitur

17 conquistatum. Ægid. Bellam. *cons.* 43. *nu.* 6. *vers. confirmatur.* † Amplia; quia ratione adiuncti dispositio legis alteratur, nam suus existens hæres, licet non adeat, operatur confirmationem tabularum paternatum, ac si adiuisset; secus si habeat etiam alium co-

18 hæredem extraneum; quia suitas nihil operatur. Sign. *consil.* 107. *Quidam nomine, n.* 14. † Pater licet habeat vsumfructum in bonis, quæ obueniunt filio; secus est, quando pater & filius simul succedunt; quia tunc ratione adiuncti pater non habet vsumfructum

19 in parte obueniente filio. Vide, *Pater in quibus bonis filii, &c. Concl.* 124. † Sententia interloquutoria, licet possit reuocari, prout est condemnatio expensarum, si tamen iungitur, & fiat simul in eadem sententia diffinitiua negocii principalis, non potest reuocari amplius ratione adiuncti. Anch. *cons.* 182. *Thema est, statuto, nu.* 6.

20 † Adulterium & fornicatio licet sint mixti fori, & per secularem puniri possit mulier adultera, vel fornicaria; tamen ratione adiũcti secus, prout si adulterata est cum clerico, vel presbytero; quia si est occultum non potest secularis inquirere propter infamiam

21 clerici. Anch. *cons.* 196. *Magnifice, & illustris nu.* 6. *& seq.* † Forensis, qui non potest acquirere, si cum subdito socio acquirat, admitti-

22 tur non obstante prohibitione. Plot. *cons.* 19. *n.* 121. † Amplia; quia si vnus contractus incidit in alium per modum pacti, & accessionis; quo casu talis contractus accessorius censetur pars principalis contractus, & illa actio, quæ oritur ex contractu principali, oritur etiam ex accessorio. Pet. de Anch. *cons.* 72. *Tantam familiaritatem. nu.* 4. † Extende; quia si celebratur contractus in testamento

23 certæ rei, est irreuocabilis; quia retinet suam naturam, non a. naturam testamenti, cui admiscetur. Rom. *cons.* 171. *Pro decisione, n.* 7. *ver. præmissis tamen*, vbi apostill. *in ver. veriorem*, dat concor. *& in*

24 *ver. irreuocabilis.* † Contrarium, quod aliquando vnus contractus, puta innominatus iũgitur, & efficitur cũ nominato, assumit naturã nominati, vt non possit reuocari. Rom. *d. cons.* 171. *n.* 7. *ver. cadit igitur*, allegat *l. sicut. C. de actio. & obligat. & l. quæsitum. Cod. de seru. expor.* aliquando contractus innominatus admixtus nominato re-

25 tinet suam naturã. Rom. *d. cons.* 171. *prope fi. ver. quarto quia*, allegat *l. Aristo. ff. de donat.* & sic materia variabilis. † Declarat Rom. quia regula est, quod contractus accedens contractui diuersę naturę regu-

26 tinet sũã naturã; quia principalis intentio ita se habet, contrariũ est casus specialis, vt *d. cons.* 171. *in fin. ver. neq; refragatur.* † Extende; quia contractus mixtus vẽditionis, vel alterius naturæ iudicatur ab ea parte, in qua præualet; ideo si pro pretio rei interuenit quã-

27 titas pretii, & res permutata, iudicatur venditio, si præualet valor pretii, vel permutatio, si præualet res permutata. Alex. *cons.* 119. *Visis narrat. n.* 4. *lib.* 3. † Extende; quia si contingat mixtura in contractu, attenditur id, quod est principaliter ex intentione agentium:

accessorius vero contractus, etiam si habeat diuersam naturam à principali, si per se staret, transfunditur in eandem naturã. Anch.

28 *cons.* 72. *n.* 5. Vide, *Principalis dispositio, &c. Concl.* 662. † Extẽde; quia adhoc, vt contractus nominatus ex mixtura facti, & promissi incidat in contractum innominatum, attenditur, quod magis præ-

29 ponderat. Ias. *l. si. ff. de cond. ob caus. in fin.* Vide, *Contractus nomin. &c. Concl.* 998. *n.* 31. † Contrarium dicit Alex. *cons.* 113. *Perspectis, n.* 2. *lib.* 6. quod imo semper contractus innominatus mixtus cum nomi-

30 nato recipit naturam nominati. † Amplia in contractibus, qui participat de lucro, & onere, si maius est lucrum, quam onus dicitur contractus lucratiuus, & gratia; secus si onus præponderat. Alex. *cons.* 7. *Attentis, nu.* 2. *& seq. lib.* 7. vbi dat exemplum in concessione feudi & emphyteusis, p modica recognitione, secus si à prin-

31 cipio pecunia sit soluta. † Limita; quia si concurrant duo, quorum vnus est habilis, alter inhabilis ad actum, subsistinetur actus ex habili, etiam si exprimatur ex actu non habili facere, vide plene Roman. *cons.* 446. *n.* 4. & ibi per apost. *in ver. validam*, vbi adducit cõc. & Grau. *cons.* 184. *col.* 4. Ægid. Bellam. *cons.* 42. *n.* 10. *& seq. ver. & in simili.* Vide, *Iudex ordinarius, & delegatus simpliciter procedens quo iure procedere, &c. Concl.* 427. † Declara tamen, vt per eundem Roman. *cons.* 506. *In re præsenti, numer.* 13. & vide *in ver. Vtile. Concl.* 573. *ver. Limita à connexis*, vbi videtur tenere contrarium, quando sententer persona inhabilis fuit adhibita; secus si inscienter, licet postea contrarium teneat. † Limita; quia in prohibitis, & permissis attenditur id, quod prohibet; nam iuramentum in supplementum non defertur contra matrimonium, sed bene defertur pro matrimonio; si tamen ageretur de probatione ad fauorem matrimonii, per quod secundum matrimonium dissoluitur, non defertur iuramentum. Castrens. *cons.* 45. *Licet per supradictum, col. fi. ver. sed adhoc lib.* 1. Vide, *Causa permissiua, & prohib. &c. Concl.* 148. Vide, *Repugnantia non admittitur, &c. Concl.* 203. Vide, *Qualitas nociua attenditur, &c. Concl.* 13. † Extende; quia licet causa originalis concurrens cum accidentali præualeat, tamen secus, si accidentalis nocet, & originalis prodest; quia præualet accidentalis. Io. de Im. *cons.* 35. *n.* 7. † Extende; quia si in mixto concurrunt duo; vnũ, quod prohibet, & nocet; aliud, quod nõ nocet, attenditur, quod nocet. *l. si quis in graui. ff. ad Syllavian.* Sign. *cons.* 95. *n.* 5. Anch. *cõs.* 384. *in fi.* † Extende; quia instrumentum falsum, siue ex dolo, siue ex errore, in totum est falsum, vt non habeat exequutionem etiam pro summa vera. Castr. *cons.* 303. *inpr. lib.* 2. † Contrarium, quod imo attendatur, quod prodest. *l. emancipatum. ff. de senat.* Sign. *d. cõs.* 95. *n.* 10. † Etende contrarium; quia licet domicilium proprium sit magis potens, & attendendum, quam patriæ, vel domicilium commune; secus est, si commune est fauorabilius. Sign. *cons.* 166. *n.* 19. *ver. sed esto*, & idem, quando duæ causæ concurrunt; vna nocens; alia benigna; quia attenditur, & præualet benigna, vt ibidem, *nu.* 22. *ver. nec prædictis obstat.* † Extende contrarium; quia statutum prohibens alienari forensi non habet locum, si fiat forensi, & ciui sociis simul; quia permissum trahit prohibitum. Plot. *cons.* 19. *nu.* 121. † Declara; quia *d. l. si quis in graui. §. fi. ff. ad Syll.* loquitur, quando vtraq; causa quoad aliqua tenduntad idem, alias secus. Io. de Im. *cons.* 145. *num.* 5. *ver. nec obstat.* † Declara, vt infra *in ver. Limita, quia, num.* 45. item declara, quando id, quod nocet, est odiosum, vt contra ius, & quod prodest, est fauorabile, tunc præualet id, quod prodest. Petr. de Anch. *cons.* 37. *Contra Ioannem, nu.* 5. *& seq.* vbi si quis impetrat moratoriam contra Pisanum, non tamen contra Florentinum, si creditor sit Pisanus, & Florentinus, contra eum non valet moratoria. † Declara; quia in casu odioso, & exorbitanti inducto à statuto non consideratur mixtura, quia mixtus non cadit sub simplici, ideo mixtura non consideratur. Io. de Im. *cons.* 145. *n.* 5. † Et quando ex diuersis materiis fit vnum mixtum, ex quo oritur noua species, quæ participat de vtroque simplici, inter quæ est repugnantia; tunc mixtum debet sibi assumere, quod vtilius, & fauorabilius est in altero ex simplicib. Petr. Anch. *cons.* 70. *Apparuit ex themate in pr.* † Et quando in eadem dispositione deprehenditur varietas, quę non potest sub distinctione conciliari, vltimæ dispositioni standum est, tam in iuris quam in testamentis, contractib. & omnib. aliis dispositionibus. Anch. *d. cons.* 70. *n.* 2. † Limita; quia in mixtis attendimus id, quod nocet, quando agitur de delicto prohibito in casu simplici, vt etiam in mixto prohibitio extendatur. Bald. *cõs.* 294. *in fi. v. item donatio causa mortis, lib.* 2. † Extende; quia statutum prohibens vxorem contrahere sine viro, prohibet etiam donare causa mortis, quæ participat de contractu, & vltima voluntate; quia attẽditur causa prohibens, & non causa permittens. Anch. *cons.* 384. *Dubium in ista, per tot.* maxime *in fi.* Vide, *Causæ. Concl.* 144. *& Causa. Concl.* 148. † Restringe, nisi causa, quæ prodest, esset magis ponderosa, & à partib. magis ex mẽte approbata. Io. de Im. *cons.* 35. *n.* 13. † Restringe; quia licet domicilium proprium, & paternum, attendatur, non autem commune, fallit, nisi commune afferat maius commodum. Sign. *cons.* 166. *n.* 19. *ver. sed esto, & n.* 22. *ver. nec prædictis obstat.* † Declara, si potentius sit id, quod iuuat, vel excusat, vel nisi agatur de iuranda vltima voluntate; pone casum, quod pater prohibetur alienare, filius non, sed pater filio pupillo substituit extraneum, vt legat à substituto pupilliariter bona prohibita alienari, concurrit substitutus pupilliariter bona prohibita alienari, concurrit factum patris, & filii, dicit Bal. quod non incurritur pœna; quia inspicitur persona permissa ad iuuandum testamentum, Bald. *cons.* 449. *Quando testator. n.* 2. *ver. pone ergo, lib.* 5. † Contrarium tenet Io. de Im. *cõs.* 35. *n.* 7. *ver. & primo*, vbi, quod licet causa naturalis sit potentior accidentali, & in concursu præualeat; secus, quando naturalis prodest, & accidentalis nocet; quia præualet accidentalis. † Quandoq; mixtura non cadit sub simplici, sed constituit nouã speciem, prout in stipulationibus ex pluribus diuersam, & contrariam naturam habentibus fit stipulatio communis. *l. stipulationes aliæ. ff. de verb. oblig.* Anch. *cons.* 384. *in pr.* † Quandoque accedit; mixtura

mixtura digniori ex pluribus mixtis, vt in iure patronatus; quia accedit spiritualitati. Anch. *cons.*384. *in princ.* † Quandoq; mixtura fit ex diuisibilibus, & tunc si concurrant prohibita, & permissa, attenditur permissum. Crau. *cons.*1. *n.*4. vbi dat exemplum de conditione nubendi de voluntate, & consilio alterius, quia licet conditio de voluntate non valeat, bene valet de consilio, ex quo non sunt indiuidua, & consilium non impedit matrimonium, quia sequillud non tenetur, licet teneatur requirere.

Mixtura ratione adiuncti alterat res mixtas. Conclus. 296.

1 SENTENTIA † condemnationis expensarum, licet sit interloquutoria, & regulariter omnis interloquutoria possit reuocari, fallit tamen, si feratur condemnatio expensarum vna cum sententia diffinitiua in negocio principali; quia ratione adiuncti sit irreuocabilis. Anch. *cons.*182. *Themaest, n.*6. Vide, *Consequitur quis expersona. Concl.*758. Vide, *Qualitas diuersa quando. Concl.*3. Vide, *Similia de facili commutantur. Concl.*248. † Filius licet acquirat patri vsumfructum, quando est in potestate, secus si succedat concurrens, vel in concursu cum patre; quia ratione adiuncti nihil acquirit patri. Vide, *Filius quando, & in quibus patri. Concl.*353. † Suitas durat in filiis in potestate constitutis, & hæredibus à patre institutis, secus si extraneus cum eis heres instituatur; quia ratione adiuncti extranei cessat ius suitatis. Florian. de S. Petro *cons.*14. *in fin.*

4 † Conditio, quæ tacite inest in substitutione facta descendentib. grauatis, vt intelligi debeat, si sine filiis decesserint, non inest, qñ cum filiis instituitur etiam extraneus, prout frater testatoris, & omnes inuicem substituuntur; quia per adiectionem extranei & vniformem institutionem, & substitutionem non habet locum *l. cum acutissimi. C. de fideic.* vt intelligatur substitutio si sine filiis; quia sicut non habet locum in fratre, ita neq; in descendentibus, vt fit vniformis. Florian. de S. Petro *cons.*14. *a n.*9. *vsque in fi.* † Falsitas admixta cum vero alterat, vt ipsum verum non attendatur, vt si instrumentum habet suam exequutionem paratam, & factum est instrumentum mutui pro centum, Notarius releuauit siue ex dolo, siue per errorem instrumentum pro centum, & quinquaginta, non habet exequutionem etiam pro quinquaginta; quia mixtura falsi cum vero alterat, vt totũ sit nullum, & falsum. Castr.

6 *cons.*203. *in prin. lib.*1. † Pactum nudum, quod non parit per se actionem, bene parit actionem, si immiscetur cum contractu propter adhærentiam contractus parientis actionem. Alex. *consil.* 113. *Perspectis, in prin. lib.*6. † Contractus innominatus, qui ex pœnitentia tollitur, nec parit actionem, si misceatur cum contractu nominato, non admittit amplius pœnitentiam, & parit actionẽ. Alex.

8 *d. consil.*113. *n.*2. *ver. & vbicunque contractus. lib.*6. † Facultas arbitrandi, seu declarandi competens ex prouisione propria, quæ non transit ad hæredes, si tamen cohæret alteri obligationi transitoriæ ad hæredes, etiam facultas, saltem quando est facti, transit ad hæredes. Alexand. *cons.*117. *Stantibus verbis, n.*2. *ver. fortificari possunt. lib.*3.

9 † Mixtum dicitur multiplex, & quindecim species mixtorum enumerat Bologn. *in l.*2. *n.*28. *& seq. vsque ad num.*49. *ff. de verb. obligat.*

10 quas videas. † Et duo sunt genera mixtorum, vnum ex pluribus speciebus alterationem inducentibus non reducibilibus, aliud ex pluribus speciebus mixtis, non confusis alterationem inducentibus, sed reducibilibus, & alias prosequitur Bologn. *d. l.*2. *n.*28. *& seq.* vbi singulas mixturas ponit, & pariter contrarias mixturas non alternantes, secundum quas hanc materiam explicat per exempla. Vide, *Consequitur quis ex persona. Concl.*758.

Moderari, & moderatio, & modificatio quid importet. Concl. 297.

1 MODERATIO † si apponitur post dispositum, denotat diminutionem, veluti si lex, vel statutum imponit certam pœnam, & quod iudex illam possit moderari, debet intelligi minuẽdo, si vero non est certa pœna præcedens, sed dicitur, quod iudex illam moderetur, & potest illam extendere etiam ad mortem ex facto condigno; quia tunc non importat diminutionem. Menoch. *lib.*1. *de arbitr. q.*86 *num.* 8. † Modificatio importat diminu-

2 tionem; ideo qui potest in totũ tollere, multo magis potest modificare. *l. videamus, ver. sed an iudex. ff. de in lit. iur. an.* Rom. *cons.*369.

3 *Circa primum. num.*27. *in fin. ver. in eius enim.* † Et quod inferior, qui non potest in totum tollere factum superioris, possit tamen ex causa modificare, seu distinguere. Alex. *cons.*105. *Ponderatis, nu.*8. *& 9. lib.*5. Vide, *Inferior non potest factum, &c. Concl.*120.

Modus differt à conditione, & in quibus cognoscatur. Concl. 298.

MODVS † est modificatio adiecta dispositioni non impediens 1
exequutionem dispositionis ad differentiam conditionis, quæ semper impedit exequutionẽ dispositionis; ideo verba, quæ possunt importare modum, & conditionem, important modo vnum, modo aliud, prout ex ordine dato; quia si aliquid legatur sub modo faciendi aliquid, vel sub conditione oneris, si factum, vel onus debet præcedere dispositum principale, est conditio, si debet subsequi, est modus. Bal. *cons.*219. *Pepus Nicolutij, in fi. n.*5. *ver. de illis verbis. lib.*2. Alex. *cons.*119. *Viso processu, in prin. lib.*1. quod duplicatur *cons.*20. *lib.*6. Castr. *cons.*5. *Quicquid dicatur, lib.*1. *in princip.* Ant. de Butr. *cons.*48. *in princ.* † Et quod conditio adueniat in potentia, 2
& modus adueniat rei præexistenti. Bal. *cons.*150. *Proponitur, quod, n.*5. *ver. consimiliter, in princ. lib.*5. † In dubio autem potius conditio, 3
quam modus præsumitur, maxime, quando constat, quod verisimiliter voluit impleri ante. Paris. qui multos allegat *cons.*19. *Ad resolutionem. n.*253. *vsque in fi. lib.*2. Alex. *cons.*102. *Visis, & ponderatis. n.*2. *v. confirmo quia, lib.*1. vbi apostil. *in ver. modum.* dat plures concord. † Extende, quia semper verba dubia, an important conditionem 4
vel modum, debent potius conditionem importare, quam modum. Alex. *cons.*150. *In causa appellationis, in pr. n.*2. *lib.*6. quem citat, & sequi videtur apost. ad Bart. *cons.*4. *Factum tale. num.*2. *lib.*1. *in ver. conditione.* † Declara, vt per Alex. *cons.*119. *Viso processu. n.*1. *& seq. lib.* 5
1. quod duplicatur *cons.*20. *lib.*6. vbi dicit, quod verba de sui significatione importantia conditionem, aliquando important modum, quando constat; quod post factum requirunt exequutionẽ, & verba importantia modum de sui significatione, important conditionem, quando constat, quod implementum requiritur ante dispositionem in dubio, quando sunt ablatiui absoluti suspendentes, important conditionem; ideo dicit Alex. ibi, quod licet modum in dubio importent; secus si implementum prius requiritur, vel ablatiui absoluti interueniunt. † Modum important 6
verba, *amplius non peti*, conditionem vero important *prius non peti*, Bal. *cons.*219. *Pepus Nicolutij, col.*2. *v. præterea sciendum est, lib.*2. Verba importantia modum sunt, sub hac conditione. Vide *in ver. Conditionem non, &c. Concluſ.*585. † *Sub modo relinquo tibi, &c.* Bald. *d. consil.* 7
229. *in fi. lib.*2. † *Vt*, hæc dictio semper importat modum, & non 8
conditionem. Bal. *cons.*150. *Proponitur, quod, n.*7. *ver. restat modo, lib.*5. vbi, quod è contra dictio, *si*, importat conditionem, & non modum. † Verba, *nelli modi, & forma infrascritti*, id est, *modo & forma in-* 9
frascriptis, important modum, non conditionem. Castr. *consil.*292. *Circa primum, in pr. lib.*2. † Declara, quia si dictio, *vt*, adiiciatur ter- 10
74 472. † Limita, quando monachus certi ordinis capacis deputatur exequutor, vel hæres ad distribuẽdum pauperibus; quia pauperibus acquirit, & non monasterio. Bald.*cons.*332. *Præmittendum*
*est in princ.lib.*1. Vide, *Successio in bonis clerici. Concl.*869. ¶ Extende;
75 quia officium exequutoris ad distribuendum, cum sit personale, competit monacho, non autem ordini, vel monasterio, licet debeat habere licentiam à suo superiore, vt tale officium possit assumere, vel exercere. Bald.*cons.*332.*num.* 2. *ver. sequitur aliud, lib.*1.
76 † Limita, quando monachus esset Capellanus Papæ, & ex priuilegio esset capax bonorum in persona sua; quia ex quo est capax tempore agnitionis acquirit sibi. Angel.*cons.91.col.3.in princip. ver. tertio.*

Monachus non potest habere aliquid proprium. Concluſ. 317.

1 MONACHVS † non potest habere aliquid proprium; quia abdicatio proprii est vnum de tribus requisitis ad professionẽ, *eam ad monasterium, de stat.regul.* Abb.*consi.*88. *Videtur,nu.*2.*ver. ter-*
*tio lib.*1. vbi, quod dicitur proprium possidere, quando inuito su-
2 periore, vel clam ab eo possidetur aliquid. † Extende, quia neque potest conuenire ex pacto, vt aliquid habeat proprium, vel ad vsumfructum, inuito, vel inscio superiore. Abb.*d.consi.*88.*nu.*3.*ver.*
3 *quinimo, lib.*1. † Extende; quia neque potest monachus habere cellas proprias, vel portiones aliquas præcipuas. Abb. *d. consil.*88.
4 *num.*4.*lib.*1. † Amplia; quia non valet relictum factum monacho, cum hoc, quod non possit molestari ab Abbate, & si molestetur, bona relicta deueniant ad alium; quia conditio tanquam contra statum monachi, & bonos mores reiicitur. Bart.*in l. Lucius. §. tres*
heredes. ff. ad Trebellian. Abb.*consi.*44.*Ad decisionem,in princ.lib.*2. vbi, quod bona monasterio acquiruntur; quia plena administratio bonorum monasterii pertinet ad Abbatem, non ad singulares monachos. † Contrarium tenet idem Bar.*in authen.excipitur.C.de*
5 *bonis, quæ liber.* vbi si relinquuntur bona monacho cum conditione, quod nihil acquiratur monasterio, licet conditio videatur turpis, & impossibilis; ideo reiicienda; tamen valet legatum, vt monachus habeat conniuentibus oculis superioris sui, quod fieri potest, & valet tacitus consensus. Abb.*d.consi.*44.*nu.*2.*& seq.ver.sed*
6 *iis, lib.*2. † Amplia, vt sit in tantum verum, quod si legetur monacho cum hoc, quod non acquiratur monasterio, licet talia verba possent multis distingui modis, de quibus Bar.*in quæst. sua* 12. *Quidam reliquit,* vbi in princ. quod videtur nullum *in ver. contra,* quod octo modis possunt verba declarari, tertio, ibi *num.*9.*& seq.* quod reiicitur ille modus, quod non possit acquiri, tandem *in ver. solutio,* dicit, quod acquiritur monasterio volente monacho, eo non volente non acquiritur, & allegat tex.*in l. vsusfructus,§. si ita. ff. quan.*
7 *dies leg. ced.* † Limita; quia bene valet statutum Abbatis, & Conuentus causa vitandæ murmurationis, & scandali factum, vt pro indumentis, & aliis necessariis liceat cuilibet monachorum habere proprium, cum succedat loco necessariorum. Abb.*cons.*88.
8 *col.3.ver.optime ad prædicta facit, lib.*1. † Extende; quia Prælato superiore permittente potest monachus habere, & non dicitur proprium, sed in administratione, communem * dicit Abb.*d.cons.*88. *
col.3.ver.optime ad prædicta, lib. 1. † Extende; quia monachus potest
9 habere legatum sibi factum cum conditione, quod non acquiratur monasterio interpretando, non quod conditio sit impossibilis, vel turpis; ideo reiicienda, sed interpretando, ita quod conniuentibus oculis superioris sui permittentis habeat. Abb.*cons.*44.
10 *Ad decisionem,nu.3.ver.& quod hoc fieri possit.lib.*2. † Contrarium tenet Bar.*in q.*12.*in ver. contra,col.*2.*ver. quinto sic.* vbi si alimenta legantur Monacho, nullus acquirit sibi, si alicuius monasterii, etiamsi monasterio relinquatur, acquiritur monacho, quando à consanguineo; secus si ab extraneo, vide eum. † Extende, quia monachus
11 potest sicut seruus habere legatum alimentorum; quia circa ea, quæ sunt naturalia, non prohibetur. Abb.*d. consi.*44.*col.*2.*ver. sed si*
12 *esset tale relictum, lib.*2. † Declara, vt plene per Bart. *d.qu.*12. *Quidam*
13 *reliquit, ver. contra, col.*2.*ver. septimo sic.* † Extende; quia Abbas potest concedere expresse, & tacite per conniuentiam monacho administrationem certorum bonorum. *c. religiosus, de testam. lib.* 6. Abb. *d.consi.*44.*nu.*4.*ver.nam Abbas, lib.*2.

Monachus agere non potest, & quando secus, & quid possit, vel non. Concl. 318.

MONACHVS † non potest agere aliquid sine licentia sui superioris, 11. *quæst.*1. *cap. non dicatis.* Feder. de Sen. *consil.*104. *Primo*
1 *quæritur,num.*3.*ver. tertio quæritur,* vbi, quod non potest sine licentia sui superioris aliquid, & maxime infrascripta; quia non habet monachus claustralis velle, neque nolle. Bald.*consi.*1. *in fin.nu.*
*7.ver. super alio.lib.*3. Card. Zab.*consi.*28. *in fin.v. ad alia quæsita.* † Elec-
2 tioni non potest consentire monachus. Feder.*d.consi.*104.*num.*3.
3 † Eligere sepulturam non potest monachus. Feder.*d.consi.*104.*nu.* 3. † Fideicommissarius esse non potest. Feder.*d.consil.*104.*num.*3.
4 † Iudex, assessor, aduocatus, vel arbiter esse non potest monachus, Feder.*d.cons.*104.*num.*3. allegat *cap. si religiosus, de electio. & c.*
5 2.*de testam.* † Et maxime in fratribus ordinis Minorum hoc procedit; quia non potest esse arbiter. Bald.*consi.*395. *De principali. ver.*
6 *secundo dico. lib.*5. † Declara, quod sufficiat sola licentia Episcopi in iis, quæ Episcopus monacho gerenda committit; quia valent gesta etiam sine Abbatis licentia; quia Episcopus est mediatus, & immediatus superior religiosorum etiam exemptorum. Calder.
7 *consi.*75. alias 2.*de offic. delegat.* † Amplia; quia monachus spoliatus cappa nõ agit spolio; quia nihil proprium habet, & idem in monacha. Card. Zab.*consi.*17.*num.*5.*& seq.ver.ex hac ratione.* vbi *num.*7.
*9 dicit, quod omnes * Doct. ita tenent. † Restringe, quod licet monacha spoliata non agat, nec repetat tanquam monacha; tamen potest repetere, tanquam pars corporis collegii. Lap. *alleg.*51.*nu.*
16.*ver. vnde gloss.* allegat gloss. *in cap. cum dilecta, de rescript.* † Restrin-
10 ge, quando Abbas, vel Abbatissa sunt mortui; tunc agit nomine suo. Ægid.*consi.*5.*num.*7.*ver. concludo ergo.* † Declara, quia bene
11 agit tanquam monacha spolio contra monasterium, si non recipiatur, etiamsi sponte negauit, Gemin.*consil.*28.*per tot.* † Amplia;
12 quia procurator esse non potest monachus sine licentia sui superioris. Feder. de Sen. *dict.consil.*104.*num.*3.*& in fin. ver. item procu-*
13 *ratorium.* † Declara tamen, quod licet non possit monachus esse procurator sine licentia sui Prælati; si tamen agit, valet iudicium, donec sibi opponatur; quia ope exceptionis excluditur. Feder.*d.consi.*104.*n.*4.*in princ.* vbi ponit alios casus. † Amplia, quia
14 monachus agere non potest sine licentia sui superioris, nec etiam

potest

potest cõueniri, licet Papa mandauerit vendi certos fructus cuidam monacho professo; quia non censetur secum dispensare, sed secundum ius concedere, videlicet, vt de licentia superioris hoc
15 faciat. Cald. *cons.* 407. alias 22. *de regular. per tot.* † Extende; quia frater ordinis Minorum non potest aliquod officium seculare extraneum ab officiis sui monasterii exercere sine licentia sui superioris. Bald. *d. cons.* 395. *n.* 2. *lib.* 5. † Amplia, vt in tantum monachus
16 agere non possit, neq; is, qui obtulit bona sua monasterio, & seipsum, possit agere contra suos debitores, & si agat nomine suo, iudicium erit nullum, & acta reuocantur. Fed. de Sen. *consil.* 287. *per tot.* qui loquitur, quando egit nomine proprio, ac si non obtu-
17 lisset. † Amplia; quia nõ potest iurare sine licentia Abbatis. Ægid.
18 *cons.* 5. *num.* 15. † Amplia; quia testari, & donare non potest monachus, neq; monialis; quia nihil proprium habere potest. Cardin. Zabar. *consi.* 17. *num.* 5. *ver. ex hac secunda*, Petr. de Anch. *cons.* 72. *Dicta*
19 *facti, in princ. & nu.* 6. † Extende; quia neq; valet testamentum, & alienatio facta de bonis monasterii, etiamsi adsit licentia superioris. Petr. Anch. *d. cons.* 82. *num.* 5. *& 6. ver. sed aliis rationibus.* † Ex-
20 tende in Priore Cruciferorum; quia non potest testari de bonis sui monasterii etiam de licentia sui superioris. Petr. Anch. *d. consil.*
21 82. *num.* 1. *& nu.* 6. † Restringe, quando lapsi essent centum anni; quia temporis diuturnitas hoc operatur, vt solemnia omnia præsumantur, maxime si tanto tempore fuit ita obseruatum. Ancha.
22 *d. consi.* 82. *num.* 1. *&* 2. † Declara restrictionem, vt non procedat, quando constat de initio vitioso, & de titulo inualido; quia tem-
23 pus nihil operatur. Anch. *d. consi.* 82. *num.* 7. *& seq.* † Declara; quia cum licentia superioris potest habere vsum certorum bonorum, & potest eundem vsum alteri concedere de licentia superioris.
24 Card. Zab. *d. consi.* 17. *num.* 9. *vsque in fin.* † Amplia; quia non potest monachus donare, nec adire, nec repudiare hæreditatem sine
25 consensu monasterii. Fulg. *cons.* 72. *in fi.* † Amplia; quia monachus non potest suscipere mandatum ad contrahendum etiam nomine proprii monasterii; quia stat regula, quod qui non habet velle, nec nolle, non se debet forensibus negociis immiscere; & quia materia vagandi datur. Petr. Anch. *consil.* 57. *Quædam ex prædictis in*
26 *princ.* † Extende; quia multo magis prohibetur suscipere mandatum pro negociis alieni monasterii, & in hoc licentia prouincialis non suffragatur. Pet. Anch. *d. cons.* 57. *in prin.* † Et in tantum pro-
27 hibetur, & est incapax monachus, vt contractus sine mandato legitimo reddatur nullus. Anch. *d. cons.* 75. *per tot.* † Amplia; quia neque conueniri potest monachus, neq; contrahere, & si de facto
28 conueniatur, debet coram Abbate conueniri. Ægid. *d. cons.* 5. *nu.* 8.
29 *ver. secunda conclusio*, quod est Ioan. de Lignan. † Extende, etiamsi contrahendo iurauerit. Ægid. *d. cons.* 5. *nu.* 15. quod est Martini de
30 Salma, vbi, quod monachus non potest iurare. † Limita, nisi agatur de diuisione bonorum monasterii; quia monachus quilibet potest petere partẽ suam. Lap. *alleg.* 51. *nu.* 14. *v. vnde etiam monachus.*
31 † Limita; quia monachus agere potest possessorio ad restitutionem monasterii probato titulo monachali, alias non, quod die,
32 vt per Cald. *cons.* 396. alias 11. *de regular.* † Limita; quia licet monachus non possit multa, de quib. supra; tamen si iam aliqua ex præmissis fecit sine licentia superioris, tenent, & valent, maxime in iis, quæ respiciunt sacramenta, & spiritualia, & non pertinent ad collegium, vel conuentum, ita Fed. de Sen. *cons.* 104. *n.* 4. vbi vsq;
33 in fi. ponit multa exempla infrascripta. † Limita; quia potest confraternitatem contrahere sine licentia sui superioris. *c. peruenire,*
34 18. *q.* 1. † Limita; quia potest contrahere sponsalia; quia ex sponsalibus monachi oritur publica honestas, quæ non potest oriri, nisi
35 adsit consensus. *c. vnico, de sponsal. in* 6. † Limita; quia potest contrahere matrimonium nomine alieno tanquã procurator, hoc est, valet iam contractum, licet procurator esse non possit. Fed. *d. cons.*
36 104. *ver. item pone.* † Limita; quia monachus potest agere, & conueniri ratione administrationis, vel quando in studio de licentia superioris, & in aliis casibus, de quibus Ægid. *d. cons.* 5. *n.* 9. *v. tertia concl. & n.* 15. vbi, quod etiam potest obligare monasterium. Abb.
37 *cons.* 88. *per tot. lib.* 1. † Declara tamen; quia si esset in studio de licentia Abbatis, potest obligare monasterium pro honesto victu, vel necessariis, nisi licentia esset cum onere, quod alius alimentaret. Ægid. *d. cons.* 5. *n.* 15. quod est Martini de Salma. Abb. *d. cons.* 88.
* *n.* 6. *ver. & etiam communis opinio. lib.* 1. vbi dicit * communem.

Monachi literas, & scientiam habere debent. Concl. 319.

1 MONACHIS † permittitur studio literarum vacare, in tantum, quod teneatur monasterium habere magistros, qui doceãt monachos non solum Grammaticam, sed alias opportunas scientias. Abb. *cons.* 88. *Videtur, col.* 2. *ver. sed iis non obstant. lib.* 1. vbi comprobat; quia contemptor scientiæ potius dicitur membrum diaboli, quam Christi. † Amplia; quia possunt profiteri Theologiam
in publicis Gymnasiis de licentia sui superioris, & monasterium
tenetur ad expensas studii. Abb. *d. cons.* 88. *n.* 6. *lib.* 1. † Extende; quia
in tantum tenetur monasterium pro expensis sui monachi in stu-
dio, vt possit ipse studens cum licentia superioris etiam obligare
monasterium pro necessariis. Abb. *d. cons.* 88. *n.* 6. *ver. quinimo, lib.* 1.
† Extende; quia tenetur vsq; ad septennium, & etiam ad expensas
doctoratus, & regressus à studio ad monasterium, vt videtur sen-
tire Abb. *d. cons.* 88. *in fi. ver. venio ad sextum. lib.* 1. † Amplia; quia ama-
secundum aliquos potest Episcopus etiam inuito Abbate dare li-
centiam monacho eundi ad studium, expensis monasterii. Abb. *d.*
d. cons. 88. *nu.* 6. *ver. quinimo, lib.* 1. vbi dicit esse opiniones hinc inde.
† Declara; quia si monasterium est sub Episcopo, talis licentia po-
test dari ab Episcopo, non à Vicario generali, nisi Episcopus ita
haberet: si vero non est sub Episcopo, requiritur licentia Prælati
regularis cum consensu Capituli, vel maioris partis eiusdẽ. Abb.
d. cons. 88. *n.* 5. *ver. quar o ostenditur, iuncto ver. tertio potest se fundare, col.*
pen. libr. 1. † Et quod imo Vicarius generalis possit licentiam stu-
dendi concedere monachis subditis Episcopo, & aliis benefitia-
quando Episcopus est in longinquis partibus, & quando exur
consuetudo. Abb. *d. cons.* 88. *ver. venio ad quartum, lib.* 1. † Amplia;
quia Ecclesia ad sui regimen indiget viris literatis, *c. cum ex eo, de*
lectio. in 6. ideo ex licentia studendi non minuitur cultus diuinus,
sed imo promouetur vtilitas Ecclesiæ particularis, & vniuersalis.
Abb. *d. cons.* 88. *col.* 3. *in fi. ver. nec obstat, lib.* 1. † Limita; quia scientias
legum profiteri non possunt, sed bene Canonum, & Theologiæ
alias vero prophanas scientias profiteri non debent Abb. *d. cons.*
88. *col.* 3. *ver. quinto facit, iuncto ver. non obstat quintum, col. pen. lib.* 1. vbi
hoc declarat, nisi consuetudo sit contraria.

Monachus in quibus possit præiudicare monasterio. Concl. 320.

MONACHVS † & seruus quando aliquid acquirunt monasterio, eorum confessio probat contra monasterium; & ideo
monachus recipiens inuestituram pro monasterio de certis bo-
nis pro certa responsione soluendo. & confitendo potest obliga-
re monasterium, quatenus contractus sit acquisitionis, & vtilita-
tis principaliter. Bald. *cons.* 379. *Sequitur, quod anno Domini, in prin.*
lib. 1. † Amplia; quia monachus licet non habeat velle, neq; nolle,
tamen si monacho fit legatum, ita quod non acquiratur mona-
sterio, nisi ipse consentiat, non acquiritur monasterio; & ideo
potest in hoc monasterio præiudicare. Bart. in sua *q.* 12. *Quidam re-*
liquit. ver. solutio, per tot. vbi, quod de licentia sui Prælati potest vel-
le, & nolle, & si de facto compelleretur velle, esset perinde, ac si
non vellet, & monasterio nõ acquireretur. † Limita in aliis, qua
monachus soluendo non præiudicat monasterio, & si pecunia
extat, potest ab Abbate vendicari. Bald. *consi.* 131. *Procuratorum ha-*
bens, lib. 3. *in fin.*

Monachorum translatio ad alium ordinem est personarum alienatio, ideo prohibita. Concl. 321.

TRANSLATIO † monachi de ordine, & monasterio, in quo professus est, ad alium ordinem, est quædam alienatio personarum; ideo non est permissa licentia, seu facultas concedendi monacho, vt possit transire ad alium ordinem, nisi superiori immediato vna cum conuentu. Lap. *alleg.* 62. *n.* 4. *v. quia concessio talis licentiæ, vsque ad v. ad secundum caput.* vbi, quod administrator, neq; generalis ordinis non potest dare hanc licentiam, nisi caueatur constitutione ordinis; quia non est Prælatus monasterii. † Vide
plene, quando solus Prælatus possit dare licentiam, & quando re-
quiratur etiam consensus conuentus, & quando dispensatio E-
piscopi, vel Papæ, & quando sufficiat petere licentiam, licet non
obtineatur, plene per Franch. *in c. cum singula. §. prohibemus. nu.* 3. *c.*
4. *ver. in gl. in ver. canonicæ, de præben. in* 6. † Amplia; quia in tantum
dicitur alienatio personarum, quando fit translatio de monaste-
rio ad monasterium, vt cessante causa, pro qua facta est transla-
tio, debeant translati redire ad primum monasterium. Feder. de
Sen. *cons.* 29. *nu.* 1. *ver. dico etiam.*

Monachus transiens ad alium ordinem an bona hæreditaria ad secundum monasterium transferat. Concl. 322.

MONACHVS † professus in ordine Seruorũ, cui delata est hæ-
reditas patris, si exeat ex dicto ordine sine legitima licentia
vel

vel sine licentia, & alium ordinem ingrediatur, nō ipsum sequuntur bona hæreditaria, sed remanent primo monasterio. Lap. *alleg.* 62. *num.* 8. *circ. fin. ver. & cum quæratur.* †Amplia, vt procedat, etiam si esset ingressus alium ordinem arctiorem, vel de licentia legitima; quia secundum monasterium habebit solum vsumfructum, donec vixerit translatus, & proprietas remanebit primo monasterio. Lap. *d. alleg.* 62. *n.* 8. *circa fin. ver. item nec ad arctiorem*, per gl. *in c. de hoc simon.* & idem videtur velle Fed. de Sen. *consil.* 29. *n.* 1. *ver. non enim*, vbi, q̃ non debent esse onerosi secundo monasterio, prout nec detrusus ob delictum, & q̃ primum monasterium debet providere de honesto victu, & idem, quod solus vsusfructus transeat ad monasterium, in quo licite, & de licentia fuit translatus. Cald. *consil.* 408. *in princ.* alias 23. *de regularibus*, & q̃ transeat vsusfructus & non proprietas in secundum monasterium, quando proprietas est acquisita primo. Gemin. *consil.* 80. *n.* 12. *ver. pro hac parte*, vbi dicit *communem. Vide, *Monachus quicquid acquirit. Concl.* 316. Contrarium †tenet glos. *in c. quod à te, de cleric. coniug.* quia bona sequuntur personam, vbi Abb. late *à n.* 5. *vsq; in fin.* distinguit plures casus, sed vult in casu licito, & de licentia primi monasterii, quod bona sequantur personam translati, & idem tenet Card. *consil.* 28. *n.* 5. †Declara; q̃a si in primo monasterio transtulit bona expresse, non recuperat bona, sed habebit solum vsumfructum secundum monasterium; si vero tacite ex professione contulit bona transeundo ad secundum licite ex voluntate recuperat bona; quia præsumitur dedisse bona sub conditione, si in primo perseuerauerit, ita distinguit Card. Zab. *d. consil.* 28. *n.* 5. †Amplia multo magis, vt bona primo monasterio remaneant, & vsusfructus secundo monasterio solum debeatur, quando aliquis p̃ modum pœnæ, vel alias detruditur in alio monasterio, ne sit illi onerosus; quia tunc habet vsumfructum secundum monasterium, proprietas remanet primo, d. glos. *in c. de hoc, in ver. restituat, de simon.* quam ita restringit Lap. *d. alleg.* 62. *n.* 8. *ver. tamen*, & videtur velle Fed. *consil.* 29. *Quidam volens, n.* 1. *ver. & per iura prædicta*, vbi, quod non debent esse onerosi monasterio, in quod detruduntur. Card. Zab. *d. cons.* 28. *col. fin. ver. aut expellitur.* †Amplia; quia bona professi in vno monasterio semel quæsita sunt ipsius monasterii, etiam si professus valide exiret illicite, non intrando aliud monasterium; q̃a primum monasterium nedum retinet bona, sed recuperat professum. Card. *d. consil.* 28. *col.* 2. *circa fin. ver. si professio tenuit.* †Extende etiam, quando intrauit secundum monasterium illicite recedendo à primo; quia retinet primum bona, & recuperat personam. Card. *d. consil.* 28. *n.* 4. *in fin. ver. si vero recedit.* †Extende, vt procedat, etiam si licite exeat primum monasterium, & nullum aliud intret, veluti si obtinet curatum beneficium; quia bona quæsita vsq; tunc sunt primi monasterii, quærenda vero erunt Ecclesiæ, cui præficitur. Calder. *consil.* 28. *col.* 2. *in fin. n.* 4. *ver. si licite.* †Extende, q̃s est professus valide in primo, & transit valide in secundum ex necessitate, vt si fuit expulsus, & tunc bona data tacite ex professione primo, remanent primo, & vsusfructus secundo, ne inutilis reddatur & onerosus secundo. Card. *d. consil.* 28. *col. fin. ver. aut expellitur.* †Extende, quando fuit professus valide in primo, & dedit bona expresse, quia transiens ad secundum licite, quouis modo non recuperat bona, neque habere debet de iure vsumfructum; habebit tamen illud ex benignitate si monasterium secundum egeat, quod notatu dignum asserit. Card. *d. consil.* 28. *col. final. ver. si vero expresse.* †Restringe, quando professus valide, intrauit etiam valide aliud monasterium ex voluntate; quia recuperat bona obuenta tacite primo monasterio, & transfert in secundum, ex quo censetur ille dedisse tacite sub conditione. Card. *d. consil.* 28. *col. fin. n.* 5. *ver. si ingressus secundi.* † Limita in acquisitis, vel delatis post translationem factum legitime; quia quicquid acquirit, acquirit secundo monasterio, ad quod fuit translatus. Fed. de Sen. *consil.* 26. in respons. D. Jacobi de Pistorio, *in princ. ver. certum est de iure, authent. de monachis. §. vero relinquens.* Bald. *consil.* 63. *n.* 5. *ver. item oportet, lib.* 1. Limita †in acquisitis ratione administrationis in secundo monasterio, etiam sinon legitime fuisset translatus; quia adhuc acquirit secundo monasterio, ex quo præsumitur ex administratione secundi monasterii acquisiuisse, & idem si communiter reputabatur legitime translatus. Lap. *d. alleg.* 62. *circa fi.* †Limita in acquisitis, vel delatis post translationem, etiam si sit translatio non perpetua, neq; expressa, sed tacita, puta quia esset Monachus vnicus monasterii creatus Prior consentus alterius monasterii ad nutum suum; nam interim acquirit prioratui, ex quo est absolutus à monachatu per prioratum. Fed. de Sen. *consil.* 35. *Quidam monachus. per totum*, maxime *in fi.* †Declara tamen, si esset manualis Prior; quia non liberatur à clausto, vt acquirat monasterio, nisi ratione rei prioratus manualis acquireret, vel illius contemplatione relictum esset factum; quia prioratui istis casibus, & non monasterio acquireret. Baldus *consil.* 63. *ver. & licet Monachus, vsq; in fin. lib.* 1. †Limita in Monacho non professo; quia si transit ad aliud monasterium, retinet bona sua, quæ non contulit primo monasterio, in quo non est professus. Card. Zab. *d. consil.* 28. *Quidam frater. n.* 4. *ver. præsupponendo.* †Extende, etiam si esset professus in primo monasterio, q̃s professio non tenuit; quia licet bona tacite dedisset monasterio transeundo ad aliud, secum recuperat bona. Card. *d. consil.* 28. *col.* 2. *post med. ver. si fuit professus*, vbi, quod nunquam fuerunt primi monasterii. †Declara extensionem, vt non procedat, quando dedisset bona expresse; quia licet professio non teneat; tamen non recuperat bona, nisi ex coniecturis doceat se contemplatione professionis, & non alias daturus esset. Card. *d. consil.* 28. *col.* 2. *post med. ver. si expresse*, vbi tamen, quod ex misericordia restituitur. Restringe, †vt non procedat, quando contulisset bona primo monasterio; quia tunc licet in eo non sit professus transiens ad aliud, non sequuntur bona, nisi contulisset sub conditione, vel sub spe profitendi in eo; quia tunc non profitendo in eo recuperat bona. Cardin. *d. consil.* 28. *col.* 2. *post med. ver. sed de Monacho dico.* †Limita quoad vsumfructum; quia licet proprietas acquisita primo monasterio non transeat ad secundum, ad quod professus transfertur, tñ bene transit vsusfructus, hanc communem *dicit Gem. *consil.* 80. *n.* 12. *ver. pro hac parte.*] Limita; quia si legatur vsusfructus monacho alicuius ordinis contemplatione victus, & vestitus ac personæ Monachi, ita quod ipse possit acquirere tunc translato Monacho in secundum monasterium transfertur legatum vsusfructus. Gemin. *d. consil.* 80. *n.* 9. *vsq; in fin. ver. in casu autem*, vbi est casus. †Restringe limitationem, quando legatum esset factum Monacho simpliciter, quia ex quo acquiritur monasterio, in quo est Monach⁹ licet transferatur ad secundum monasterium, non transfertur legatum. Gemin. *d. consil.* 80. *per tot.* concor. Bald. *consil.* 332. *Præmittendum est.* 1. *in fin. ver. si autem alicui religioni, lib.* 1. quod acquiritur monasterio, in quo est professus tempore mortis testatoris quoad legatum. † Declara tamen; quia Monachus capax hæres institutus sit tempore mortis testatoris est in vno ordine, tempore aditionis est in alio, acquirit illi ordini, in quo est tempore aditionis, quia iubere non potest Prælatus primi ordinis, vt adeat, sed bene Prælatus secundi ordinis. Vide, *Translatio Episcoporum. Concl.* 364. Vide, *Translatio Monachorum. Concl.* 367.

Monachus transiens ad aliam religionem à quo debeat licentiari. Concl. 323.

MONACHVS †professus in vno ordine, ad hoc, vt possit ad alium ordinem transire, debet habere licentiam à suo superiore immediato, ita quod non sufficit licentia administratoris, neq; generalis, q̃ non sunt superiores immediati, nisi ex constitutione ordinis ita caueatur. Lap. *alleg.* 62. *Quidam Franciscus. n.* 3. *ver. & descendendo ad primum, vsq; ad ver. ad secundum, n.* 5. vbi, quod translatio est species alienationis personarum, & Lap. *alleg.* 131. *n.* 1. *circa fin. ver. item licentia*, idem videtur velle Fed. de Sen. *consi.* 29. *n.* 2. *ver. item quia visitator*, qui dicit requiri authoritatem superioris ordinarii in alienatione bonorum monasterii, & non sufficit authoritas visitatoris. Vide Concl. prox. seq. †Declara tamen, quod licentia Papæ supremi superioris, licet non immediate sufficit. Lap. *d. alleg.* 131. *n.* 4. *in fin. ver. ad aliud, quod.* †Declara, vt ille dicatur Prælatus immediatus, qui tempore licentiæ est immediatus propter absentiam immediati, qui si esset præsens, diceretur mediatus, ita videtur innuere Lap. *d. alleg.* 131. *in fin. n.* 5. *ver. item etiam.* Amplia, † etiam si transiret ad ordinem arctiorem; quia debet habere licentiam à suo superiore immediato. Lap. *d. alleg.* 62. *n.* 6. *ver. si autem ponatur*, vbi refert multos, & nihil firmat, pro quo vide plenissime Franch. *in c. cum singula. §. prohibemus, n.* 3. & 4. *ver. in gloss. in ver. canonicæ, de præbend. in* 6. † Declara; quia quando transit ad strictiorem, sufficit, quod fuerit petita, licet non obtenta licentia. Angel. *consi.* 233. *Punctus est, Albertus, in princ.* Vide Concl. prox. seq.

Monachus quando de vna religione ad aliam possit transire. Concl. 324.

MONACHVS †potest transire de religione lata ad strictiorem regulariter petita licentia, licet non obtenta à suo superiore laxioris regulæ. Franch. *in c. cum singula. §. prohibemus, n.* 3. & 4. *in gloss. ver. canonicæ, de præbend. in* 6. Ang. *consil.* 235. *Punctus est, Albertus, in princ.* vbi dicit verum, q̃s humilitatis causa fit transitus. Card. Zab. *consil.* 28. *Quidam frater, n.* 3. vbi reddit rationem; q̃a præsumitur spiritu Dei ductus, & in iis, q̃ ducuntur spiritu Dei, datur libertas omnibus. †Et quod posset de lata ad strictam transire. Lapus

pus *alleg.* 130. *in princ. Pro dubij*, qui nihil de licentia superioris, sed bene sub *n.* 2. *ver. similiter.* Fed. de Sen. *consil.* 5. *n.* 2. *ve. casus autem con-*
3 *cessi.* †Declara tamen, quod laxior, & strictior religio consideratur nedum respectu regulæ, sed constitutionum, & obseruantiæ,
☞ Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 1. Vide, *Translatio Monachi ad strictiorem qualiter fiat, & licita sit. Concl.* 366. Vide, *Religio ex quibus dicatur arctior, vel la-*
4 *xior. Concl.* 141. †Amplia; quia professus potest nedum transire ad strictiorem religionem petita licentia, licet non obtenta, sed etiam potest transire ad religionem parem de licentia petita, & ob-
5 tenta sui superioris. Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 2. *ver. si igitur.* †Amplia; quia professus potest etiam transire ad laxiorem religionem, quando professio in strictiori esset solum tacita, & talis, per quam obligaretur religioni in genere; quia sufficit, quod aliquam religionem
☞ profiteatur. Lap. *d. alleg.* 130. *Pro dubij, n.* 3. *ver. ad minorem vero.* Vide,
6 *Professio tacita qualiter emittatur, vel inducatur. Concl.* 881. † Amplia de licentia Papæ posse professum solemniter in religione stricta transire ad laxiorem nulla causa subsistente. Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 3. *v.*
sed Papa, vbi, q etiam potest facere de Monacho non Monachum & latius ibi *n.* 2. *ver. sed prædictis*, vbi, quod potest concedere ad la-
7 xiorem, nedum respectu regulæ, sed obseruantiæ. † Extende in tantum, vt imo curia soleat dare istas licentias ad laxiorem; & ideo de facili præsumitur ista solennitas. Soc. *consil.* 270. *Consideratis*
8 *q., circa fin. ver. quarto moueor, lib.* 2. † Amplia in Monacho conuentuali, & non claustrali; quia potest transferre ad libitum etiam de sola licentia superioris immediati. Lap *d. alleg.* 130. *in fin. n.* 5. *v. item*
9 *etiam.* † Amplia; quia imo etiam professus expresse in arctiori potest transire ad laxiorem, petita, & obtenta licentia superioris. An-
10 gel. *consil.* 235. *Punctus est, in princ.* †Et quis possit dare licentiam ad
☞ laxiorem. Vide, *Translatio Monachorum, &c. Concl.* 256. † Amplia;
11 quia Monachus translatus de vna religione ad aliam legitime potest ad primam suam religionem reuerti, *c. post translationem, ante med. de elect.* Fed. de Sen. *consil.* 263. qui loquitur de licentia ordina-
12 rii, vel superioris adhibita in regressu. †Declara tamen, vt procedat ampliatio, si translatio fuit facta contemplatione personæ translati, vel etiam contemplatione monasterii, ad quod facta est translatio ex certa causa, si causa cessat, secus si durat. Fed. de Sen.
13 *consil.* 263. *circa fin. ver. verumtamen.* † Amplia; quia reuocari potest per suum superiorem Monachus professus, qui non petita licentia à suo superiore transiuit siue ad laxiorem, siue ad parem, siue etiam ad strictiorem, de laxiori, & strictiori. Rom. *consil.* 341. *Circa*
14 *primum, in princ.* de pari Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 2. *ver. si igitur.* † Reuocatio fieri potest tribus modis. Primo; quia superior potest agere rei vendicatione. Secundo; quia potest agere ex condictione *c. sta-*
tuimus. 19. *q.* 3. Tertio; quia potest implorare officium nobile iu-
15 dicis, ita Rom. *d. consil.* 341. *n.* 2. *& seq.* †Licentia igitur peti debet p religiosum volentem transire ad laxiorem, vel parem, nedum à suo superiore, sed etiam à conuentu, & debet obtineri; si v. vult transire ad strictiorem, sufficit, si petatur à superiore, non etiam à conuentu. Rom. *d. consil.* 241. *num.* 4. licet isto casu sufficiat, quod sit
16 petita, licet non obtenta, vt supra in princ. † Limita tamen, vt debeat peti licentia à superiore ab eo, qui transit ad strictiorem, vt si non petierit, possit reuocari, tanquam quod causa leuitatis transiuerit. Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 2. *ver. si vero transeat.* Cald. *consil.* 410. alias
17 25. *de reg.* vbi, q si causa leuitatis non est dubium, quod potest reuocari, si vero zelo religionis, potest etiam reuocari, quando non petiit licentiam, & idem expresse tenet Rom. *consil.* 341. *Circa pri-*
mum, n. 3. *ver. secundo idem est expressum, & n.* 4. † Extende, vt idem sit
18 in clerico, qui potest reuocari à suo Episcopo, si recedit sine licentia. Cald. *consil.* 310. alias 25. *de reg.* † Limita è conuerso; quia religiosus de ordine stricto non potest transire ad aliam religionem magis latam, alias esset apostata. Lap. *d. alleg.* 130. *in princ. ver. & ideo,*
19 vbi allegat Jo. Andr. *in c. sane, de regul.* † Declara; quia erit apostata largo modo apostasia minori, sed celebrans non est excommunicatus, sed bene potest reuocari. Rom. *d. consil.* 341. *in princ.* allegat
20 Lap. *allegat.* 33. *An transiens*, & apost. ad Rom. *in ver.* 33. citat alios. † Limita in professo in ordine Montis Oliueti; quia non potest transire ad alia Monasteria eiusdem religionis Sancti Benedicti, sed solum potest transire ad Ordinem Carthusiensium ex particularibus priuilegiis dicti Ordinis Montis Oliueti. Lap. *d. allegat.*
21 130. *n.* 1. *ve. secundo idem.* † Limita, quando in fraudem fieret transitus, vt si transiens statim staret extra religionem de licentia superioris strictioris regulæ. Card. Zabar. *consil.* 28. *Quidam frater, nu.* 3.
22 † Limita in religionibus Prædicatorum, vel Minorum; quia non possunt exire, neque transire sine licentia Papæ, alias sunt apostatæ. Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 4. *v. ex prædictis not. in*
c. sane, de reg.

Monachi professi quando subsint Episcopo, & non religioni. Concl. 325.

MONACHI † professi in quacunq; religione exempta, si assumantur ad dignitatem secularem, vel Episcopatum, & deinde dignitates dimittant, vel priuentur, ex quo semel sunt absoluti à regula, professa, reincidunt in iurisdictionem ordinarii Episcopi, qui ordinabit vitam talis Monachi absoluti ab ordine suo. Arch. *c. ne pro cuiuslibet, 16. quæst.* 1. Feder. de Sen. *consil.* 5. *n.* 2. *ver. secundum hoc, & consil.* 19. *n.* 4. *ver. in contrarium videtur.* † Amplia idem in a Monacho vnius religionis translato ad Abbatiam alterius ordinis; quia si renunciat prælaturæ, vel priuetur, ex quo est absolutus à primo, & non est obligatus secundo Monasterio, remanet sub Episcopo; ideo debet procurare ingressum religionis, & si non reperiat, Episcopus ordinabit vitam suam. Fed. *d. consil.* 5. *n.* 2. *ver. in contrarium videtur, quod remanet.* † Amplia in Monacho expulso professo, qui si non recipitur, nec reperit aliam religionem, q ipsum admittat, Episcopus ordinabit vitam illius, dabit habitum, & regulam, & erit Monachus Episcopi. Fed. *consil.* 38. *per tot.* vbi, q debet dare habitum, & regulam conformem suæ professioni, si non potest illum recipi facere. † Imo dicit ibi *consil.* 38 *circa fin.* Feder. q a Episcopus poterit eidem dare curam animarum, sed Lap. hoc reprehendit; qa cum sit electus propter demerita, non debet præfici curæ animarum. † Imo; qa quicquid acquirit talis Monachus, priuatus Abbatia, & qui moratur extra Monasterium, acquirit Episcopo. Card. *consil.* 75. *in fin.* in casu, qui sequitur, incip. *Summus Pontifex, in fin.* † Amplia; quia Episcopus potest recipere professionem religiosorum, & deputare eis habitum, & normam viuendi sine particulari religione, & sunt religiosi sub Episcopo viuentes. Fed. *d. consil.* 38. allegat Innoc. & Host. *in c. porrectum, de reg.* Amplia, † quia eo ipso, quod religiosus assumitur, vel instituitur ad Ecclesiam curatam supposita Episcopo, liberatur à claustro, & abobedientia sui superioris, & subest Episcopo. Fed. de Sen. *consil.* 34. *in princ.* maxime *in ver. sed si Monachus, & consil.* 136. *in princ. ver. item est.* Vide, *Monachus quando ad claustrum. Concl.* 331. † Amplia; quia Monachus valide agit sibi commissa ab Episcopo etiam sine licentia proprii Abbatis; quia Episcopus est Prælatus mediatus, & immediatus religiosorum etiam exemptorum. Calder. *consil.* 79. alias 2. *de offic. deleg.* Vide, *Episcopus quid possit circa. Concl.* 248.

Monachus in quibus subiiciatur Prælato suo. Concl. 326.

MONACHVS † subest Prælato suo, ita quod non dicitur illius meus, neq; socius, sed maiorem habet Prælatus potestatem in Monachum suum, quam maritus in vxorem; quia vxor quoad omnia est socia mariti, præter duo, videlicet debitum carnis, & operationem. Oldrad *consil.* 267. *num.* 6. *ver. & si dicatur.* Exemde; † quia Monachus potius æquiparatur seruo respectu Monasterii, quam filio; & ideo sicut seruo hæredi instituto non potest domin⁹ adire hæreditatem eo inuito, & recusante; ita non potest Monasterium adire inuito Monacho; secus esset, si filio æquiparatur. Angel. *consil.* 91. *Sancta Carmelitarum. in pr. & per tot.* quæ probat Bartol. & alios contrarium tenentes. † Contrarium tenet Bart. *in l.* 1. *n.* 21. *ff. de vulg. & pupill.* † Amplia; quia plus est subiectus a Monachus Abbati suo, quam Episcopo. *c. qui resistit.* 11 *q.* 3. *com ut notat.* Fed. de Sen. *consil.* 34. *num.* 3. *ver. hinc est.* † Amplia; quia potest Monachus præsentatus, & institut⁹ ad beneficium non curatum reuocari ad claustrum per suum superiorem regularem, etiam inuito Episcopo. Feder de Sen. *consil.* 134. *per tot.* Vide, *Monachus quando ad. Concl.* 331. † Amplia, vt possit generalis ordinis transferre a Monachum suum de vno Monasterio ad aliud, & dicitur translatus eo ipso, quod vocatur à generali, & illum ex nunc eximit a primo Monasterio, & transfert ad secundum. Feder. de Sen. *consil.* 145. *n.* 4. *ver. sed nunquid.* Vide, *Translatio quid sit, & quando. Concl.* 361. † Declara tamen, vt non procedat vocatio, & translatio facta per generalem, quando fieret in fraudem visitatoris, ne Monachus corriperetur; quia iam cœpta visitatione non valeret translatio. Fed. de Sen. *d. consil.* 145. *n.* 3. *in fin. ver. sed pone, quod vere subditus*, vbi, quod eo casu debet Monachus potius obedire visitatori, q suo generali. † Amplia; quia Priores regulares, qui non sunt liberati a claustro, videlicet quando habent prioratus obedientiarios, de quibus per Federic. *consil.* 134. *in fin. ver. ad secundum*, non possunt sine licentia Abbatis permutare prioratus, & si permutauerint, non valet permutatio, nec datur regressus, sed sunt priuati. Federic. de Sen. *consil.* 200. *Quod permutatio, in princ.* † Amplia; qua a Abbates, & Prælati regulares possunt inquirere, corrigere, condemnare, & punire Monachos suos; quia in eis Prælati habent

jurisdictionem ordinariam. Calder. *consil.* 405. alias 20. *de regular.*
10 †Amplia; quia etiam pendente inquisitione super crimine non-
dum probato, potest Monachus carcerari, & retineri sub fida cu-
stodia, nec est admittenda cautio fideiussoria. Calder. *consil.* 406.
alias 21. *de regular.* Vide, *Abbas quid possit in suos relig. Concl.* 7. Vide,
Religiosi qualiter à suo Prælato. Concl. 147.

Monachus nouitius non potest præfici Ecclesiæ conuentuali, & quando secus. Concl. 327.

1 MONACHVS †nouitius professus de recenti non potest eligi in Abbatem, vel Prælatum Conuentus, & Collegii, *c. offici. de elect.* Federic. de Sen. *consil.* 258. *Factum tale est, quidam Abbas,* &
2 idem Fed. *consil.* 259. *in fin. ver. tertio, & vltimo.* †Limita; quia bene
potest sibi conferri alia Ecclesia non collegiata, seu conuentum
non habens. Federic. de Sen. *d. consil.* 258. *per totum,* vbi loquitur de
Ecclesia manuali, & idem repetit *consil.* 259. *in fin. ver. tertio, & vlt.*

Monachus quæ beneficia secularia obtinere possit. Concl. 328.

1 MONACHVS † potest de jure communi promoueri ad Eccle-
sias seculares parochiales, curatas, & promotus eximitur à
clausтro, & obedientia sui Prælati regularis. Fed. de Sen. *consil.* 136.
Factum tale est, quidam in princ. ver. ratio est, & consil. 134. *ver. sed si Mo-*
nachus, vbi loquitur de curata Ecclesia, *& in d. consil.* 136. *n.* 4. *ver. ra-*
2 *tio est,* dicit, quod admittitur; quia gubernat religiosus Ecclesiam
tanquam secularis, ex quo est liberatus à clausтro. † Amplia, vt i-
dem sit de Ecclesiis Episcopalibus; quia ad illas pariter potest ꝓ-
moueri, & promotus eximitur à clausтro. Feder. de Sen. *consil.* 5. *n.*
2. *ver. secundum hoc, & consil.* 19. *n.* 4. *ver. in contrarium videtur, & consil.*
3 136. *in prim. ver. ratio est.* †Amplia in tantum, vt etiam si priuetur,
vel dimittat Ecclesiam curatam, vel Episcopatum; tamen non
reincidit in obligationem clausтri; quia est suppositus Episcopo
loci, ex quo semel fuit liberatus. Feder. *d. consil.* 5. *n.* 2. *ver. secundum*
hoc, & consil. 19. *n.* 4. *ver. in contrarium videtur.* Vide, *Monachi professi*
4 *quando subsint Episcopo, & non religioni. Concl.* 325. †Declara tamen,
quod potest Monachus ꝓmoueri ad secularem curatam ex cau-
sa, & per Papam, & Episcopum solum, non autem per Abbatem,
etiam si habeat Abbas Ecclesiam secularem sub se curatam; quia
sic est solita regi per seculares, non potest ad illam promouere re-
gularem sine Episcopo. Feder. de Sen. *consil.* 136. *n.* 3. *ver. salua pace.*
5 †Contrarium tenuit Feder. *d. consil.* 136. *in princ.* & in responsione,
6 quam facit ad impugnationem. † Amplia; quia religiosus ex cau-
sa potest promoueri ad Episcopatum, & curatam Ecclesiam, ac et-
iam ad omnem aliam dignitatem; excepta collegiata curata. Fe-
7 deric. de Sen. *d. consil.* 136. *circa fin. ver. sed nullus dubitat.* †Amplia, vt
nedum possit promoueri, vt supra, sed etiam potest præsentari, &
præsentatio facta de regulari, vel electio ad curatã, vel aliam di-
gnitatem, aut Episcopalem Ecclesiam, valet, & admitti debet, si
alias est idoneus ille religiosus. Feder. de Sen. *d. consil.* 136. *per totum,*
vbi Feder. tenet hanc partem in tantum, quod Episcopus tenetur
8 instituere, licet in hoc ibi impugnetur. † Amplia; quia imo circa
curam animarum religiosus seculari dicitur magis idoneus circa
9 scientiam, glos. *in extrauag. sedes in ver. singulorum, de offic. deleg.* † Li-
mita in religioso mendicante translato legitime ad Monacha-
tum Sancti Benedicti; quia nihilominus non potest assumi per
ordinarium ad curam animarum, neq; ad curatum beneficium,
vt per Lap. *additio. ad consil. Federic.* 161. *Quidam religiosus,* vbi dicit*
hanc communem, & reprehendit Federic. tenentem ibi contra-
rium, & sequitur Lap. Card. Zabarell. *in clem.* 1. §. *Prioratus, de regu-*
10 *la.* †Limita; quia Monachus non potest habere beneficium cu-
ratum, & remanere in clausтro Monachus; quia tunc prohibetur
11 habere, ita declarat Feder. de Sen. *d. consil.* 136. *in fin. principij.* † Li-
mita; quia non potest habere beneficium seculare simplex soli-
tum regi per Clericum secularem. Federic. de Sen. *d. consil.* 136. *in*
fin. principij, & latius *consil.* 134. *in princ. ver. hinc est,* ratio est; quia ꝓ-
motus ad simplex remanet Monachus; & ideo alteratur natura
beneficii, quod esse non debet, ita Feder. *d. consil.* 136. *in fin. princ.* &
melius *circa fin. num.* 4. *ver. ratio est,* quia cum sit liberatus à clausтro
per promotionem ad curatam, illam gubernat, tamquam Eccle-
12 siam secularem, & sic non alteratur status Ecclesiæ. † Limita;
quia non potest promoueri ad Ecclesiam colleg atam cura-
tam. Feder. *d. consil.* 136. *in fin. ver. non obstat. quod*
dicit Host.

Monachus dimittens habitum quando sit excommunicatus. Concl. 329.

MONACHVS † dimittens habitum suum est ipso iure excom- 1
municatus, *c. vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi, lib.* 6. Oldrad.
consil. 202. *Quidam Monachus, in princ. & consil.* 184. *n.* 12. Vide, *Apostasia*
q. d sit, & quis, & c. Conc. 424. Vide, *Religiosus transiens ad, & c. Concl.*
143. † Amplia, vt procedat, etiam si habitum retineat religiosus, 2
sed coopertum; qa adhuc pœnam excommunicationis non euitat. Oldr. *consil.* 184. *Pater sancte, circ. fin. n.* 12. *ver. tertio obijcitur, vsq; in*
fi. consilij. † Amplia; vt etiam Monachi facti Pontifices portare de- 3
beant habitum religionis suæ, *c. Clerici officia, de vit. & honest. clerico.*
Oldr. *d. consi.* 184. *n.* 13. *ver. item ad euitandum.* † Amplia in tm esse ex- 4
comunicatum, vt si interim celebraret, incurrat irregularitatem.
Oldr. *d. consil.* 184. *n.* 12. † Amplia, vt si dimiserit habitum animo a- 5
postatandi, ppetuo sit nedum excomunicatus, sed et irregularis,
& non potest eligi in Abbatem; secus si dimisit ex leuitate, & fuit
absolutus. Oldr. *d. consil.* 202. *Quidam Monachus, circa fin. ver. nec ta-*
lis. † Limita, si timore compulsus dimittat habitum. Oldr. *cons.* 183. 6
Factum tale est, vacante, n. 14. *ver. item constitutio,* vbi et limita, vt non
procedat contra dimittentem habitum ex leuitate. † Limita, si ex 7
leuitate dimittat habitum; quia non est excommunicatus. Oldr.
d. consil. 183. *n.* 14. *& consil.* 202. *Quidam Monachus, circa fin.* † Limita; 8
quia talis Monachus dimittens habitum, si reuertitur, & absoluti-
tur reassumpto habitu, quem ex leuitate dimiserat, potest eligi
Abbas sui Monasterii. Oldr. *d. consil.* 202. *Quidam Monachus.* † Li- 9
mita, qñ transiuit ad aliam religionem, siue ex leuitate animi, siue
non; quia non est excomunicatus, & potest redum reuocari, sed
ipsemet potest agere, vt recipiatur, et si non petita licentia recessi-
erit. Abb. *consil.* 95. *In præsenti per tot.* maxime *circa fin. lib.* 1. † Exten- 10
de, vt procedat, etiam si religiosus ꝓfessus sine licentia sui superio-
ris transeat ad laxiorem religionem; quia bene largo modo effi-
citur apostata; sed tm non incurrit apostasiam proprie, neque in-
currit excommunicationem; quia *c. 2. ne Clerici, vel Monachi. lib.* 6.
loquitur, qñ dimittunt habitum, & vagantur, ꝙ cessat in illo, qui
laxiorem intrauit, & patet; quia poterit in laxiori celebrare, ita
Rom. *consi.* 341. *Circa primum, in princ.* allegat plures, maxime Lap.
alleg. 33. *an transiens,* vbi apost. ad Rom. *in ver.* 33. dat concord. & di-
cit Roma. qui potest reuocari à suo superiore ad primum Mona- 11
sterium, *n.* 2. & 3. † Extende, vt procedat; quia poterit reuocari à
suo superiore, etiam si transiuit ad religionem arctiorem sine li-
centia sui superioris, *c. Ioannes. & c. non est nostrum, & c. sane, de Reg.*
Roman. *d. consil.* 341. *num.* 3. *ver. secundo idem.* Vide, *Apostasia quid sit,*
& quis. Concl. 424. Vide, *Religiosus ad laxiorem. Concl.* 143. Vide Ma-
scardum, *Concl.* 111. *Pluribus modis aliquem apostatam probari.*

Monachus extra Monasterium esse non debet. Concl. 330.

MONACHVS † & monialis non potest esse, nec stare extra Mo- 1
nasterium; quia sicuti pisces non viuit sine aqua; ita Mona-
chus sine monasterio; & ideo si non recipiatur, potest clamare,
morior, morior, & iudex debet illum restituere, et si ꝙnte exi-
uit; qa consensus suus tendens ad peccatũ non attenditur. Gem.
consil. 28. *Attenta forma libelli, per tot.* Abb. *consil.* 104. *in pr. lib.* 1. † Am- 2
plia; qa Monachus existens extra Monasterium agit contra Mo-
nasterium possessorio, & petitorio, vt reducatur, & non obstant
ipsi exceptiones criminum, vel ꝙ sponte exiuerit; qa quoad cri-
mina admitti debet ad pœnitentiam, quoad consensum; qa ten-
dit ad peccatum, non consideratur. Gem. *d. consil.* 28. *per tot.* † Am- 3
plia in tm, vt vagatio Monachorum extra Monasterium sit exosa,
vt si superior non reuocat vagantes, possit ordinarius ex officio
illos compellere, vt redeant ad Monasterium. Gem. *d. consil.* 28. *n* 3.
ver. imo etiam. † Amplia; quia Monachi quantumcunq; mali, non 4
sunt de Monasterio expellendi, vt sint vagantes, sed sunt ad Mona-
sterium reducendi, & contrarium facientes sunt puniendi. Pe. de
Anch. *consil.* 352. *ver. ratio horum est,* incip. *Monasterium S. Michaelis,* ꝙ
est subscriptum ab Ant. de Butr. & duplicatur *cons.* 424. † Amplia; 5
quia Monachus non potest intitulari extra clausтrum, maxime in
Monasterio monialium. Pet. de Anch. *d. consil.* 352. *in fin. ver. non ob-*
stat, si dicatur, & est subscriptio Ant. de But. † Amplia; quia licentia 6
Prouincialis non releuat, vt Monachus possit vagari, & aliena ne-
gotia gerere. Pet. Anch. *consil.* 57. *Quædam ex prædictis, in princ.* † Am- 7
plia; quia si expellatur de facto Monachus ab Abbate, & velit re-
uerti ad regularem disciplinam, debet recipi, & alimentari.
Anch. *d. consil.* 352. *n.* 3. *ver. secundo respondetur,* & du-
plicatur *consil.* 424.

Monachus quando ad clauſtrum reuocari poſsit. Concl. 331.

1 MONACHVS † præſentatus ad Hoſpitale non curatum per Abbatem, & inſtitutus per Epiſcopum non dicitur translatus, nec liberatus à religione, nec à clauſtro, maxime, quando remanet cum effectu in Monaſterio, & tanquam Monachus habet alimenta, Feder. de Sen. *conſil.* 134. *Caſus talis eſt, quidam Abbas, in pr.*

2 † Amplia, vt idem ſit in Monacho inſtituto per Epiſcopum ad beneficium manuale; quia poteſt per Abbatem reuocari ad clauſtrum & ſine Epiſcopo. Fed. *conſil.* 134. *col.* 1. *in fin. ver. imo Monachum.*

3 † Amplia, vt idem ſit in Monacho facto Priore in Prioratu obedientiario, quia poteſt reuocari ad clauſtrum ad nutum Abbatis. Fed. de Sen. *d. conſil.* 134. *in fin. ver. ad ſecundum*, & dicitur Prior obedientiarius, quando ponitur ab Abbate, & Prioratus eſt ſuppoſitus Monaſterio, & eſt regularis, & Feder. de Sen. *conſil.* 200. *Quod permutatio, in princ.* ☞ Vide, *Prior conuentualis quis dicatur. Concl.* 709.

4 † Amplia, vt in tantum liceat Abbati reuocare ad clauſtrum Monachum ſuum beneficiatum ad manuale beneficium, vt nec valeat ſtatutum prædeceſſoris Abbatis cum conuentu contrarium diſponens; quia nec Abbas poteſt paciſci cum Monacho, vt perpetuo ſit clauſtralis. Feder. late *conſil.* 259. *Caſus talis eſt per tot.*

5 † Limita, quando eſſet translatus ad aliud Monaſterium, vel ad beneficium curatum Epiſcopo ſuppoſitum; qa tunc liberatur à clauſtro, nec ſubeſt Abbati ſuæ religionis. Fed. *d. conſil.* 134. *in princ. ver. nam ad hoc*, allegat *c. quod Dei, de ſtat. Monach. & c. conſtitutus de electio.*

6 † Declara, ſeu extende in tantum, vt Monachus ad Eccleſiam curatam translatus, ſit in tantum liberatus à clauſtro, & ſua religione, vt nec poſſit compelli ad retinendum ſocium religioſum. Feder. de Sen. *d. conſil.* 134. *in princ. ver. ſed ſi Monachus.*

Monachi Nigri Sancti Benedicti, & eorum priuilegia. Concl. 332.

1 MONACHI † Nigri Sancti Benedicti habent nouas conſtitutiones factas à Papa Benedicto XII. quarum meminit Joa. Andr. cuius eſt conſil. Feder. de Sen. *conſil.* 292. *Ego Ioan. Andr.* Vide, ☞

2 *Fratres Ciſtertienſes, & eorum. Concl.* 462. † Eligunt ſecundum conſtitutiones ſuas prædictas in capitulo generali præſidentes, & viſitatores, qui viſitare poſſunt Monaſteria omnia etiam monialium. Feder. *d. conſil.* 292. *in princ.* † Durat facultas præſidentium de Capitulo, & Capitulum, & eorum authoritas eſt magna; quia non eliguntur à Capitulo generali, ſed ipſi eligunt præſidentes, & viſitatores in Capitulo generali, vide plene per Feder. de Sen. *d. conſil.* 292. quod eſt Joan. Andr. qui abhorret has conſtitutiones,

3 & dicit debere reduci quoad aliqua. † Vagabundi profeſſi in regula S. Benedicti ſunt recipiendi vſque ad tertiam vagationem, & non vltra; quia incorrigibiles poſtea dicuntur. *c. Abbates.* 18. *quæſt.* 2 Gemin. *conſil.* 28. *in fin.* † Cluniacenſis ordo eſt ſub regula B. Be- ☞

6 nedicti, licet Abbas Cluniacenſis ſit caput ordinis. Vide, *Abbas Cluniacenſis caput ord. Concl.* 21. † Ciſtertienſis ordo eſt ſub regula ☞

7 B. Benedicti, licet ſit caput ordinis Ciſtertii. Vide, *Fratres Ciſtertienſes, & eorum priuilegia. Concl.* 462. † Conuentus, & Abbas Capituli Regii habent priuilegium ab Honorio Papa poſtulandi intra menſem Abbatem ad prioratum heremi de Virgianoli, alias ſolus Abbas poteſt prouidere de Abbate in dicto heremo. Baldus *conſil.* 469. *Sanctiſſimæ recordationis, lib.* 4.

Moniales conuerſæ non ſunt veræ moniales, & quæ dicatur monialis. Concl. 333.

1 MONIALES † ſeruitiales, ſeu ſeruientes, quæ appellantur conuerſæ, non ſunt veræ moniales, licet emittant profeſſionem; quia differunt in multis, nempe, nomine, exercitio, non ſeruant clauſuram, non habent vocem, non tenentur ad diuina, & multas differentias congerit Fed. de Sen. *conſil.* 213. *Ad vltimum, per tot.* ſequitur Afflict. *in conſtit. ſi quis rapere, ſub.* 19. *tit. de rap. num.* 6. *in fin. lib.* 1. Franch. *dec.* 42. *num.* 3. *lib.* 1. Abb. *in c. de monialibus. de ſen-*

2 *tentia excom. in* 2. *not.* † Amplia; quia non profeſſa non dicitur proprie monialis, licet quoad quid habeat priuilegium monialis exemplo ſponſæ impuberis, quæ proprie non eſt vxor. Bald. *conſil.*

3 197. *Omnia pacta, in fin. lib.* 5. † Extende; quia monialis non profeſſa non obligatur pœnis, de quibus *in c.* 1. *de ſtat. regular. lib.* 6. vt ibi gloſs. *in ver. profeſſæ*, & ita videtur loqui Concil. Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de regular. c.* 5. Nauarr. *conſil.* 81. *tit. de regular. lib.* 3. & ita declarat Concilium, & Conſtitutiones Pii V. in ordine ſecundum veterem impreſs. 9. & 99. & ſecundum nouam eſt 5. & 100. Jacob de Graff. *lib.* 4. *c.* 23. *& num.* 16. & 17. † Limita; quia rapiens, vel ſolli-

4 citans, aut corrumpens monialem, ſiue profeſſam, ſiue non profeſſam, punitur vltimo ſupplicio, & bona confiſcantur Monaſterio, *authen. de Monachis, §. fin.* quæ eſt canonizata *in c. ſi quis rapuerit, 27. quæſt.* 1. qui ex. loquitur de habente habitum religioſum, & de aſſiſteria, videlicet quæ eſt continuo in loco religioſo.

Moniales ſunt capaces ſucceſsionum, licet ſint mendicantes. Concl. 334.

MONIALES † Sanctæ Claræ, licet ſint Ordinis Sancti Fran- 1
ciſci, & arctiſſima ſit regula, tamen poſſunt habere bona in communi, & ſunt capaces ſucceſſionum vniuerſalium, & particularium. Bald. *conſil.* 183. *Factum proponitur tale, lib.* 5. & plenius *conſil.* 439. *Sanctus Franciſcus, lib.* 5. Card. Zabar. *conſil.* 17. *nu.* 2. *ver. ſecundus ordo.* † Extende; quia omnia Monaſteria S. Claræ ſunt ca- 2
pacia quorumcunq; bonorum, & ideo non extinguitur vſusfructus, neq; vſus per ingreſſum in dicto Monaſterio. Anchar. *conſil.* 436. *In iis dubiis, num.* 8. *& num.* 9. † Amplia; quia Moniales ſucce- 3
dunt parentibus ſuis, & aliis, *l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cler.* gloſs. *in c. præſens, in v. locum.* 20. *q.* 3. † Extende; qa retinent iura ſuitatis. Bald. 4
Caſtre. & alii *in d. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cler.* Jaſ. *in l. patre ſuiſſe, num.* 47. *ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. Gallus. §. ſi eius, num.* 11. *ff. de liber. & poſthum. & in l. qui ſe patris, num.* 17. *C. vnde liber.* Dec. *in authen. ingreſſi, col.* 2. *ver. not.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl.* † Declara tamen; quia 5
poteſt Monaſterium adire ſine facto monialis ſecundum veram opinionem Canoniſtarum *in cap. in præſentia, de probat.* quicquid teneant Legiſtæ; quia hæc opinio fauet piis locis, vt dicit Rumin. *conſil.* 204. *& ſeq. lib.* 1.

Moniales pauperes ſunt eleemoſynis adiuuandæ, & clauſuram ſeruare debent. Concl. 335.

PERICVLOSA † & vituperoſa magis dicitur indigentia in mo- 1
nialibus, quam in aliis pauperibus, *c.* 1. *§. ſane. de ſtat. Monach. in* 6. ideo eis ſubueniendum eſt Feder. de Sen. *conſil.* 282. *circa med. ver. item eleemoſynis.* † Clauſura monialium omnino eſt eleemoſynis 2
procuranda, ſi ipſæ non habent modum, *d. c.* 1. *de ſtat. Monach. in* 6. † Et in tantum moniales debent ſeruare clauſuram, vt ſi exeant, 3
ſint excommunicatæ, *cap. vt periculoſa, ne Clerici, vel Monachi in* 6.

Monialis qualiter poſsit renunciare hæreditati, & diſtrahere. Concl. 336.

MONIALIS † non poteſt renunciare hæreditati paternæ ſine 1
authoritate Abbatiſſæ, & Conuentus, ac decreto ſuperioris, quando iam hæreditas eſt acquiſita, & adita ad inſtar minoris, & ideo renunciatio facta fratribus cum authoritate Abbatiſſæ & Conuentus de hæreditate paterna iam adita non valet ſine decreto, ſicut non valeret renunciatio minoris cum ſola authoritate curatoris ſine decreto. Bald. *conſil.* 246. *Monialis cum authoritate, lib.* 1. *in princ. & conſil.* 247. *Præmiſſo ſtatuto, circa fin. ver. vento ad ſecundum, lib.* 1. † Amplia in tantum, quod non valet renunciatio, vel 2
contractus factus à ſola Abbatiſſa, vel Prioriſſa, & ex eo non re- præiudicium Monaſterio, *c.* 2. *& 3. & c. quanto de iis, quæ ſunt a prælat.* Alexand. & alii *in l. præſes. C. de tranſact.* cum aliis allegatis per Boer. *dec.* 115. † Limita, quoad bona mobilia, & quoad hæreditatem nondum aditam; quia mobilia poſſunt alienare ſine decreto, & hæreditas nondum adita poteſt repudiari cum ſola authoritate Abbatiſſæ, & Conuentus ſine decreto. Bald. *d. conſil.* 246. *in princ. lib.* 1. *& conſil. ſeq. circa fin. ver. vento ad ſecundum, lib.* 1.

Monialis qualiter probetur carnaliter cognita, & puniatur. Concl. 337.

MONIALIS † carnaliter cognita, ſeu corrupta qualiter pro- 1
betur. Lap. *alleg.* 54. *per totam.* Vide, *Carnalis copula ex quibus probetur. Concl.* 105. † Suſpecta, & diffamata tenetur facere purga- 2
tionem canonicam, alias puniri poſſet tanq; corrupta. Lap. *d. alleg.* 45. *in fin. n.* 4. *ver. omnib. autem.* † Expelli non poteſt ex monaſterio 3
monialis corrupta, ſeu diffamata, ſed debet recipi, & ſi ſponte exiuiſſet, & pagere pœnitentiam; imo agit ſpolio, ſi non recipiatur. Gem. *conſil.* 28. qui loquitur ſecundum regulam S. Benedicti. Pœna † cognoſcentis carnaliter monialem eſt pœna capitis, *ſi ſupra* 4
non dum rapere. C. de Epiſc. & cler. Jo. de Ana. *conſil.* 1. *n.* 9. & idem tenet ibi Bologn. *n.* 19. † Mitigatur de manſuetudine, q ſit perpetua 5
carce-

earceris, quando non est notoria, & non scandalosa, vel continuata. Ioan.de Anan.*d.consil.1.nu.9.*

Monasterium quid sit,& appellatione Monasterii quid veniat. Concl.338.

1 MONASTERIVM†secundum communem vsum loquendi est habitatio Monachorum,*c.Monachi,& c. in singulis,de statu Monachor.* Federic.de Sen.*consil.145.n.7.in fin.ver.Primo an dominus,* vbi, quod non importat locum aliorum religiosorum, qui non sunt Monachi; quia eorum habitatio appellatur locus religiosorum. Vide,*Loci appellatione quid veniat. Concl.*434. Contrarium te-
2 net idem†Federic.de Sen.*d. consil.145.col.penult.num.8.ver. Si vis tenere aliam partem,* vbi,quod proprie importat Monasterium, habitationem tam Monachorum, quam aliorum religiosorum et-
3 iam mendicantium. † Amplia; quia appellatione Ecclesiarum veniunt etiam Monasteria,*c.cum inter,de re iudic.* Calder.*consil.293.*
4 *num.2.ver.item verba generalia,* alias 1.*de ver.permut.*†Extende è conuerso,quod appellatione Monasterii,seu Monasteriorum in materia odiosa non veniunt Ecclesiæ seculares, gloss.*in clem.1. de elect.in ver.Monasterijs.* Gemin.*consil.131.num.2.& 3.ver. deinde dixit.*
5 †Restringe in materia larga,& fauorabili; quia appellatione monasterii veniunt aliæ Ecclesiæ seculares.Gemin.*d.consil.131.num.3.*
6 *ver.licet in materia.* †Amplia; quia Monasterium est quid vniuersale; ideo debita vnius Monasterii non sunt soluenda per aliud Monasterium, vel membrum separatum eiusdem religionis. Petr.Ancharan.*consil.332.num.4.& seq.*

Monasteria monialium qualia esse debeant. Concl. 339.

1 MONASTERIA † monialium non debent habere contigua, vel vicina Monasteria virorum propter insidias Diaboli,*ca. Monasteria,18.quæst.2.* Abb.*consil.8.Primo videtur, in princ.lib.1.* Non
2 † est licitum ingredi Monasterium monialium ēt religiosis Sacerdotibus,nisi quando ob Sacramenta ministranda monialibus infirmis necessitas vrget, vel quando sunt sepeliendæ, vel ex alia causa necessaria,puta medicinandi causa. Abb. *consil.8.col.2.lib.1.*
3 †Ad parlatorium monialium prohibetur familiaris alloquutio religiosorum,& aliorum. Abb.*d.consil.8.col.2.ver. tertio principaliter,lib.1.* vbi loquitur in monialibus institutis à Sancta Brigitta.

Monasterium non debet habere religiosos diuersæ professionis. Concl. 340.

1 MONASTERIVM†non debet habere religiosos diuersæ professionis. Petr. de Anchar. *consil.352. Monasterium Sancti Michaelis, n.2. ver. non obstat,* quod est etiam subscriptum per Ant.
2 de Butrio.†Amplia, vt multo magis procedat in personis diuersi sexus; quia Monasterium non potest habere Monachos, & moniales.Petr.de Ancharan.*d.consil.352.* quod est subscriptio Ant.de
3 Butrio. Abb.*consil.8.Primo videtur,per tot.lib.1.*†Limita; quia bene possunt Clerici subministrantes diuina officia, & Sacramenta monialibus, habere tanquam seruientes habitationem contiguam Monasterio, dummodo non per viam Collegii, sed vt singuli,& seruientes. Abb. *d. consil.8. Primo videtur,lib.1.per totum,* vbi loquitur de religione instituta monialium à Beata Brigitta, & dicit Papa secundum suum consilium obseruasse.

Monasteria regulariter non subsunt alteri Monasterio. Concl. 341.

1 VNVM† Monasterium regulariter, & de iure communi non subest alteri Monasterio. Abbas *consil.101.In quæstione,col.2.in*
2 *princ.lib.1.& consil.102.col.1.ver.nec obstat,lib.1.*†Extende; quia propterea est contra ius commune, quod vnum Monasterium soluat
3 censum alteri Monasterio; quia inducit quandam seruitutem, & subiectionem. Abb.*d.consil.102.num.1.ver.nec obstat,lib.1* †Limita, nisi immemorabili præscriptione hoc inducatur; quia habet vim tituli,& bona fides præsumitur,etiam quod sit contra ius. Abbas *d.consil.201.num.1.lib.1.*

Monasteria qualia esse,& quę seruare debeant. Concl. 342.

1 MONASTERIA†non debent esse publica, vt fœminæ cum viris habitent.Feder.de Sen.*consil.273.num.1.ver. ad primum.*

Et † quod idem Monasterium non debeat, nec possit habere 2
Monachos, & moniales, consuluerunt Ant. de Butr. & Petr.de Anchar. simul inter *consil. Anchar.consi.352.in fin.*

Monasterium quale præsumatur in dubio. Concl.343.

MONASTERIVM† præsumitur conuentuale in dubio; id- 1
eo si de Conuentu non est facta mentio, gratia non est subreptitia; quia ista qualitas inest de iure, secus si esset sine Conuentu; quia debet hoc exprimi; quia est contra naturam Monasterii,& ita seruat stylus Cancellariæ. Cassad. *dec.12. de præb.n.22.v. facit etiam stylus,* alias secundum antiquam impressionem,*num.10.*

Monasterium habetur loco filii,& quando secus. Concl.344.

MONASTERIVM†habetur loco filii; & ideo in pacto, vel 1
statuto dictantibus, quod decedenti sine filiis non habeat locum dispositio in eo, q Monasterium ingressus decessit; qa ingressus,& profitens habet Monasterium p filio,*c. in præsentia.cum ibi not.de prob.* Lap.*alleg.130.n.19.ver.item si mulier,* &*communiter *
omnes,ita tenere dicit Ang.*consil.80.n.3.v. confirmatur hoc,* vt ipse *n.4.in fi.* dicit hanc opinionem falsissimam, & etiam*communem *
dicit Corn.*consil.18.col.5.n.17.* qui dicit, q hæc opinio in iudiciis est sequenda,*lib.4.& n.18.* dicit, quod ista est*communis opinio, *
& communis obseruantia. Vide,*Matrimonium quando dicatur,& c.* ℵ
Concl.134.†Contrarium tenet Ang.*consil.80.Ioannes,col.fin.n.4.in* 2
fin.ver.coadiuuo autem, vbi, q licet Dd. moueantur hac ratione, tñ falsissima est; quia bene Monasterium succedit, sed non habetur loco filii, vt *n.4.ve.nec obstat tex.* vbi dat alia exempla. Bald.*cons.127. Quidam ser Petrus,n.3.lib.5.* vbi, q bene ingressus Monasterii fingit eum habere filium, sed Monasterium non est filius; imo potius tanq pater arrogator,& Ant.de Butr.*consil.23.in princ.* dicit, q nulla lege cauetur,& quod est*communis opinio, *&*c. in præsentia,de *
prob. dicit, quod est loco hæredis, non quod loco filii. † Declarat 3
Corn.*d.consil.18.n.18.in fin. lib.4.* primam opinionem p cedere de jure Canonico ex mente Im.*in l.si ita quis.§ fin.ff.de leg.2.*†Declara, 4
qa Monasterium habetur loco filii; vnde in portione debita non potest grauari, licet quoad residuum bonorum possit priuari monasterium, sicut filius. Alex.*consil.121.Viso themate,ver.quarto, p hoc, in princ.lib.2.*†Amplia, vt monasterium non tm habeatur loco fi- 5
lii in casu dispositionis statuti loquentis simpliciter, sed etiam si dispositio loquatur de filiis ex eis natis ex p prio corpore, secundum veram opinionem, de qua Lap.*d.alleg.130.n.19 .ver.item si mulier,* vbi, quod hoc procedit iuris interpretatione. Bart. *in consil.1. Parmensis quidam,lib.1.* q loquitur in substitutione facta decedenti sine filiis ex proprio corpore, vt monasterium excludat substitutum; & quia habetur loco filii monasterium; & qa conditio impediens religionem tollitur.†Contrarium tenet plene Bald. *cons.* 6
407.In quæstione,qua vertitur,n.13.ver.tangitur etiam,lib.1. vbi, quod hæc opinio consueuit vsu adprobari, & respondet ad contraria, q non impeditur vita contemplatiua; quia religiosi non mouentur ex istis mundanis, vbi, quod cessat interpretatio, vbicunq; constat de mente.†Amplia, vt multo magis procedat in monasterio, in quo vxor est professa de consensu mariti; quia tale mona- 7
sterium magis dicitur loco filii; quia ab vtroq; dicitur quasi genitum, ex quo sola vxor non poterat profiteri; vnde verificatur etiam in dispositione loquente de filio amborum. Lap.*d.alleg.130.n.* 8
19.ver.imo plus.†Declara tamen, quod filiatio monasterii est per fictionem,& de iure ciuili,& canonico,& sic de iure positiuo. Fed. de Sen.*consil.35. Quidam Monachus, n.1. in fin.ver. præterea filius,col.2. & consil.174.ver.Monasterium.* Ang.*consil.80.Ioannes,n.1.* vbi, quod est filius iuris artificio.†Amplia, vt in tantum monasterium ha- 9
beatur loco filii, vt si ingrediens monasterium, & profitens in eo habuisset, & reliquisset filios legitimos, in acquisitis post professionem monasterium præfertur filiis naturalibus. Feder. de Sen. *consil.35.per tot.* qui loquitur in monacho interfecto, vt pœna, quæ applicatur hæredib° interfecti, debeat applicari monasterio, non autem filio naturali,& respondet ad iura pro filio naturali,*num.3.*
ver.si volumus tenere,quod filius.†Amplia, vt monasterium habeatur 10
loco filii in tantum, vt rumpatur testamentum, in quo testator, q postea ingressus est monasterium, non instituit ipsum monasterium saltem in legitima. Feder.de Sen.*consil.165.Glossæ referunt,ver. rogo excusatum.* Bald.*cons.9. Mulier fecit,lib.5.* & ista*est communis o- *
pinio. Jas.*in auth.si qua mulier,n.17. C. de sacros. Eccl.*†Contrarium, 11
quod etiam si nihil relinquatur monasterio, non rumpatur testamentum. Bart. *in d. auth.si qua mulier,num.8.C. de sacros. Eccl.* cuius

* opinionem communem* dicit Rip. *in l. si vnquam, quæst. 35. n. 94. C.*
* *de reuoc. donat.* & hanc magis* communem, & veriorem, & æquiorem, quæ fauet testamento, dicit Clar. *in §. testamentum, quæst. 28. n.*
12 *5. v. aut vero, in fi.* saluo iudicio S. Matris Ecclesiæ. † Amplia in donatione, & quacunq; fauorabili dispositione. Angel. *consil. 235. n.*
13 *2. circa fin. ver. non obstant.* † Amplia idem in dispositione hominis, & vltima voluntate; quia substitutio facta alicui, si decesserit sine filiis ex suo corpore natis, expirat, si ingreditur Monasterium; qa Monasterium habetur loco filii, ex quo illa verba, *ex suo corpore*, tacite inerant, quæ nihil operantur; & quia alias prohiberetur ingressus religionis; ideo habetur pro non apposita hæc conditio. Bart. *in cons. 1. Parmensis quidam, per 10. lib. 1.* idem Bar. *in l. si ita q.s, §. fin. ff. de leg. 2.* vbi ponit idem consil. extensum. Corn. *cons. 253. Ardua est, in princ. lib. 4.* qui multos allegat, vbi *n. 4.* ipse tenet contrarium, & quod Monasterium ingrediens faciat deficere conditionem, *Si sine filijs decesserit*, quia habetur loco filii. Calder. *consil. 372.* alias 43. *de testam.* qui mouetur principaliter; quia conditio habetur pro non apposita. Dd. *in c. in præsentia, de prob.* & Cald. *consil. 259.* Bald. *consil. 196. lib. 1.* Jas. *consil. 212.* Soc. *in l. 1. col. 3. ff. de reb. dub.* Rip. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.* Alex. *consil. 121. lib. 2. & consil. 25. li. 3. & consil. 92. li. 4.* Dec. *consil. 426.* pleniss. Alex. *consil. 121. Viso themate, per tot.* maxime *n. 3. & seq. ver. sed præmissis non obstantibus, lib. 2.* vbi pro vtraq; parte allegat, & tollit omnia contraria, *& n. 11.* dicit
* hanc magis* communem, & apost. magna *in ver. contrariam* dicit
14 communem Legistarum, & Canonistarum. † Extendit Alexan. *consil. 121. per tot. lib. 2.* etiam si testator, vel pater dixit, *Si decesserit sine*
☞ *filijs legitimis & naturalibus, lib. 2.* vbi tollit omnia contraria. Vide,
15 *Substitutio. Concl. 811.* † Quando autem dispositio est simplex, *Si decesserit sine filijs*, quod Monasterium sit loco filii. Ang *consil. 91. col. 2.*
16 *in fin. ver. secundo dicendum.* † Extende, vt idem sit, si in testamento dicat, quod substituit tali vnico eius filio talem, *Si decesserit sine filio ex se legitime nato*, quia Monasterium habetur loco filii. Bart. *consil.* 104. *Punctus quæst. talis est, lib. 2.* & quia ét talis conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ habetur, p non appositæ; & idem, si testator dixit, *si decesserit sine filijs legitimis.* Bald. *consil. 286. Pater tres habens, lib.*
17 4 † Extende, vt procedat ét in legato facto Titio, *si filios habuerit*, quia si Titius ingreditur Monasterium, dicitur habere filios, & consequitur legatum, *auth. de sanct. iß. Episc. §. sed & hoc præsenti, & auth. nisi rogati.* C. *ad Treb.* Alex. *d. consil. 121. n. 4 in fin. ver. secundo, p hatur,*
18 *lib. 2.* † Declara, q dicitur, Monasterium haberi loco filiiin conditione fideicommissaria, procedere, qñ ordo illius Monasterii est capax hæreditatum, & legatorum, alias secus. Bald. *consil. 127. Quidam Ser Petrus, n. 3. ver. ex hoc soluitur, lib. 5.* Ang. *consil. 91. Sancta Carmelitarum, col. 2. ver. secundo dicendum*, vbi, q acquiritur pauperibus,
19 non Monasterio. † Contrarium per plura tenet Angel. *consil. 80. Ioannes suum condidit, in princ.* vbi omnino negat hoc esse verum ex mente disponentis, qñ addidit aliqua verba, puta *naturales, legitimos*, vel similia; quia tunc necessario intelligitur de veris filiis naturalibus, & idem tenet Corn. *consil. 18. Circa hanc consultationem, col. 3. n. 6. & seq. ver. nec videtur præductis*, vbi, q ratio, propter quam deficiat fideicommissum, non est, quia Monasterium sit loco filii, quæ non procedit, qñ dictum de naturalibus, sed est conditionis phibitio; quia impedit vitam contemplatiuam, vbi allegat Calder *consil. 372.* alias 43. *de testam.* Corn. *consil. 253. Ardua est profecto*, vbi, quod non habetur loco filii, qñ dixerit testator, *Si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, lib. 4. a n. 4. v. q, in fin.* Cald. *consil. 376.* alias 47. *de testam.* quod duplicatur *consil. 465.* alias 1. *qui filij sint legitimi, circa med. ver. item ad hoc facit*, vbi, quod si adsunt verba, *filius legitimis, & ex proprio corpore*, intelligitur tunc de natis naturaliter ex fœmina. Bald. plene *consil. 196. Testamentum Pucciarelli, lib. 1.* vbi, q ita fuit iudicatum Treuisii, & adducit, q ratio naturalis vincit ciuilem & plures sunt, & fortiores ex verisimili mente, & quia maior charitas suorum expressa, q̃ tacita interpretatio iuris, prævalet.
20 Alex. *consil. 2. nu. 3 lib. 1.* † Declarat pleniss. Alex. *consil. 13. Circa primum, n. 4. & seq. ver. nec obstat, lib. 3.* vbi, quod si dictum est simpliciter, *Si filius meus decesserit sine filijs, & ingrediatur monasterium capax successionis, & profiteatur*, tunc clarum est, q est loco filii, & quod Monasterium excludit substitutum; si vero fuit dictum, *Si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus*, & tunc multi volunt, q non ex-
* cludatur substitutus, sed* communis est in contrarium, apostilla ad Alex. *consi. 121. Viso themate, n 3. lib 2 in ver. contrariam*, si vero fuit additum, *Sine filiis legitimis & naturalibus, & ex suo corpore procreatis*, adhuc sunt opiniones; quia Alex. *d. consil. 121. n. 3. & seq.* maxime *nu. 10. & 11.* dicit, quod si substitutus est de descendentibus testa-
* toris, non excluditur, alias secus, & dicit* communem, & magis
* communem, & ibi apost. *n. 3.* dicit contrariam communem.* Sed
21 † quando Monasterium, seu fratres Minores S. Francisci, vel alii mendicantes suat omnino incapaces successionis; tunc Alex. *consil. 13. n. 4. & seq. lib. 3.* dicit* communem esse, quod admittatur* substitutus; quia duo sunt necessaria: Primum, q grauatus profiteatur in Monasterio; secundum q Monasterium capere possit, seu velit; quia si non potest, vel non vult capere, substitutus non excluditur, & pluries dicit* communem *num. 4. & n. 5.* † Amplia;
quia fideicommissum, vel substitutio facta decedenti sine filiis legitimis, nedum cessat per ingressum Monasterii, vel religionis ad fauorem Monasterii, sed etiam si grauat° aliis bona relinquat, veluti, si inter tres masculos esset facta per patrem substitutio, & ingrediens Monasterium institueret hæredes masculos, & fœminas; qa potest, ex quo Monasterium habetur loco filii ét ad hunc finem. Bald. *consil. 286. Pater tres, lib. 4.* vbi videtur velle, q ex quo frater, cui debet fieri restitutio, est institutus, quod ipse debet habere id, quod consequeretur mortuo grauatur, in residuum disponit libere. † Amplia; quia sicut pater & mater transmittunt filiis hæreditatem, & iura adeundi; ita etiam professus transmittit ad Monasterium tamquam ad filium; quia loco filii est etiam circa hoc, & circa suitatem. Bald *consil. 55. Quidam Lilius, nu. 2. & 3. ver. nec obstat, lib. 5.* † Extende, vt idem sit in monali; qa pariter transmittit hæreditatem sibi delatam à patre in Monasterium; qa loco filii est. Bald. *consil. 183. Factum proponitur, n. 1. ver. vnde concludit, lib. 5.* † Restringe, vt non procedat in hæreditate fraternitate non adita, neq; quando esset mortua monialis, quia tunc monasterium non potest adire; qa loco filii non est monasterium mortua moniali, vel Monacho. Bald. *consil. 183. n. 3. v. q, in fin. ver. de hereditate vero, lib. 5.* † Contrarium tenet idem Bald. *consil. 479. Magna quæstio, lib. 5.* vbi, quod æquiparatur monachus filio infanti. † Limita, quia monasterium non habetur loco filii vltra duos casus, de quibus *in §. sed & hoc præsenti, authen de sanct. Episc.* ita Fed. de Sen. *consil. 175. in princ. ver. ad §.* & Ægid. Bellam. *consil. 33. n. 1. in fin. ver. nec obstat*, vbi, quod *§. Sed & hoc præsenti*, est extensiuus contra ius; ideo non egreditur suos terminos expressos. † Limita in iis, in quibus Monasterium, vel Ecclesia prohibentur succedere, prout in emphyteusi; quia emphyteusis Ecclesiastica, vel priuati, quæ non transit ad Ecclesiam, vel Monasterium, licet transeat ad filios, non transibit in monasterium, licet haberetur loco filii, plene Ant. de Bur. *consil. 23. in princ.* † Limita in dispositione statuti; quia si applicatur pœna aliqua filiis ex iniuria facta patri, & pater esset Monachus, & haberet filios, intelligi debet de veris filiis, non de Monasterio. Feder. de Sen. *d. consil. 173. Ego putarem, per tot.* vbi, quod Monasterium habetur loco filii large sumpto vocabulo, & per fictionem, & sic est filius ciuilis, non autem naturalis. Tiraqu. *in l. si unquam, in ver. susceperit, n. 44. & 47. C. de reuoc. donat.* † Limita in contractu & dispositione inter viuos. Ant. de Butr. *inc. in præsentia, de probatio.* quia in contractibus verba sunt stricte accipienda, *l. quid adstringendæ, ff. de verbor. obligat.* † Limita in eo, qui ingreditur Monasterium, sed non est professus, vel alias ex ingressu non dedicat bona sua Monasterio, vel Ecclesiæ, sed legando vult bona sua deuenire ad Ecclesiam, vel Monasterium, quia non habetur Monasterium loco filii. Bald. *consil. 85. Quæritur vtrum ille in prin. lib. 1.* † Extende; quia is, qui donat Monasterio bona sua sine ingressu, non dicitur donare filio; quia filii loco non habetur Monasterium sine ingressu; ideo si postea habeat filios, reuocatur donatio, maxime si est simpliciter facta, & non fauore animæ. Bald. *consil. 215. Punctus quidam, lib. 5. in fin.* † Et quod Monasterium non habeatur loco filii, nisi qñ quis ingreditur Monasterium, est *consil. Anchar. 420. Quidam Ser Antonius, num. 5.* vbi, quod Monasterium dicitur succedere eodem iure, quo professus; quia talis hæres habeor, qualis est ille, per quem hæres efficior, *l. si quis filium, §. si filius. ff. de acquir. hæred.* vbi loquitur contra Ecclesiam, † Extende, vt nullo modo quis possit extra casum ingressus Monasterii cum professione, & dedicatione sui, & suorum Monasterio facere, quod Monasterium, vel Ecclesia habeatur loco filii in præiudicium fideicommissarii. Bald. *d. consil. 85. n. 3. ver. item grauatus, lib. 2.* † Limita; quia Monasterium, vel Ecclesia non habentur loco filii, quando fideicommissum est factum filio decedenti sine filiis ad fauorem piæ causæ, vel ad fauorem Ecclesiæ. Bald. *d. consil. 8 ca. 3. ver. quod vt apertius*, & idem, si Hospitali, vel Monasterio. Baldus *consil. 280. lib. 1.* & idem, si fideicommissum sit ad fauorem alterius Monasterii. Angel. *consil. 91. col. 2. in ver. secundo dicendum.* Alexand. *consil. 121. num. 7. ver. fortificatur, lib. 2.* † Extende limitationem, vt procedat, etiam si pauperes, vel Schola, habens annexum Hospitale pauperum essent substituti filio decedenti sine liberis. Baldus *consil. 407. In quæstione, quæ vertitur, n. 4. ver. tertio videndum, lib. 1.* vbi, quod talis Schola dicitur causa pia. † Extende, vt procedat etiam si Ecclesia, vel pauperes immediate non sunt substituti, veluti sta-

ſtator inſtituit duos filios, & primo morienti ſine filiis ſubſtituit ſuperſtitem, & ambobus decedentibus ſine filiis, ſubſtituit piam cauſam; qa ſi primus ingrediatur Monaſterium, ipſum Monaſterium non habetur loco filii, licet prima ſubſtitutio ſit in fratrem, & hoc fauore piæ cauſæ, q̃ vltimo loco ſubſtituta eſt, quia quandoq; quis capit ex perſona alterius, quod non caperet ex perſona ſua. Bald. *conſil. 407. n. 4. ver. tertio videndum, lib. 1.* vbi dicit, q̃ paſſus
38 eſt ſubtilis. †Extende etiam ad effectum alienandi emphyteuſim Eccleſiaſticam per ingreſſum religionis; quia licet commoditas duret durante vita emphyteutæ in Monaſterio non obſtante pacto contrario, tamen Monaſterium non habetur loco filii contra Eccleſiam. Bald. *conſil. 427. Super puncto, n. 3. ver. in contrarium, lib. 4.*
39 †Limita, quando teſtator, vel diſponens contrarium exprimeret, videl. quod non haberetur loco filii Monaſterium. Bald. *conſ. 196.*
40 *Teſtamentum Pucciarelli, lib. 1.* †Limita, q̃n adeſſet decretum Principis, quod non haberetur Monaſterium loco filii, quando conſtat de mente teſtatoris, quod intellexit de naturalibus filiis; q̃a Monachus, dum vixerit, habebit bona, eo mortuo, fideicommiſſarii vocantur. Bald. *conſil. 407. In quæſtione, n. 13. ver. tangitur etiam, lib. 1.* vbi, q̃ etiam ceſſante decreto, ſi conſtat de mente, hæc opinio eſt
41 vera, & vſu conſueuit recipi, & ibi reſpondet ad contraria. †Limita, quando Monachus eſſet Capellanus Papæ, & diſpenſatus, vt poſſet proprium habere; quia non acquiritur Monaſterio, quod non eſt loco filii hoc caſu. Angel. *conſil. 91. col. 3. in princ. ver. de tertio*
42 *dicendum.* †Limita, quia Monaſterium non habetur loco filii mortuo Monacho, vel moniali; quia tunc deficit imago, & radix, ideo non procedit argumentum eo caſu. Bald. *conſil. 183. n. 3. lib. 5.* & Iatius *conſil. 439. S. Franciſcus, lib. 5. n. 2. ver. de hæreditate vero,* vbi, q̃ non tranſmittit hæreditatem fraternam non aditam in Monaſterium.
☞ Vide, *Monaſterium acquirit bona. Concl. 345.* †Limita, q̃n Monaſte-
43 rium eſt ordinis, qui non eſt capax hæreditatum, vel legatorum; quia non habetur loco filii. Bald. *conſil. 127. Quidam Ser Petrus, n. 2.*
* *lib. 5. ver. ſuper ſecundo,* & eſt *communis opinio Alex. *conſil. 13. Circa*
44 *primum. n. 4. & 5. lib. 3. ver. nec obſtat, ſi diceretur.* †Limita; quia Monaſterium non habetur loco filii in iis, q̃ relinquuntur alicui tanquam de certo genere, vel tanq̃ primogenito; quia ſi ille efficiatur Monachus vel damnetur, non ſuccedit Monaſterium, neque fiſcus, ſed ſit locus proximiori. Ægid. Bell. *conſil. 33. Quod ſi ad perſo-*
nas, in princ. vbi loquitur in iure patronatus relicto certo generi, &
45 data alia exempla. Limita; quia Monaſterium non habetur loco filiiin diſpoſitione ſententiæ adiudicantis bona alicui, ita q̃ reuertantur ad alium, ſi ipſe, cui fuerunt adiudicata, deceſſerit ſine filiis, quia peringreſſum Monaſterii non purificatur conditio. Angel. *conſil. 235. Punctus eſt, Albertus, poſt med. ver. ſuper eo, quod quæritur,* vbi tamen non ponit pro conſtanti, ſed reddit rationem diuerſitatis,
46 & dicit cauſam concordandam. † Limita; quia licet Monaſterium habeatur loco filii, tamen appellatione deſcendentium non venit Monaſterium, Barbat. *conſil. 13. Circa hanc exiſtimat. colum. 3.*

Monaſterium acquirit bona ſui profeſſi in actu profeſſionis. Concl. 345.

1 BONA †omnia profeſſi in aliquo Monaſterio eo ipſo, quod ingreditur Monaſterium, acquruntur Monaſterio, & quoad dominium, & poſſeſſionem, *l. ſi qua mulier, & auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccl.* Innoc. *in c. præſentium, n. 4. de probat.* Lap. *allegat. 130. n. 18. ver. ad*
2 *ſecundum.* Angel. *conſil. 133. Super primo, in princ.* †Amplia in tantum, q̃ vxor de conſenſu mariti ingrediatur monaſterium, & ꝓfiteatur ſuccedit Monaſterium etiam reſpectu tertiæ, vel alterꝰ partis debitæ marito per mortem vxoris ex forma ſtatuti; quia ipſa mortua profeſſa non eſt locus ſtatuto. Lap. *d. alleg. 130. n. 18. & mul-*
3 *tis ſeqq. ver. ad ſecundum,* vbi eſt caſus deciſio. †Declara tñ dummo-
Monaſterium, quod ingreditur, ſit capax bonorum, alias autem
☞ ſuccedunt venientes ab inteſtato. Fed. de Sen. *conſil. 26. in princ.* Vi-
4 de, *Monachus quicquid acquir. &c. Concl. 316.* †Amplia in tantum, vt legatum, vel hæredis inſtitutio facta ad fauorem Monachi cum conditione, quod non acquiratur Monaſterio, non valeat tanq̃ continens repugnantiam, vel ſubſtineatur, quatenus Abbas permittat illum Monachum habere vſumfructum non moleſtando,
5 ita Bart. *in l. ſi alienum, in princ. ff. d. hæred. inſtit.* †Declara, quod licet Monaſterium acquirat bona ſui profeſſi, tamen etiam tenetur ad
6 debita, in quantum ad Monaſterium peruenit. Fed. de Sen. *conſil. 32. n. 5. col. 3. ver. & facit, quod not. Hoſt.* †Amplia; qa ius accreſcendi per non additionem cohæredis acquiritur Monaſterio ex perſona ſui profeſſi hæredis inſtituti. Bal. *conſil. 246. Monialis cum authorita-*
7 *te, 3. tertio quæritur, lib. 1.* †Amplia; quia acquiritur commoditas vſusfructus ſpectantis ad ingredientem; qa licet vſusfructus non poſſit cedi, vel alienari, tamen tranſit in Monaſterium durante vita ingredientis. Bal. *conſil. 426. Super puncto, in pr. lib. 4.* †Amplia; qa 8
emphyteuta ingrediens religionem transfert ius emphyteuticum, etiam ſi ſit emphyteuſis Eccleſiaſtica, in Monaſterium durante vita ingreſſi, non obſtante pacto, quod in Monaſterium non poſſet fieri alienatio; quia iſte tranſitus ſit miniſterio legis. Bal. *d. conſil. 426. per totum, lib. 4.* †Amplia in tantum bona ingreſſi 9
Monaſterium, & profeſſi acquiri Monaſterio, vt etiam ſi teſtatus fuerit, bona ſpectent omnia ad Monaſterium, quando non reliquit Monaſterio iure inſtitutionis legitimam, prout filio; quia dicitur præteritus filius, cuius loco eſt Monaſterium. Feder. *conſil. 165. G oſſ. per tot.* Bald. *conſil. 9. Mulier fecit, lib. 5.* †Amplia in tantum 10
bona ꝓfeſſi acquiri Monaſterio, vt Monaſterium poſſit ét inuito profeſſo adire hæreditatem delatam ipſi profeſſo ad inſtar patris, *l. cum non ſolum. in princ. C. de bon. quæ liber.* † Extende; quia non re- 11
quiritur factum Monachi, vel Monialis; quia ſolum Monaſterium poteſt adire, Canoniſtæ *in c. in præſentia, de probat.* q̃ opinio, quicquid dicant Legiſtæ, eſt tenenda; quia fauet religioni. Ruin. *conſil. 204. & ſeq. lib. 1.* †Reſtringe, vt non procedat mortuo pro- 12
feſſo; quia non eſt loco filii, neque poteſt adire hæreditatem fraternam delatam profeſſo, & non aditam; quia deficit radix, & imago. Bald. *conſil. 183. Factum proponitur, n. 3. lib. 5.* Vide, *Monaſterium* ☞
habetur loco, &c. Concl. 344. †Contrarium tenet Bald. *conſil. 479.* 13
Magna quæſtio, lib. 5. vbi pro vtraq; parte allegat, & tandem tenet, quod æquiparetur infanti, & ideo tranſmittat in Monaſterium hæreditatem, etiam tranſuerſalium non aditam, vbi plenius examinat. Vide, *Hæreditas delata, & non, &c. Concl. 18.* †Declara; quia ſi ☞
agitur de hereditate aſcendentium profeſſi, ipſe tranſmittit hære- 14
ditatem etiam non aditam in Monaſterium; ſi vero agitur de hæreditate tranſuerſalium delata profeſſo, niſi ſit adita viuente profeſſo, non tranſmittitur. Ang. *conſil. 133. Super primo, in princ. ver. ſuper tertio.* & latius *ver. ſuper quarto.* †Amplia; quia profeſſus in ordine 15
capaci ſucceſſionis retinet ius ſucceſſionis ad fauorem ſui Monaſterii, vel Eccleſiæ regularis, cui præeſt. Ang. *conſi. 133. Super primo, in princ. ver. ſuper ſecundo.* †Extende; quia Monachus ſuccedit ad fa- 16
uorem Monaſterii fratri etiam extantibus aliis fratribus ipſi defuncto, ac ſi non eſſet Monachus; ideo debet habere ſuam portionem Monaſterium, prout ipſe Monachus haberet, ſi non eſſet profeſſus. Angel. *conſi. 133. in princ. ver. ſuper tertio.* †Qualiter autem 17
agere debeat Monaſterium, vt recuperet bona, in quibus ſucceſſit ſuus profeſſus, dic, quod agat rei vendicatione contra poſſeſſorem, & obtinebit ſe declarari dominum, & condemnari poſſeſſorem ad fructus extantes, & etiam perceptos, ſi ex eis factus eſt locupletior. Ange. *d. conſil. 133. n. 2. ver. ſuper hoc quem admodum.* †Limi- 18
ta, quando Monaſterium eſt ordinis, qui non eſſet capax bonorum. Bald. *conſil. 127. Quidam Ser Petrus, num. 2. ver. ſuper ſecundo, lib. 5.*

Moneta ad quid inuenta, & quid ſit. Concl. 346.

MONETA †eſt inuenta, vt æſtimet alias res, *c. ejiciens. 87. diſt.* & 1
ideo illius valor extrinſecus attenditur, videl. pro quanto pretio appretiatur. Gem. *conſil. 137. in princ. ver. hic enim.* †Authori- 2
tas monetæ non ex materia, ſed ex forma, ideo monetam Principis appellamus illam, q̃ habet effigiem, vel ſignum Principis, non eam, q̃ ſit auri. Cuman. *conſil. 139. Hoc maxime, n. 7.* † Tria continet 3
moneta, materiam quoad valorem, formam quoad authoritatẽ, & pondꝰ quoad vſum. Cum. *conſi. 139. in fin.* & infinitos ad hoc citat Boer. *dec. 327. n. 7. ver. tria enim,* vbi dicit *communem, quod ſi *
moneta habet tria requiſita, bonitas intrinſeca non eſt mutata, & de extrinſeca non curatur, videlicet, quod creſcat, vel decreſcat valor. †Expenſa in cudenda moneta debet fieri ex publico, vt vi- 4
del. Reſpublica, vel Princeps de ſuo ſoluat, ita, vt moneta reddatur æqualis pondere in eadem liga. Boer. allegat plures hoc tenentes *in dec. 327. n. 3. ver. vnde expenſa.* †Contrarium, quod imo deducitur 5
expenſa ex materia, vt minoris ſit ponderis, q̃ ſit ipſa materia rudis propter expenſam in cudendo, & ita hodie de conſuetudine ſeruari dicit Boer. *d. dec. 327. num. 3. ver. ſed Ioannes de Platea.* †Et pro- 6
pterea cum ſit adinuenta ad æſtimandas alias res, poteſt ſolui æſtimatio ipſa in moneta, & qui debet aurum, vel argentum ligæ Peruſinæ, poteſt ſoluere monetam Peruſinam auream pro auro, argenteam pro argento, licet ſit minor pondere. Boer. *dec. 325. n. 3. v.*
& profecto. †Extende; quia de conſuetudine generali pro pecunia 7
minuta, vel argentea poteſt ſolui aurum, & argentum in moneta, & è conuerſo pro aurea, & argentea poteſt ſolui minuta vſque ad valorem, & in hoc ſeruanda eſt conſuetudo. Boer. *dec. 327. n. 3. in fi. ver. cum ergo ſit.* † Declara tñ; quia ceſſante conſuetudine pecunia 8
debet reſtitui in eadem ſpecie, puta ſcura auri in auro ſunt ꝓmiſſa,

debent solui in auro non mutata intrinseca bonitate; quia licet crescat, vel decrescat valor, ista est extrinseca bonitas, quæ non attenditur. Boer. *d. dec. 327. n. 4.* vbi exemplificat in dote, in re vendita cum pacto retrouendendi, & aliis promissionibus, & dicit * communem* opinionem.

Monetam cudere qui possint, vel non. Concl. 347.

1 MONETAM †cudere potest Imperator, & Rex, & ii, qui au-
thoritate Cæsaris, vel Regis hoc faciunt. Bald. *consil. 494. lib.*
1. quod duplicatur *consil. 372. Casus talis est, lib. 3. ante med. ver. item*
2 *dicitur falsa ex causa efficiente.* † Amplia; quia etiam consuetudo
confert ius cudendi monetam; quia habet vim legis, & concessionis Cæsaris in permittendo. Bald. *d. consil. 494. Sciendum est, quod*
moneta, lib. 1. quod duplicatur *lib. 3. consil. 372. d. ver. item dicitur falsa.*
3 † Domini de Scala Patroni Veronæ cudebant monetam. Baldus
d. consil. 494. lib. 1. & consil. 372. lib. 3.

Monetarum diuersitas, & de singulis monetis. Concl. 348.

1 TURONENSIS †est moneta, quæ valet 13. denarios in Regno
Franciæ, vt inquit Oldr. *consil. 250. in princ.* vbi narrat, q̃ tempore Bonifacii VIII. de Anno 1302. erat vilis moneta, & per Regem fuit aucta bonitas intrinseca, ita quod tres denarii monetæ
2 vilis veteris valent solum vnum denarium monetæ auctæ. † Et de
alia mutatione Boer. *dec. 327. n. 5. in fin.* quod alias 27. Turonen. faciebant ducatum, postea 35. postea 39. vltimo 41. & aureus solis
3 valet 40. Turonenses. † De eadem moneta Turonensi loquitur
Gemin. *consil. 137. in princ. ver. item ista mutatio*, vbi, q̃ fuit diminuta ex auaritia Principis, vt plus lucraretur, & Rom. *consil. 123. Circa*
primum, vbi de mutatione Turonensis monetæ, & an sit soluenda
4 æstimatio antiqua, quod non, sed de currenti in illo casu. † Et hodie vna libra argenti valet 30. libras Turonen. & dicit Boer. *decis.*
5 327. *col. 1. circa med.* † Et libræ 30. Turonensium non sunt, nisi 24.
libræ Parisiorum, & 30. libræ Parisiorum sunt libræ 37. cum dimidia paruorum Turonensium. Ægid. Bell. *consil. 33. n. 35. ver. deci-*
6 *matertia conclusio.* † Pisani parui erat moneta antiqua, q̃ hodie non
reperitur, & erat melior, quam mutata, vt dicit Sign. *cons. 74. Quæstio talis*, & similis dispositio fuit Jac. Butrig. vt refert Bald. *consil.*
7 499. *in princ. lib.* 1. † Et de solidis Pisanorum, qui constituebantur
ex 12. denariis, meminit Roffred. quem citat Boer. *d. dec. 327. n. 2. in*
8 *fin.* † Florentiæ erant diuersi floreni; nam vbicunq; loquitur dispositio de dotibus, vt quia pater legat filiæ dotes maternas florenorum tot intelligitur secundum morem ciuitatis de florenis de
figillo nuncupatis, etiam si confessio aliter cantaret, etiam q̃ Flo-
rentini in aureis scutis imprimant caput B. Jo. Baptistæ. Boer. *d. de-*
9 *cis. 327. in princ.* † Veneti imprimunt caput B. Marci Euangelistæ.
10 Boe. *d. dec. 327. in prin.* † Mediolanenses caput B. Ambrosii. Boer. *d.*
11 *dec. 327. in princ.* † Aureus nummus, quem scutum aureum vulgariter appellamus, solidus appellatur à lege, à soliditate; quia fit de
puro auro, quod nunq̃ minuitur, *l. 1. C. de vet. num. potest. lib.* 11. Boer.
d. dec. 327. in prin. vbi, quod fatuus iudex accipiens solidum pro 12.
denariis annullauit donationem; quia non insinuata excedebat
12 lib. 25. Pisanorum. † Et libra argenti valet 10. aureos. Boer. *d. dec.*
13 327. *in princ.* & 30. libras Turonenses. † Et libra auri valet de iure
aureos 72. gloss. *in §. & iudicare, in ver. ad trecentos, in authen. de defens.*
14 *ciuitat.* Boer. *d. dec. 327. n. 2.* † Hodie autem 96. aurei faciunt vnam
libram; quia octo aurei, siue Florentini, siue Senenses, aut Bononienses, vel Januenses faciunt vnam vnciam, vnciæ vero duode-
cim faciunt libram, plura allegat Boer. *d. dec. 327. n. 2.* vbi, quod li-
* cet non possit dari regula certa; tamen in hac materia ita * com-
15 muniter tenetur. † In Francia, quia libra est 16. vnciarum, & Mar-
cha est media libra octo vnciarum; ideo quælibet libra Franciæ
16 constituit scuta 144. † Solidus argenteus constituitur ex duode-
17 cim denariis Pisanorum. Boer. *d. dec. 327. n. 2. in fi.* † Bononenus argenteus, & ex lex quatrenis expendebatur, & currebat ẽt Mediolani, & Placentiæ. Alexan. *consil. 21. Visis iis, per totum, lib. 2.*

Monetæ valor quo tempore consideretur. Concl. 349.

1 VALOR † monetæ consideratur tempore condemnationis,
non tempore solutionis, quia verisimilitudo est talis, & qua-
2 lis est origo, talis deductio. Oldr. *consi. 13. Cum quæstio esset.* † Idem in
omni contractu, & obligatione; quia attenditur valor monetæ
tempore contractus. Bald. *consil. 499. Coram vobis, n. 1. ver. quæstio*
ista, lib. 1. ratio est; quia obligatio est à principio certa secundum
quid, quale, & quantum, secus si non esset certa; quia tunc attenditur accidens, ideo si teneor soluere salarium decem militum ad
certam rationem, debeo soluere ad rationem monetæ antiquæ
tempore obligationis: si v. simpliciter sum obligatus, tenor jur-
ta temporũ varietatem. Bald. *consil. 401. Super facto domini, in pr. lib.*
5. & idem, si certa est moneta expressa, prout paruorum Pisano-
rum; quia illis mutatis debetur æstimatio. Sign. *consil. 74. per tot.*
Castill. *consil. 35. per tot.* Vide Ant. Gabr. *lib. 3. tit. de ... ut. Concl. 3. Mo-*
netæ diminutio stante mora cedit damno morosi. † Item consideratur
valor tempore conditi testamenti, non autem tempore mortis
testatoris. Oldr. *consil. 31. Thema tale est, quidam condens.* Vide Ant.
Gabr. *lib. 3. tit. de solut. Concl. 4. Monetæ valor in vltima volumate.* † Et
ideo legatum annuum secundum veriorem, & magis* commu-
nem debetur secundum æstimationem monetæ currentis tempore facti legati; q̃n est facta mutatio monetæ in bonitate intrinseca, vt per* omnes *in c. olim, & in c. Canonicos, de censibus*, late Brun.
tract. de augm. in vlt. concl. princ. qui in 7. declaratione firmat procedere in annuo debito, & in 9. declaratione in annuo debito ex testamento. Oldrad. *consil. 31. Thema tale est*, vbi loquitur in legato, &
consil. 250. Factum tale est, vbi in debito annuo. Sign. *consil. 74. prut.*
Aret. *consil. 84. Diligenter, in princ.* & Corn. *consil. 287. In hac consulta-*
tione, in fin. lib. 1. & consil. 181. lib. 2. & consil. 109. in princ. lib. 4. vbi, q̃
fere est omnium* communis sententia. Socin. *consil. 298. Prosu-*
damento, lib. 2. vbi post Abbatem dicit, q̃ hanc sententiam tenent
omnes* tam Legistæ, quam Canonistæ. † Contrarium, q̃ in debi-
to ex testamento solui debeat moneta currens tempore solutionis, non autem tempore conditi testamenti, vel mortis testatoris.
Rom. *consil. 123. Circa primum, in princ.* maxime *col. 2. ver. præmissa ta-*
men, vbi allegat tex. quem dicit multum notandum, & de quo Oldr. *consil. 31.* non fuit recordatus *in l. cum certum. ff. de aur. & argent.*
leg. ibi, *pretium præsentis temporis*, & Rom. sequitur Hier. Gabr. *consil.*
119. n. 3. lib. 1. vbi alios citat, & apost. ad Rom. *d. cons. 123. in ver. Verum*,
citat infinitos pro vtraque parte. † Idem in pretio rei emptæ cum
pacto de retrouendendo; q̃a eadem moneta debet restitui in eadem bonitate intrinseca, licet creuerit, vel decreuerit; quia ista
est bonitas extrinseca, quæ non attenditur. Boer. *dec. 327. n. 4.* vbi
dicit* communem. † Idem in emphyteusi; quia emphyteuta de-
bet soluere ad valorem monetæ currentis tempore celebrati
contractus emphyteutici, non autem attenditur valor monetæ
currentis. Castill. plene *consil. 35. Factum proponitur*, vbi pro vtraque
parte allegat, & hanc tuetur vti veriorem, mouetur; quia in annalibus præstationibus vnica est obligatio pro omni tempore excepto vsufructu, & q̃a conuentio dicitur certa, q̃ continet quantitatem, forma, materia, & pondere, & facit illud esse in obligatione, quod est in conuentione, *n. 3. & seq.* & quia damnum esse
debet debitoris, non creditoris, & quia sicuti quando in totum
moneta reprobatur, debetur eius æstimatio; ita si in parte reprobatur, & quia bonitas intrinseca est, quæ est in fine, & principali
effectu pecuniæ. † Idem in Synodatico; quia debet solui ad mo-
netam antiquam, vel illius æstimationem, *cap. olim, de censibus*, vbi
Abb. & alii. Castill. *d. consil. 35. n. 12.* † Item monetæ valor attendi-
tur tempore sententiæ, non tempore exequtionis. Vide Anton.
Gabr. *lib. 2. tit. de solut. Concl. 6. Monetæ valor in sententia.* Item in moneta debita ex priuilegio Principis debetur secundum tempus
priuilegii. Vide Ant. Gabr. *lib. 3. tit. de solut. Concl. 7. Monetæ valor in*
gratiam. Item in omni dispositione hominis attenditur valor monetæ tempore dispositionis. Bald. *d. consil. 499. n. 1. lib.* 1. † Limita
quia in moneta taxata non attenditur valor tempore taxæ factæ,
sed tempore solutionis, vel datæ gratiæ, ita Ægid. Bell. *consil. 35. n.*
37. per *clem. si beneficiorum, de decim. cum i. not.* † Item monetæ va-
lor consideratur tempore reseruatæ pensionis, vel census annui;
q̃a si moneta erat vilis, & augeatur, solutio debet fieri habito respectu ad valorem intrinsecum in annuis præstationibus. Oldr.
consil. 250. Factum tale est, Bonifacius, ver. ad primam, & edictum Principis secularis non auget obligationem, sed demonstrat, de quali
moneta solutio debeat fieri, vt ibi *in 2. q.* † Item in dote restituenda; quia attenditur valor tempore solutionis dotis. Affl. *dec. 194.*
& distinguit Bart. *in l. res in dotem. ff. de iur. dot.* latius *in l. Paulus. ff. de*
solut. Canon. *in c. olim, de censibus*, vbi Innoc. Joa. Andr. Abb. & alii.
Socin. *in l. cum quid, ver. tertia conclusio, col. pen.* Aret. *in l. quod te, in 1.*
& 2. col. ff. si cert. pet. idem Aret. *consil. 11. Procedendum est, col. 2.* Brun. in
tract. monet. in tertia particula. Afflict. *dec. 194.* vbi late, *& dec. 90.* vbi,
quod si florenus valebat minus, q̃ hodie, attenditur valor tempore solutæ dotis, non restitutionis dotis. Boer. plene *dec. 327. n. 4. &*
per tot. vbi de* communi. † Item in omni debito ex contractu, vel
census præstatione debet fieri solutio de currenti moneta ad æstimationem antiquæ monetæ. Gemin. *consil. 137. Quia alias, in princ.*
ver. item ista mutatio, plenissime Signor. *consi. 74. Quæstio talis, per tot.*
vbi pro vtraq; parte, & ita concludit Abb. *consil. 56. Quod solutio in*
princ.

princ. & per tot. lib. 2. † Extende in casu conuerso; quia similiter in casibus, in quibus moneta antiqua esset vilior, tamen secundum illius valorem debet fieri solutio. Bald. *consil.* 499. *in fi. v. & è contra*

15 *si moneta, lib.* 1. † Extende, vt in omnibus casibus infra descriptis, in quibus solutio esset facienda ad vsum monetæ currentis, nulla habita æstimatione ad valorem monetæ antiquæ, tamen si intercesserit dolus, vel culpa, vel mora soluere debentis, tunc licet soluat de moneta currenti, debebit soluere ad æstimationem monetæ antiquæ, ita Gem. *consil.* 137. *in princ. ver. sed dubium.* Bald. *consil.* 269. *circa med. ver. sed ponamus. lib.* 2. & ita Boer. *dec.* 327. *n.* 4. Castill. *consil.*

16 35. *n.* 14. † Extende in rebus, q̃ consistunt in pondere, numero, vel mensura, habentibus suam intrinsecam bonitatem continuam, extrinsecam autem accidentalem, & variabilem ad diuersitatem temporis respectu pretii, sicut est vinum, granum, oleum, & similia, quę habent suam intrinsecam bonitatem respectu essentiæ, & habent extrinsecam respectu valoris, & sufficit, q̃ talia restituantur in bonitate intrinseca æquali illi, q̃ erat tempore obligationis, licet valor sit mutat⁹ tempore solutionis, *l. vinum. ff. si cert. pet.* Gemin. *consil.* 137. *in pr.* q̃ semp intellige, nisi interuenerit mora. Bald.

17 *consil.* 499. *circ. fi. v. præterea hoc aperte, lib.* 1. vbi, q̃ idem in pondere, mensura, & aliis, vt antiqua mensura attendatur. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 5. vbi late alios citat, clare Castill. *d. consil.* 35. *in pr.* maxime *n.* 12. & *seq. ver. non obstant.* † Extende; qa item in solutione salarii officialium attenditur valor monetę currentis tempore solutionis, non autem tempore ingressus officii. Bald. *consil.* 269. *Super eo, circ. med.*

18 *ver. sed ponamus, lib.* 2. † Contrarium seruatur in debito legali, vel statutario, vt sunt pœnæ, & salaria officialium; quia solutio debet fieri in moneta currenti, non habito respectu ad valorem tempore condictæ legis, vel statuti; & est ratio; qa mutato vsu, statutum, & lex recipit interpretationem ab vsu. Gem. *d. consil.* 137. *n.* 2. *ver. si vero quis sit obligatus*, vbi allegat Speculat. *de solut. §. nunc aliqua. in fin.*

19 Paul. de Eleaz. *in clem.* 2. *de decim.* Ant. de Butr. *in c. quanto, de iurei.* & plene Zab. *in d. clem.* 2. *n.* 13. *in* 13. *q.* vbi late *in pr. v. in contrarium.* † Extende, vt idem sit in debito legali annuo ex constitutione Principis; qa solui debet de pecunia vsuali, non habito respectu ad æstimationem antiquæ monetæ. Gem. *d. consil.* 137. *n.* 2. *ver. cum ergo so-*

20 *lutio.* † Extende, vt idem sit in solutione annua præstanda ex ordinatione superioris, etiam in vim priuilegii, maxime, q̃n annua solutio, seu pensio est ordinata habito respectu ad fructus. Gem.

21 *d. consil.* 137. *n.* 2. *ver. præterea istud, vsq; in fin.* † Contrarium, quod moneta Turonensis debita ex constitutione Papæ si mutatur, debeat solui secundum vsum monetæ currentis, non secundum valorem monetæ veteris. Rom. *d. consil.* 123. *in pr.* vbi comprobat; qa lex, & statutum regulatur potius secundum vltimam voluntatem, q̃ secundum contractum; ideo cum ex vltima voluntate habeamus textum, *ff. de auro, & argent. legat. in l. cum certum*, ibi, *pretium præsentis*

22 *temporis.* Hier. Gabr. *consil.* 119. *n.* 3. *lib.* 1. † Extende in debito legali, *putin* solutione cathedratici Episcopo, vel aliorum onerum legalium; quia si lex disponat, q̃ saluantur duo solidi aurei, debent intelligi duo scuta legalia, ex quibus 72. faciunt vnam libr. Abb.

23 *consil.* 56. *Quod solutio, lib.* 2. vbi, quod attenditur tempus dispositionis legalis. † Extende in omni solutione conuentionali; quia attenditur valor monetæ tempore conuentionis, & ideo Papa, qui abstulit bona à monasterio montis Maioris, & dedit monasterio S. Antonii, & ꝓmisit reficere tot solidos, debet intelligi de solidis

24 currentibus tempore obligationis. Abb. *d. consil.* 56. *col. fin. lib.* 2. † Contrarium tenet Spec. q̃ in debito legali debeatur monetæ vsualis currens, *in tit. de solut. §. nunc aliqua, ver. pone.* Bald. *in l. illud. C. de sacrof. Eccl.* allegat rationem, quia lex semp loquitur, ergo etiam tempore mutatæ monetæ, & currentis. Vide supr. *n.* 18. *ver. contra-*

25 *rium.* † Restringe, q̃n aliquid debetur ex statuto, vel rescripto; qa attenditur valor tempore solutionis. Rom. *d. consil.* 123. *col.* 2. *in fin. ver. sin autem dicamus*, vbi in statuto probat verum in rescripto per

26 æquiparationem ad statutum, vel ad vltimam voluntatem. † Restringe, q̃n in loco esset consuetudo inducta, q̃ census soluantur ad vsum monetæ currentis; qa non est quærendum aliud. Rom.

d. consil. 123. *col.* 3. *ver. ex quibus omnibus*, vbi apost. *in ver. consuetudinem,*

27 dat conc. † Et maxime procedit consuetudo Romanæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis, vt Ecclesiasticæ personæ ligentur, q̃ laicis benigniores esse debent. Rom. *d. consil.* 123 *col.* 3. *ver. præterea, & Ro-*

28 *manus Pontifex*, vbi apost. *in ver. debere.* † Declara totam istam materiam, qa in debito legali, in quo ius nemini quæritur, neq; obligatio, procedat contrarium, q̃ debeatur vsualis currens moneta; si vero est quæstio obligatio ex dispositione legali, debeatur moneta antiqua tempore dispositionis, ita Abb. *consil.* 56. *Quod solutio, col.*

29 1. *in fin. ver. præterea præsupposito. lib.* 2. † Declara; quia si per longum tempus fuit soluta moneta antiqua, vel valor, debet continuari, nisi contrarium esset ꝑscriptum ex solutione currentis, ita Abb. *d. consil.* 56. *col.* 1. *circa med. lib.* 2. † Restringe, nisi debitor esset in mora 30 soluendi; qa tunc tenetur ad maius pretium, & ad bonitatem extrinsecam. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 5. Vide plene Ant. Gab. *lib.* 3. *tit. de solut. Concl.* 3. *Monetæ diminutio.* † Et idem est in pecunia, & aliis rebus, q̃ 31 in pondere, numero, vel mensura consistunt; qa debitor in mora constitutus tenetur ad bonitatem, nedum intrinsecam, sed extrinsecam tempore moræ causatam. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 5 † Restringe, vt 32 non procedat, q̃n debitum legale esset constitutum ex causa onerosa, puta pro salario officialis; quia debet solui in moneta veteri, ne minuatur honor. Bald. *consil.* 499. *post med. ver. sed non videtur fa-*

cere, vsq; in fin. vbi, q̃ contraria loquuntur in debito legali ex causa lucratiua, *lib.* 1. *& consil.* 506. q̃ est *vlt. eod. lib. per tot.* nisi obstat præscriptio. † Restringe in debito consuetudinario, quia consuetudo 33 habet oculos retro. Bald. *consil.* 499. *n.* 2. *ver. præterea, lib.* 1. *& consil.* 269. *Super eo, quod quæritur. lib.* 2. vbi, quod attenditur consuetudo Principis circa monetam, & valorem, si de consuetudine constat. † Restringe, q̃n lex, vel constitutio, aut Princeps taxauit mone- 34 tam, pura aureum ad rationem, vt 75. faciant libram, quia tunc attenditur valor taxatus, donec mutetur. Bald. *d. consil.* 499. *n.* 1. *ver. sed hoc non obstante. lib.* 1. *& consil. fin. per tot.* q̃ est 500. *lib.* 1. vbi dicit hoc ꝓcedere, nisi sit ꝑscripta solutio in alia moneta. † Adde tñ, q̃ 35 si moneta currens mutata esset, ita, q̃ defectus esset in materia, vt quia primo erat in auro, currens est in argento, vel è contra, tunc non fit solutio in diuersa materia, sed debet fieri in eadem substantia, & materia. Gem. *d. consil.* 137. *in princ. ver. item ista mutatio.* † 36 Extende; quia si facta est obligatio, vel receptio in florenis auri, licet alteretur valor, vel minuatur, solutio debet fieri in moneta, q̃ est in obligatione; quia æstimatio ad rationem alterius monetæ est extrinseca bonitas, non a. intrinseca. Bald. *consil.* 213. *Punctus quæstionis, n.* 2 *lib.* 5. & q̃ debeat solui in eadem specie secundum valorem monetæ conuentæ, habito respectu ad illius valorem intrinsecum à die moræ. Bald. *consil.* 130. *Quia obligationes, lib.* 5. † Ex- 37 tende, etiam si valor monetæ fit alteratus per Principem, puta diminutus, vel auctus; quia si bonitas intrinseca est eadem, soluendo in eadem moneta habita, vel valore liberatur; quia si non est in mora, non consideratur bonitas extrinseca. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 7. vbi dicit * communem, & plures citat. † Contrarium, q̃ imo sem- 38 per valor monetæ attendi debeat tempore contract⁹, & si crescat, vel decrescat, ille primus valor sit attendendus. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 8. vbi, q̃ ita seruatur in Francia, licet primum dictum sit * com- *

muni⁹. † Declara; quia si scuta sunt soluta, vel ꝓmissa in auro, de- 39 bent restitui in auro in eadem intrinseca bonitate; quia re vera non attenditur valor extrinsecus, sed solum intrinsecus; ideo siue crescat, vel decrescat, nihil facit; quia debet solui eadem moneta; si v. est soluta, vel promissa moneta aurea valoris tot librar. siue in dotem, siue alias, tunc æstimatio facit venditionem, & debet solui in eadem æstimatione, neq; tunc attenditur valor. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 10. *& seq.* vbi late. † Si tñ esset conuentum, q̃ etiam fa- 40 cta æstimatione scutorum, nihilomin⁹ dos restitueretur in eadem moneta, tunc debet restitui eadem moneta; quia talis æstimatio non faceret venditionem. Boer. *d. d. c.* 327. *num.* 11. *ver. vel certe dici.* † 41 Restringe, nisi adesset consuetudo in cõtrarium soluendi ad monetam currentem, vel antiquam; quia consuetudo est seruanda. Castill. *consil.* 35. *in fin.* † Restringe, nisi moneta antiqua, vel auri sit 42 data ad æstimationem, videl. ad rationem tot bolen dinorum, vel tot librarum; quia tunc potest restitui æstimatio. Bald. *consil.* 213. *lib.* 5. † Restringe, nisi in casibus, in quib⁹ solutio esset facienda ad 43 monetam antiquam, solutio fuerit facta ad monetam currentem per 30. annos, & sic fuerit præscripta solutio in currenti moneta; quia ea est continuanda. Bald. *consil. vlt.* quod est 500. *n.* 2. *ver. dicens, lib.* 1. † Et idem contra Ecclesiam; quia solutio facta per 40. annos 44 de moneta diuersa inducit prescriptionem, vt Ecclesia non possit petere monetam antiquam. Bald. *d. consil* 500. quod est *vlt. n.* 2. *lib.* 1. † Contrarium, q̃ non obstet præscriptio, & solutio per 30. vel 45 40. annos facta, tenet Sign. *consil.* 74. *per tot.* maxime *n.* 12. *& seq.* vbi demonstrat solutionem impedire prescriptionem; quia si minus fuit solutum, fuit ad computum. † Restringe, q̃n simpliciter 46 stipulatio est facta de scutis, vel coronatis aureis; qa non inspicitur temp⁹ stipulationis, sed solutionis, & sufficit soluere aureos, & coronatos tempore solutionis faciendę, sec⁹ si esset dictum coronatos valentes 50. solidatos; qa pacto stando est. Matth. Antonianus *in addit. ad vlt. consil. Bald. lib.* 1. vbi, q̃ ita iudicauit Senatus Cauarum, & Allobrogum de Ann. 1558. & ita et distinguit Boer. *dec.* 327. *n.* 10. *& seq.* † Limita; quia solutio debet fieri ad monetam 47 currentem semper, q̃ obligatio est incerta quoad pecuniam, prout si promitto soluere centum, nec dico in auro, neq; in argento,

sed

sed simpliciter centum scuta. Bald. *consil.* 401. *Super facto domini, in*
48 *princ. lib.* 5. Castillio. *consil.* 35. *n.* 9. †Limita; quia valor in statutis at-
☞ tenditur tempore solutionis, & qualiter procedat, Vide Ant. Ga-
49 briel. *lib.* 3. *tit. de solut. concl.* 5. *Monetæ valor in statutis.* †Declara totam istam materiam p quinq; conclusiones, seu casus, de quibus So-
50 cin. *in l. cum quid. ff. si cert. pet.* †Primus est, si pecunia data in totum est reprobata, & in perpetuum, & debetur æstimatio de moneta
51 currenti secundum communem. Boer. *d. dec.* 327. *n.* 12. †Restringe, quando antiqua reperiretur; quia illa potest restitui; quia est in eadem bonitate intrinseca, licet extrinseca non sit eadem. Soc.
52 *d. l. cum quid. ff. si cert. pet.* †Contrarium dicit Boer. *d. dec* 327. *nu.* 12. quia si creditor recusat velle pecuniam reprobatam, non com-
*53 pellitur, & ita dicit tenere * omnes; quia pecunia reprobata non habet Missam. †Secundus casus est, quando pecunia non tollitur in totum, sed deterioratur, & tunc si est propter defectum ligæ, vel ponderis, debitor tenetur soluere æstimationem prioris mo-
54 netæ, & ita omnes tenent, vt dicit Boer *d. dec.* 327. *n.* 13. †Tertius, & quartus casus est, quando alteratur valor monetæ existente eadem bonitate, & periculum est creditoris, cui potest solui eadem moneta, licet minus valeat, prout etiam si creuisset, teneretur de-
* bitor soluere eandem monetam, & communem* dicit Boer. *d. de-*
55 *cis.* 327. *n.* 13. *ver.* 3. & 4. †Quintus, quando debitor quantitatis est morosus; quia tunc tenetur ad rationem, quanti plurimi moneta
* valuerit, communem* dicit Boer. *d. dec.* 327. *col. fin. ver. quintus casus.*
56 †Sextus, quia debitor generis, vel quantitatis, seu speciei, q̃ periit,
* tenetur soluere æstimationem præsentis temporis secundum * communem. Boer. *d. dec.* 327. *in fin. ver. sed in debitore*, licet dicat con-
57 trarium tentum per maiorem partem. †Septimus casus, q̃n solutio fit in scutis, & promittitur restitutio in eadem moneta, vel alia currenti, quia electio est debitoris. Boer. *d. dec.* 327. *in fin.* Vide plene per Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de solut. Concl.* 1. vbi, q̃ si decrescat ob deteriorationem materiæ, vel formæ, *& Concl.* 2. quid si decrescat ob Principis voluntatem, quomodo solui debeat.

Monetarum alteratio à seculari facta an liget Ecclesiasticos circa præcedentes obligationes. Concl. 350.

1 SI †alteretur moneta, vel mutetur à Principe seculari, non alteratur obligatio inter Ecclesiasticos, & religiosos, quin debeat solui moneta tempore obligationis habito respectu ad valorem
2 intrinsecum. Oldr. *consil.* 250. *in fin. ver. ad secundam.* †Amplia; quia obligatus soluere 10. denarios paruorum Pisanorum, mutato vsu Pisanorum paruorum, etiam quod p trigintaannos solutio fuerit facta in moneta currenti minori, tamen solutio debet fieri secundum valorem monetæ, quæ erat in vsu, neque currit præscri-
3 ptio. Signor. late *consil.* 74. *Quæstio talis proponitur, per tot.* †Et quod Princeps possit mutare, & alterare valorem monetarum, late Boer. *dec.* 327. *num.* 6. & hanc* communem, & seruari de consuetudi-
4 ne dicit, *num.* 7. †Contrarium tamen tenet Lucas de Penna, C. *de*
5 *veter. num. pot. lib.* 11. vbi; quod sine consensu populi non potest. † Declara; quia Princeps potest alterare valorem monetarum in suo statu, dummodo non lucri, & auaritiæ causa, & præmisso ban-
6 nimento, alias autem teneretur. Boer. *d. dec.* 327. *num.* 7. †Decian. *in tract. malefic. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 32. *& seq. ver. sed quæstionis est*, dicit, quod
7 consentiente populo potest, alias tenetur ad damna. †Restringe, quia mercatores, & priuati non possunt mutare valorem monetarum, licet inducant ex barattatione alterationem ad sui commodum. Boer. *d. dec.* 327.

Moneta currens, an argentea debeatur, vel non. Concl. 351.

1 PRIMO †attenditur statutum: Secundo attenditur consuetudo loci: Tertio attenditur ius commune, quando non adest
2 certa conuentio. Alexand. *consil.* 21. *Visis ijs, lib.* 2. †Locus destinatæ solutionis, vel celebrati contractus, aut gratiæ euentualiter, & relatiue. Alexand. *d. consil.* 21. *num.* 3. *& seq. lib.* 2.

Monetam prohibitam expendens qua pœna puniatur. Concl. 352.

1 EXpendens †monetam prohibitam, si est prohibita; quia falsa, vel ratione materiæ, vel ratione formæ, vel ratione causæ efficientis, dicitur falsarius monetarum, & potest tanquam talis puniri, sed tamen non punitur eadem pœna, qua puniuntur fabricantes falsam monetam. Bald. *consil.* 494. *Sciendum est. quod moneta, lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 372. *lib.* 3. *ver. & ex ijs causis.* vbi in princ. videtur requirere dolum. † Et ideo pœna extraordinaria punitur, non autem pœna legis Corneliæ, nisi expenderet nummos plumbeos. Cuman. *consil.* 139. *Hoc maxime, num.* 5. vbi pœna est deportationis, & confiscationis bonorum. †Restringe, quando moneta esset prohibita p bannum; quia cum sit fabricata ab habente authoritatem, expendens talem monetam non dicitur falsarius, neque pœnam incurrit, nisi tanquam contraueniens bando. Bald. *d. consil.* 494. *lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 372. *lib.* 3. vbi est casus, & dicit, quod est puniendus pœna arbitraria. †Declara, nisi adsit statutum, put est Nouariæ, quod portantes, vel expendentes falsam monetam vsque ad summam librarum decem comburantur; q̃a licet dolum requirat tale statutum, tamen dolus præsumitur in portante, vel expendente; ideo debet puniri pœna statuti. Bald. *consil.* 155. *Reperitur in volumine, lib.* 3. † Restringe multo magis, quando non adest bannum; quia licet quis expendat monetam non currentem, etiam si computauerit vltra quam valeat, non incidit in falsum. Dyn. *consil.* 38. *Quod contra Benciuenem, num.* 7. *vsq; in fin.*

Moneta falsa ex quibus dicatur. Concl. 353.

MONETA †ex quatuor redditur falsa: Primo, si quis fabricat falsam monetam: secundo, si quis adulterat monetam: tertio, si quis tundat, vel diminuat in pondere: quarto, si expendat, plene Clar. *in §. falsum. n.* 40. *& seq.* † Moneta dicitur falsa ex tribus
2 causis: Prima causa est falsitas in materia, vt si in auro immisceatur aurichalcum, vel alia materia similis in colore, dolo malo, & idem in argento; quia cum materia debeat esse simplex, si fiat adulterata, dicitur committi falsitas in materia respectu materiæ, Bald. *consil.* 494. *Sciendum est, quod moneta, lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 372. *Casus talis est, lib* 3 *in princ.* † Et hæc falsitas in materia fit
3 multis modis: Primo, si fiat lacuna, videlicet falsitas intus; vt quia in medio, est falsa, ab extra habet lamina aurea, vel argẽtea, & ista appellatur lacuna, alia est, si tota falsa, sed liquido auro inaurata in superficie. Decian. *lib* 7. *c.* 23. *de falsa moneta crim. n.* 13. & 14. †Se-
4 cunda falsitas est respectu formæ; quia cum omnis moneta aurea debeat habere imaginem, id est, vultum Principis, & argẽtea subscriptionem Principis, q̃ facit monetam cum vultu Principis, vel subscriptione sine eius iussu, licet sit bona materia, dicitur fabricare falsam monetam respectu formæ, & puniri debet. Bald. *d. consil.* 494. *lib.* 1. *& 372. lib.* 3. *in princ. ver. item dicitur falsa ex causa formali.* † Imo, quod vultus Principis soleat inscribi in mo-
5 neta, tam aurea, quam argentea. Decian. *de fals. monet. crimin. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 18. *& n.* 25. † Tertia falsitas est respectu causæ efficientis,
6 veluti si quis nomine suo cudere faciat monetam, etiam quod sit bona materia, cum non habeat concessionem ab Imperatore, vel Rege, neque à consuetudine, tamen moneta dicitur falsa, & tanquam falsus monetarius puniri potest. Bald. *d. consil.* 494. *lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 372. *lib.* 3. *in princ. ver. item dicitur falsa ex causa efficiente.* Decian. *d. lib.* 7. *c.* 23. *de fals. monet. crimin. n.* 26. †Declara
7 tamen, quod is, qui facit bonam monetam sine licentia, licet minus delinquat, quam is, qui facit monetam falsam sine licentia, tamen quoad incursum pœnæ læsæ maiestatis pariter punitur. Decian. *d. c.* 23. *n.* 26. † Quarta est falsitas, quia si Princeps ipse facit fal-
8 sam monetam, non incurrit pœnam læsæ maiestatis, sed bene incurrit pœnam falsi, & rapinæ, nisi hoc fiat tempore belli pro bono publico. Decian. *d. tract. crim. de fals. monet. crim. lib.* 7. *c.* 23. *nu.* 28. †Duplex est falsitas monetarii tingendo, & radendo; tingere a-
9 est ex toto falsam fabricare. Dyn. *consil.* 38. *Quod contra Benciuenem, num.* 7. †Franc. Marc. *dec.* 648. dicit, quod fraus fit in tribus, quæ
10 requiruntur ad monetam, videlicet in materia, in pondere, & in forma, & omnis falsitas restringitur ad vnam ex tribus. †Expen-
11 dens monetam non falsam, sed pro maiori valore, quam valeat, non dicitur falsum committere; quia falsitas non cadit in eo, qui mẽtitur in computatione. Dyn. *d. consi.* 38. *Quod contra. n.* 7. *& in fin.* idem dicit de eo, qui expendit monetam non prohibitam, licet
12 non currentem. †Et quod is, qui tantum expendit falsam monetam, & non cudit, puniatur pœna extraordinaria, & non mortis. Alexand. *consil.* 121. *Viso processu, nu.* 3. *ver. alia ratione, lib.* 7. vbi, quod pœna extraordinaria est arbitrio iudicis, dummodo non sit mortis naturalis. † Declara, nisi moneta expensa esset plumbea, vel
13 stannea, & sic falsa omnino intus; quia pœna mortis posset puniri. Alexand. *d. consil.* 121. *n* 3. *& seq. lib.* 2. quo d necessario intelligas in moneta Papæ, vel Imperatoris; secus si ciuitatis, vel inferioris de iure communi.

Mone-

Monetam falsam facientes, cudentes, radentes, & expendentes qua pœna puniantur. Concl. 354.

1 POENA †falsam monetam ex tribus causis præmissis facientis
est, quia qui dealbat monetam, vel colorat, si est seruus, punitur vltimo supplicio, si liber, datur ad bestias. Cuman. *consil.* 139.
2 *Hoc maxime, nu.* 5. †Fabricans autem monetam Principis flammis
3 exuitur. Cum. *d. consil.* 139. *n.* 5. † Tu dicas hoc procedere in mone-
4 ta Imperatoris, *l.* 2. *C. de fals. mon.* communem *dicit Clar. *§. falsum, n.* 46. vbi, quod in Gallia projicitur in aqua feruenti, & bullienti,
4 vt moriatur. †Extende, siue sit auri, siue non; qa imaginem Prin-
cipis inspicimus, non materiam. Cum. *d. consil.* 139. *n.* 6. *ver. nec in ad-*
5 *uersum mouet.* †Si v. moneta non est Principis, sed inferioris, tam fabricans, q̃ ministerium scienter impendens capitali pœna punitur. Cum. *d. consil.* 139. *n.* 5. vt videl. deportetur, cuius loco hodie
6 bannum succedit cum confiscatione bonorum, *n.* 6. & quod pœna falsificantis monetam sit capitalis. Sign. *consil.* 182. *n.* 2. †Et hoc
* pcedit in moneta ciuitatis, quia falsificans eam pœna capitali punitur, videlicet deportationis, non mortis naturalis, secundum* communem. Clar. *d. §. falsum, n.* 46. allegat Alex. *consil.* 121. *in princ. lib.* 7. *& consil.* 104. *lib.* 1. *n.* 2. *& seq.* vbi loquitur in statuto Ferrariæ.
7 †Contrarium, quod falsificans monetam ciuitatis Perusii morte
8 puniatur, Bald. *in l. si quis nummos. C. de fals. monet.* quem sequitur
Hoc *de sedit. q.* 6. *n.* 2. †Et dicitur inferior Rex, vel Comes, aut aliam
9 dignitatem habens. Cum. *d. consil.* 139. *n.* 5. *ver. si alia moneta.* †Contrarium, quod sit pœna mortis, prout in moneta Imperatoris, etiam in inferioribus, qñ habent in suo statu iura Imperii. Menoch.
10 late *ca.* 316. *n.* 26. *& seq.* vbi „bat authoritate & ratione. †Restringe: quia non est capitalis, quando pœna à statuto, „put Cheri, im-
11 ponitur pecuniaria. Signor. *consil.* 182. *n.* 2. †Amplia; quia nedum punitur falsificans monetam tribus modis prædictis, sed ēt punitur tanq̃ talis is, qui vtitur tali moneta falsa, sed bene mitius punitur, quam is, qui fabricauit. Bald. *consil.* 494. *lib.* 1. quod duplicatur
12 *consil.* 372. *lib.* 3. *circa med. ver. ex ijs causis.* †Falsam monetam cudens incurrit crimen læsæ maiestatis, tam in Principis moneta, quam etiam ciuitatis. Decian. *in crimin. lib.* 7. *c.* 23. *in princ. tit. de fals. monet. crim.* vbi *n.* 6. quod isti falsificantes appellantur monetarii in ma-
13 lam partem. †Et de multiplici pœna falsificantium monetas, vide
14 eundem Decian. *lib.* 7. *c.* 28. *per tot.* †Et maxime conflans monetam aueam morte punitur. *l. quicunque. ff. de fals.* imo pœna ignis est in
15 aurea. Decian. *lib.* 7. *c.* 23. *n.* 11. vbi alios citat, *&* c. 28. *n.* 2. †Secus si esset argentea, vel ærea. Decian. *de fals. monet. crimin. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 11.
quia seruus vltimo supplicio afficitur, si liber, ad bestias damna-
16 tur, vt ibi *num.* 14. †Declara; quia imò non est vis in materia, sed in forma, id eo minuens monetam Principis, siue auream, siue argenteam pœna mortis punitur. Decian. *d. li.* 7. *c.* 23. *n.* 25. & eodem
modo declarat Men. *ca.* 316. *n.* 34. vbi, quod Marsil. & Couar. erra-
17 runt. †Restringe in moneta parua, „put quatrenis, & bagattinis; quia punitur pœna extraordinaria, non mortis. Cæpol. *consil.* 77.
per tot. inter consil. sua crim. Men. *d. casu* 316. *n.* 33. Alex. *consil.* 104. *Statutum loquens, in fin. lib.* 1. q̃ non habet locum in bagattinis, & vili
18 moneta, vbi apost. *in v. r. vulnusculum.* †Restringe in minore. Men.
19 *d. casu* 316. *nu.* 31. †Restringe; qa statutum puniens fabricantem, vel falsificantem monetam pœna mortis, debet intelligi de mo-
neta vsuali ciuitatis, & q̃ expendi potest, non de vsuali. Alex. *consil.*
104. *per tot. lib.* 1. *in princ.* vbi *n.* 3. *ver. nec obstat*, extendit, quod intelli-
gitur de vsuali communiter, non si aliquis particularis solus reci-
20 piet. †Restringe; qa pœna mortis non punitur, qui falsam monetam alterius Principis fabricauit, ita Decian. *tit. de fals. mon. crim. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 19. *v. ex quibus infertur, & c.* 27. *n.* 3. vbi plures citat. Bos-
sius *de fals. monet. n.* 6. vbi reddunt rationem, quia non est crimen
21 læsæ maiestatis. Alex. *consil.* 104. *Statutum, n.* 5. *v. facit, lib.* 1. vbi apost.
ver. nullo, dat concor. †Contrarium tenet Men. *de arbitr. ca.* 316.
n. 26. *& seq.* vbi, quod prædicti Dd. non ita intelligendi sunt; quia licet non cadat crimen læsæ maiestatis, nisi in Principe supremo, videl. Imperatore quoad pœnam filiorum, & infamiam, bene ca-
dit pœna mortis, & confiscatio bonorum, qñ falsificauit monetas eorum, qui habent iura cudendi, & adducit plura, per q̃ sic omnes
sunt intelligendi, & in specie Jo. Igneus *in repet. l. necessarios. §. non*
alias, in 2. par. ff. ad Syllan. n. mihi 587. *& 596. cum seq.* vbi, quod offen-
ditur Princeps, & populus, prout eum licet corrupte allegat Me-
noch. *d. casu* 316. *n.* 46. *& seq.* n̄ q̃ 51. Alex. *consil.* 104. *col. fin. ver. fallit, lib.* 1. declarat, quod quando adsunt in statuto verba vniuersalia,
22 quod fabricans, seu falsificans quamcunq; monetam, alias puniatur, intelligitur de propria, & vsuali. †Puniuntur etiam auxilium, & consilium præstantes falsificantibus monetam, item scientes, & non denunciantes, item falsam monetam expendentes, sed omnes mitius debent puniri, q̃ principales. Decian. *d. lib.* 7. *c.* 25. *per tot.* vbi etiam, quando excusatur expendens, si non nocuit, vel si expendendo dixit, quod si non poterit expendere, restituat. †In 23
Francia falsificans monetam Regis suffocatur in aqua bulliente.
Decian. *d. lib.* 7. *c.* 28. *in fin.* Clar. *in §. falsum, n.* 46. *in fin.* Menoch. *ca-*
su 316. *num.* 13. †Mediolani ex constitutionibus, siue aurea, siue ar- 24
gentea sit fallificata, pœna est mortis. Boss. *tit. de falsa moneta, in pr.*
sed dicit, quod componuntur; quia eadem pœna est dantibus auxilium, consilium, & fauorem scienter. Menoch. *d. casu* 316. *n.* 14.
†Bononiæ statutum imponit pœnam capitis, quæ interpretatur 25
exilii perpetui. Menoch. *d. casu* 316. *nu.* 10. vbi de statuto Veronæ,
Ferrariæ, & aliis, & de statuto Bononiæ iterum *num.* 21. & 22. vbi
citat Alex. *d. consil.* 121. *n.* 3. *lib.* 7. Gramm. *dec.* 74. *n.* 29. & de statuto
Bononiæ, & Ferrariæ. Alex. *d. consil.* 104. *lib.* 1. *per tot.* vbi, quod pœ-
na capitis intelligitur ciuiliter. † Declara igitur, quia secundum 26
Alex. *d. consil.* 121, *Visa proclissu, in princ. lib.* 1. fabricans monetam Imperatoris, & sic supremi Principis, punitur pœna mortis, quia i-
gni, & flammis traditur, *l.* 2. *C. de fals. mon. t.* & hoc de iure commu-
ni. †Si vero est fabricans monetam Principis inferioris, vel ciui- 27
tatis de iure communi pœna capitis punitur, quæ importare po-
test mortem naturalem, amissionem libertatis, vel exilium; ideo
fit interpretatio in ea, quæ minor est. Alex. *d. consil.* 121. *in princ. lib.*
7. *& consil.* 104. *n.* 2. *ver. & quod falsificans, lib.* 1. vbi dicit* commu- *
nem, & quod ita Bononiæ Jo. Cremonensis iudicauit, vt dicit Jo.
Andr. *in c. quanto, de iureiur.* an. vbi loquitur Alex. etiam in Rege, &
Principe non recognoscentibus superiorem. †Crimen atrox, & 28
habes multa specialia est falsificatio monetæ, de qua plene Decia.
lib. 7. *cas.* 24. *p tot. tit. de atrocit. & singular. falsæ monetæ*, vbi plura vi-
deas. †Radens vero monetam, vel minuens, si aurea est, & radens 29
sit liber, bestiis subiicitur, si seruus, pœna mortis damnatur, & est
communis* opinio. Clar. *in §. falsum, nu.* 47. †Contrarium, quod 30*
imo radens, vel tondens monetam, siue argenteam, siue auream,
pœna mortis puniatur. Menoch. *d. casu* 316. *n.* 34. *& seq.* †Declara 31
tamen; qa radens, vel tondens monetam maioris ponderis, non
punitur secundum plures, quos citat Menoch. *d. casu* 316. *n.* 36. *&*
seq. licet ipse teneat contrarium, quia Principi fit iniuria, & læsio. 32
†Expendens vero falsam monetam, si quidem sunt plumbei, vel
stannei nummi, punitur pœna legis Corneliæ, si vero non appa-
rent plumbei, vel stannei, pœna extraordinaria. Alex. *consil.* 121. *n.*
3. *lib.* 7. ex mente Bart, & aliorum, & hanc comprobat Clarus *d §.*
falsum, in fin. reprobato Salyceto. †Contrarium Salyc. quod sem- 33
per pœna falsi ordinaria imponatur, *in l.* 2. *C. de fals. monet.*

Monitio vbi requiritur, sufficit generalis facta per constitutionem, & quando secus. Concl. 355.

SI† moneri debet hæres, vel exequutor ad implendum volun- 1
tatem defuncti, ad hoc, vt incurrat pœnam priuationis, vt ipse
exequatur, sufficit monitio facta trina vice, quia ad hoc, vt priua-
tio inducatur, trina monitio requiritur. Fed. de Sen. *consil.* 109. *in*
princ. allegat *c. inter quatuor, & c. fin. de Cler. non resid.* Vide, *Priuari ne-* ✠
mo potest, nisi, &c. Concl. 718. †Amplia, vt imo sufficiat constitutio 2
generalis disponens, quod omnes exequi debeant mentes testa-
torum; quia habet vim specialis monitionis. Lap. *alleg.* 88. *n.* 3. *ver.*
ista autem pœna, & idem tenet p plura Rom. *consil.* 228. *Pro plene, n.* 9.
in fin. cum seq. vbi apost. *in ver. sequitur*, allegat conc. & dicit* com- *
munem. †Declara; qa sufficit constitutio contra meros exequto- 3
tores, sed non contra exequutores, qui debent eligere, vel distri-
buere; quia nisi de eis fiat mentio, non comprehenduntur. Abb.
cons. 11. *Tria sunt, n.* 3. *& 4. lib.* 2. vbi, quod debent Episcopi esse cau-
ti, vt exprimant. Vide, *Exequutores testamentarii, &c. Concl.* 544. †Et ✠
clausula alioquin, q̃ consueuit poni in præceptis, & citationibus, 4
habet vim monitionis, *c. non potest, cum ibi not. de præb. in* 6. Lap. *alleg.*
117. *n.* 3. *circ. fin. ver. non obstat.* †Amplia, vt idem sit in constitutione 5
super residentia promulgata contra non residentes, vt p eam satis
dicantur moniti, nec requiratur alia monitio. Fed. de Sen. *consil.*
109. *Quæstio, in princ. ver. visis allegationibus, & n.* 2. † Amplia, etiam si 6
constitutio, q̃ pendet ab aliis præcedentibus, non haberet moni-
tionem, dummodo præcedentes habeant monitionem; qa præ-
sumitur facta repetitio, maxime in constitutione sup correctio-
ne morum. Fed. *d. consil.* 109. *per totum*, vbi de hoc. †Amplia; quia 7
vt Clericus delinquens possit tradi curiæ seculari, necesse est, q̃
fuerit ter monitus, alias non efficitur incorrigibilis, *c. cum non ab*
homine, de iudic. cum ibi not. Vide, *Clericus coram seculari, &c. Concl.* ✠
386. †Sufficit tamen generalis monitio per constitutionem Epi- 8
scopi publicatam. Boer. *dec.* 69. *n.* 13. *& seq.* dummodo contineat
sub pœna priuationis priuilegii. Clar. *in prax. §. fin. q.* 36. *n.* 20. *v. sed*

quid

9 *quid si facta*, vbi dicit *communem. †Limita, quando constitutio esset negatiua; quia pœna apposita in constitutione negatiua, puta *non residentes priuati sint*: tunc requiritur monitio; secus si constitutio, sit affirmatiua, pura, *omnes teneantur residere, & non residentes sint priuati*, quia tunc constitutio habet secum monitionem. Fed. de Sen. *d. consil.* 109. *circa fin. ver. sed recolendum, & n.* 3. Zab. *consil.* 132. qui simpliciter tenet, requiri monitionem in principio quando erat negatiua cum clausula, quæ subintelligitur, *nisi iustum habeant impedimentum*. Vide, *Monitio, seu monitorium, &c. Concl.* 357. Vide,

10 *Termino assignato si expirauit. Concl.* 72. †Contrarium videtur p plura, de quibus *in ver. Hæres non implens voluntatem defuncti quando priuetur. Concl.* 54. *ver. Limita, quia hæres, qui aliquid*, in prima restrictione. Vide, *Priuari nemo potest, nisi, &c. Concl.* 718.

Monitio, seu monitorium quid sit, & quando valeat, vel non, & quando reducatur, vel reuocetur. Concl. 356.

1 MONITIO †præceptum importat, *c. ignorantia.* 38. *dist.* Oldrad.
2 *consil.* 80. *Talia in fin.* †Amplia, vt è contra præceptum monitionem importet. Feder. de Sen. *consil.* 109. *n.* 2. *ver. præterea istud*, vbi *in ver. quis dubitat*, quod plus importat præceptum & prohibi-
3 tio, q̃ monitio. † Monitorium igitur est quoddam præceptum
4 pœnale, p quod monetur aliquis ad faciendum sub pœna. † Monitorium est nullum, & non potest confirmari, quando est fundatum super gratia, vel alia dispositione nulla. Anchar. *consil.* 297.
5 *Efficacibus. n.* 2. † Extende; quia est nullum ex defectu iurisdictionis eius, à quo emanauit. Anchar. *d. consil.* 297. *n.* 3. *ver. tertio dicitur*
6 *nullum*, vbi exprimit multas causas. †Amplia; qa à monitorio, & præcepto pœnali non est incipiendum. Anchar. *d. consil.* 297. *n.* 2. *ver. secundo dicitur nullum*, vbi, quod ab exequutione non est incipiendum, & quod ei non est parendum, & datur appellatio, vt *n.*
7 4. †Declara, nisi habeat clausulam, *& si quis senserit, &c.* quia resoluitur in vim simplicis citationis per comparitionem. Anch. *d. consil.* 297. *n.* 4. *ver. quinto dicitur*, vel nisi sit alternatiuum, quod faciat, vel doceat non teneri; quia valet. Jo de Imol. *consil.* 112. *in princ. &*
8 *num.* 4. †Restringe; quia monitorium non censetur resolutum in vim simplicis citationis per solam comparitionem, & oppositionem, quando est in exequutione sententiæ. Anchar. *d. consil.* 297. *n.*
9 10. †Idem, quando in exequutione gratiæ. Anch. *d. consi.* 297. *n.* 10.
10 †Item, si in remedio *l. fin. C. de edict. Diui Adrian.* quia non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem. Anch. *d. consil.* 297. *n.*
11 10. †Reducitur præceptum, vel monitorium ad viam iuris, vt habeat effectum simplicis citationis per comparitionem moniti, & præceptati, quando habet clausulam, *Si senseris*. Anch. *d. consil.* 297.
12 *nu.* 4. *ver. quinto dicitur*. †Extende, vt idem sit in alio præcepto sine clausula, quando est alternatiuum, quod faciat aliquid, vel doceat factum, aut non debere fieri; quia idem importat, quod clausula, & dicitur iustificatum, & per comparitionem resoluitur in vim
13 simplicis citationis. Joan. de Imol. *cons.* 112. *n* 3. *& seq.* †Reproduci debet loco libelli facta reductione per comparitionem, vt possit procedi, vel dandus libellus, seu petitio, & si datur loco libelli, facta iustificatione potest confirmari, seu reintegrari. Jo. de Imol. *d.*
14 *cons.* 112. *n.* 13. †Reintegrari non potest monitorium, vel confirmari, nisi sit iustificatum. Anch. *d. consi.* 297. *n.* 3. *v. & quarto, & si non sit.*

Monitio, seu monitorium requiritur multis casibus. Concl. 357.

1 MONITIO †requiritur ad probandam negatiuam, videlicet quod quis sit negligens in faciendo id, ad quod obligatur, quando à iure non est statutus terminus certus. Card. Zab. *consil.*
2 55. *In casu Domini, n.* 1. †Extende; qa vt inducatur priuatio contra non residentem, debet moneri primo, vt residеat, vel doceat de residentia, anteq̃ priuetur. Zab. *d. consil.* 55. *n.* 1. vbi, quod ante mo-
3 nitionem negatiua non probatur. †Etiam si adsit constitutio Synodalis, quod non residens per 15. dies sine iusto impedimento sit priuatus; quia debet moneri, anteq̃ priuetur, & amoueatur. Zab.
4 *consil.* 132. *in princ. ver. item præsupp.* †Extende; quia licet obtinens parochialem debeat intra annum promoueri ad Sacerdotium, alias priuatur, *c. licet canon, de elect. in* 6. secus si parochialis sit dignitas, *c. Statutum, de elect. in* 6. tamen, vt obtinens parochialem dignitatem, videl. collegiatam, priuetur, debet moneri prius, gl. *d. c. li-*
5 *cet canon, in ver canon.* †Declara; quia monitio requiritur quando constitutio est negatiua, quod non residentes priuentur; secus si est affirmatiua, puta omnes teneantur residere, & non residentes
6 priuentur. Feder. de Sen. *consil.* 109. *in fin.* †Amplia; quia vt statuto sit locus, quod possessiones Ecclesiæ, & Canonicorum possint locari per massarium, si Canonici sunt negligentes, debet præcedere monitio. Card. Zab. *d. consil.* 55. *in princ.* vbi casus. † Amplia; quia, vt quis incurrat pœnam caducitatis, puta propter negligentiam in reparando, debet prius moneri; quia delictum in omittendo leuius est. Roman. *in l. diuortio. §. si fundus. ff. solut. matr.* † Amplia; quia imo vbi requiritur monitio, prout in denunciatione, requiritur duplex monitio, & quando secus. Vide plene Socin. *in Regul. Monitio in denunciatione*, vbi limitat tribus modis, in quibus non est necessaria.

Monopolia sunt prohibita, & quid sit monopolium. Concl. 358.

DE † jure monopolia sunt prohibita, & ideo nemo potest alium quem prohibere, ne ipse talem artem exerceat, quam exercet prohibens, plene Rebuf. *in tr. de magistr. artificiorum, art.* 2. *gl. monica, f.* 521. vbi enumerat casus, ex quibus monopolium committitur, & ponit quinque pœnas. † Extende; quia habens hospitium non prohibet alium, ne possit similiter hospitium facere in-
Bald. *consil.* 464. *Quatuor sunt, n.* 3. *ver. quidam enim habent, lib.* 4. † Extende in artificio; quia cerdo non potest prohibere artem cerdonis alteri, nec miles prohibet artem militare. Bald. *d. consil.* 464. *n.* 5. *ver. sed si tu, lib.* 4. † Extende in molendino, & aliis artificiis. Bald. *d. consil.* 464. *n.* 6. *lib.* 4. † Amplia; quia statutum, q̃ omnes vadant ad molendinum domini, vel ad coquendum panem, dicitur continere monopolium. Socin. *consil.* 272. *Non prosequendo, n.* 6. *lib.* 6. sequitur Rebuff. *de magistr. artif. n.* 17. *f.* 521. † Limita, nisi quis habeat ex priuilegio Principis, vel ex consuetudine, prohibitiua in alios. Bald. *d. consil.* 464. *n.* 5. *ver. sed si tu, lib.* 4. † Limita; quia non est licitum aliquid ad æmulationem Principis, vel Reipubl. facere, prout in fortalitio. Vide, *Fortalitium quando, &c. Concl.* 426. † Limita; qa si officiatur alteri aliquid immittendo in opus, vel exercitium vicini, q̃ noceat, vel si aliquid naturale competens vicino auferatur, veluti si aqua tendens ad molendinum alterius auferatur, vel minuatur, tunc non est licitum; secus est, si inferatur damnum accidens; quia minus lucrabitur primus; quia istud non est in consideratione. Bald. *d. consil.* 464. *n.* 6. *lib.* 4. *& per tot.*

Mons Annatus est castrum Abbatis S. Saluatoris. Concl. 359.

MONS † Annatus est castrum sub iurisdictione Abbatis Sancti Saluatoris eiusdem loci, vt plene per Abbatem *cons. 6. in quæst quæ vertitur. lib.* 2. alias in ordine 115. vbi, quod communitas loci ex concordia gaudet certa portione pœnarum, & bonorum.

Mons Bodius, & eius statuta, consuetudines. & priuilegia. Concl. 360.

DOMINVS † loci Montis Bodii fuit receptus in colligationem factam inter Commune Anconæ, Ciuitatem Firmi, & Dominos Camerini, Fabriani, & Mathelicæ Ann. Domini 138. Angel. *consil.* 269. *Punctus est, Anno Domini.*

Mons Fanus, mons Luponus, mons Sanctus, mons Vlmi, castra olim confœderata simul. Concl. 361.

MONS † Fanus, Mons Luponus, Mons Sanctus, & Mons Ulmi erant diuersorum Dominorum, qui inuicem fecerunt ligam cum Communi Maceratæ, & habuerunt guerram cum Domino Camerini. Angel. *consil.* 376. *Nobiles viri*, vbi in fine, quod sunt de statu Ecclesiæ.

Mons Feretrus Sereniſſimi Ducis Vrbini. Concl. 362.

MARCHIONES † Montis Ferrotii appellat Alex. *consil.* 182. *Visoprocessu, in princ. lib.* 7. & reuera, ita ex asperitate loci sic debuit antiquitus appellari à ferocitate, hoc est, ab asperitate. † Hodie locum Montis Feretri appellant, quasi dulcius sit vocabulum, quasi Mons sagittarius, propter altitudinem, & fortitudinem sic mereatur appellari.

Mons Ferratus, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 363.

CONSTITVTIO † Marchionis Montis Ferrati disponit, q̃ instantia causarum duret p 6. menses in prima instantia, causa appellationis p 3. menses. Bald. *cons.* 20. *Decreto Illustris Domini, lib.* vbi, q̃ talis instantia subrogatur loco anni, & biennii ad instantiam appellationis concessorũ. † Guerrã habuit Marchio Montis Ferrati

tati cum Duce Sabaudiæ, vt per Oldrad. *consil.* 178. tandem fecerunt treugam, & compromiserunt pacem futuram in Ducem Mediolani, vt per Angel. *consil.* 367. *In quæstione vertente.* vbi, quod Dux Sabaudiæ occupauit Ciuitatem Montis Regalis, seu Montis Vici, & consulit pro restitutione & *consil.* 368. *Serenissimus Princeps*, consulit pro eodem Marchione, vbi ponit priuilegium con-
3 cessionis dictæ ciuitatis. † Et tandem Comes Sabaudiæ via belli, & sic per vim obtinuit recognitionem à Marchione prædicto, q̃ esset feudatarius Comitis, super nullitate recognitionis prædictæ consuluerunt Franc. Areti. *cons.* 14. maxime *n.* 15. Soci. Iun. *consil.* 77. *n.* 60. *& seq.* vbi, quod compromissum factũ fuit ad palliandum factum violentum. Gozadin. *cons.* 9. *nu.* 14. *& 68. ver. præterea.* vbi *n.* 15. dicit, quod Aretin. mutauit nomina Ducis Sabaudiæ ex industria. Bero. *cons.* 67. *n.* 37. *lib.* 1. Rol. à Val. *cons.* 2. *n.* 47. *cum seq. lib.* 1. Gozad. *cons.* 10. *n.* 48. vbi, quod neque ciuilis possessio translata
4 est quia erat penes Cæsarem. † Habet supremam authoritatem in territorio suo Marchio Montis Ferrati; quia est Vicarius Generalis Cæsaris; ideo potest indicere bellum. Angel. *cons.* 367. *n.* 4.
5 *& seq.* † Ciuitas Montis Regalis, seu Montis Vici est Imperialis, de qua est inuestitus Marchio Montis Ferrati in Vicariatum, vt per Angel. *cons.* 368. *per totum.* vbi, quod guerra inter Marchionẽ, & Principem Achaiæ super d. ciuitate occupata per Principem
6 Achaiæ Comitem Sabaudiæ fuit iniusta ex parte Principis. † Addetamen, quod alius Mons Ferratus est, qui dicitur Mons Feretus, & est Comitatus Ducatus Vrbini, & iste habuit guerram cũ
7 Com. Francis. Gabrielio, vt per Bald. *cons.* 147. Angel. *cons.* 373. Vide, *Vrbini Dux, & eius facta, &c. Cõcl.* 296. † Sancti Martini Burgus, & Villa, seu fortalitium fuit concessum in feudum à Marchione Montis Ferrati Domino Francisco Cani, & concessa sunt capitula hominibus d. Castri, de quibus Signor. *cons.* 130. *per tot.*

Montis Ferrati Marchiones, & eorum facta. Concluſ. 364.

1 MARCHIO † Montis Ferrati fuit recognitus in Dominum à Marchionibus Malaspinis, videlicet Thoma pro nonnullis Castris, quæ d. Marchio Malaspina in feudum retinebat à Duce, & Antianis Ianuæ, & dd. Dux, & Antiani consenserũt in dictam recognitionem, vt per Christophor. Castilli. *cons.* 10. *In*
2 *facto supponitur, quod.* † Et habet iura Cæsaris; ideo in eum, & eius consilarios cadit crimen læsæ maiestatis, vt videtur supponere
3 Castilio. *d. cons.* 10. *in fi. n.* 71. vbi secus dicit in Duce Ianuæ. † Dux Mediolani erat amicus Marchionis Montis Ferrati; quia Castilio. *cons.* 12. appellat Ducem Mediolani tanquam filium honorandum Marchionis, vbi in princ. recenset, quod Marchio ad instantiam Ducis concessit saluum conductum Iacobo Doriæ, & Iacobo Iustiniano conducendi sal ex Ianua ad Papiam, non obstante
4 bello, quod habebat Marchio cum Ianuensibus. † Guerram habuit cum Ianuensibus occasione Castri Taioli, quod Marchio abstulit de manibus Ianuensium mediantibus Theremo Adurno, & Bonifacio Adurno eius Capit. Castill. *d. cons.* 12. † Item cum Duce Bauariæ, qui Dux tandem pacem fecit, & Marchio eidem dedit nonnulla castra pro pace, & bello sedato per viam cõpromissi facti in Ducem Austriæ, & ipsum Ducẽ Bauariæ, super quo facto consuluit Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter. per tot.* vbi cõcludit, quod bellum erat iniustum, ex quo ambo recognoscunt Imperium, & quod alienatio est nulla, & non tenetur filius, qui non est hæres, obseruare alienationem factam à patre.

Mons Flaschonus, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl 365.

1 MONS † Flasconus est castrum, vt inquit Fed. de Sen. *cons.* 146. *in princ.* vbi, quod olim Rector patrimonii generalis ibi ad Parlamentum conuocabat ciuitates vicinas, & consuluit, quod
2 ciuitas Interamnensis non tenebatur comparere extra suum territorium. † Tempore tamen Abbatis Panormitani erat ciuitas, vt ipse narrat *cons.* 70. *De iure quæritur, in princip. lib.* 2. vbi, quod Papa concessit ciuitati Montis Flasconi castrum Castellonichi, quatemis sit, vel fuerit de territorio Viterbii, vel castri Bulsenæ; ideo nõ
3 valet concessio, si non fuit, nec est de territorio Viterbii, vel Bulsenæ; quia concessio est conditionalis. † Mons Falconus appellatur per Bal. *cons.* 496. incip. *Punctus quæstionis.* & est ciuitas noua se-
4 cundum eum, *lib.* 4. † Statutum nouum habet Mons Flasconi ciuitas, quod quilibet contrahens cum aliqua persona exempta, vel alio, qui non possit conueniri, teneatur soluere gabellam pro vtraque parte, tam pro se contrahente, quam pro eo, cum quo contraxit, quod statutum validum est etiam circa bona Ecclesiastica, & non dicitur contra libertatem Ecclesiarum; quia principalis intentio statuentium est, prospicere vtilitati propriæ, non autem officere Ecclesiis, licet in cõsequentiam Ecclesia damnum sentiat. Bald. *d. cons.* 496. *Punctus, quæst. lib.* 4. vbi, quod ita practicatur vbique.

Mons Marcianus, & Comites de dicta familia. Concluſ. 366.

VGVCCIO † Berandini, Bernardinus tanto Baldino, Rambertus Senocero, Simon, & Azo filii Lelli, Tubertinus & Bardonerius filii Lamberti, comites de Monte Marciano fuerunt inuestiti de castris pluribus, & Podio Aquilonis per Ludouicum Romanorum Imper. titulo donationis, & inuestitura fuit facta Vbaldino suo nomine, & aliorum prædictorũ, super qua Alex. *cons.* 24. *Ponderatis, lib.* 5. vbi, quod non valuit, nec præiudicat; quia per prius ab immemorabili possederant, & non constat de ratificatione, & recognoscebant ab Ecclesia Rom. vt *nu.* 17. & ego vidi recognitionẽ de ann. 1144. die 14. Maii, in qua Comites Podii Aquilonis, & castri Miliani recognoscunt ciuitatem Perusii quoad omnia, nisi in quibus Rom. Ecclesia contrarium præciperet. 1

Mons Politianus, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 367.

VETVS † statutum Montis Politiani excludit filias dotatas stantibus masculis, sed nõ statuta excludunt ad tempus, donec extabunt masculi, & illis cessantibus admittuntur fœminæ, & descendentes ex fœmina; quia est suspensa successio, non sublata. Rimin. Iun. *cons.* 249. *per tot. lib.* 3. maxime *n.* 21. vbi *n.* 26. *& seq.* dicit, quod statutum vetus abiit in desuetudinem, & attenditur nouum. † Item statutum, quod decedenti sine filiis succedant 2
consanguinei ex linea masculina, exclusa matre, & cognatis; scilicet per lineam maternam attinentibus, patruus non excludet sororem vtrinque coniunctam. Socin. Iun. *cons.* 30. *per tot. lib.* 1. 1

Mons Regalis, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 368.

MONS † Regalis est Ciuitas Archiepiscopalis, quæ fuit erecta 1
per Regem Guilielmum Siciliæ Regem in Archiepiscopatum, cui donauit ciuitatem, & terras illi suppositas, non cum mero, & mixto imperio, sed post donationem creat iurisdictionariũ cum mero, & mixto, &c. ideo Archiepiscopus habet iurisdictionem à Rege. Capic. *decis.* 137. *In causa iurisdictionis, circa fin. nu.* 14. *&* 15. vbi, an sit superior Papa, vel Rex quoad iurisdictionem, si allegatur suspectus Archiepiscopus.

Mons S. Mariæ, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 369.

EST † statutum in loco Montis S. Mariæ, quod filiæ fœminæ 1
non succedunt, donec supersunt masculi. Bald. *consil.* 131. *Circa prædicta. & consil.* 132. *Quanquam super hoc, lib.* 2. vbi, quod tale statutum operatur, quod filia non transmittit ius adeundi filiis suis, licet postea decedant masculi. † Item, quod defuncto sine filiis, 2
patruus excludat matrem, quod statutum non habet locum, si extat mater, patruus, & soror vtrinque coniuncta; quia statutum non loquitur hoc casu, ex quo soror, de qua non loquitur statutum, excludit patruum; ergo in casu omisso est locus iuri cõmuni. Dec. plene *cõs.* 71. *In casu ad me transmisso.* vbi casus. † Item, quod 3
ascendentib. non succedant fœminæ filiæ dotatæ, donec extent masculi, quod statutum intelligitur excludere ad tempus: ideo mortuis masculis succedunt fœminæ; item non dotatæ non excluduntur. Dec. *d. cons.* 71. *in princ.* † Plura esse loca Montis S. Mariæ credo; quia vnum est de districtu Recanati, quod dedit se in 4
obedientiam d. ciuitati ex conuentione; quia ciuitas concessit d. loco, quod habebat merum, & mixtum imperium, vt posset condere statuta, de quo meminit Abb. *consil.* 104. *Videtur primo. lib.* 2. vbi, quod potest creare Notarios, qui possunt exercere officium, non obstante statuto Recanati, quod nullus non matriculatus possit exercere in districtu officium notariatus.

Montium loca fructuosa, an licita. Concl. 370.

1 LOCA † montium Florentiæ, & Venetiarum, & Ianuæ, ex quibus soluitur certum quid pro 100. & loco, an licita, vel ne. Feder. de Sen. *cons.* 303. *Quæstio vertitur, per tot.* vbi latissime, quod cõpulsi mutuare excusantur, si recipiunt certum quid propter periculum; & quia non habuerunt animum deprauatum, sed mentes ab eis ex pecunia non possunt habere pecuniam, sed si esset à principio emptio, non mutuum, & non consisteret in pecunia, sed in dominio, vel in re habente dependent am à dominio, valeret, alias secus, vbi in fine, quod ab hæresi nõ abest, qui contrarium dicit, vide Alex. *cons.* 103. *Visis scriptis, n.* 9. *in fi. & nu.* 10. *ver. & prædicta fortificantur. lib.* 2. vbi vocat impræstita, & dicit, quod talia
* loca secundum magis * communem, aut sunt mutuum, aut emptio; si mutuum, est vsura; si emptio, secus, & ibi plures in confuso allegat, & idem facit Ias. *in l.* 1. *in* 1. *lect. n.* 61. *ver. tertio quæro, quid de*
2 *pecunia. C. de summ. Trinit.* † Quod fructus sint liciti, Ias. *in* 2. *lect. d. l.*
25 *est.lib.*4. qui loquitur in eo, qui propter penuriam nõ soluit; quia excusatur, si non sunt nati fructus. Vide, *Impedimentum. Concl.*29.
†Extende; quia tempestates, & pluuiæ longiores, excusant mo-
26 rosum à pœna; & idem, quando pluuiæ sunt insolitæ. Bald. *d.cons.*
*273.n.*3.*&* 4.*lib.*4.†Extende; quia mora non potest esse inducta, si
27 difficultas impediui venditorem. *l.Datio.§.si per venditorem.ff.de ac-*
tio.empt.†Declarat Castr. *cons.*456.*Ecclesia Seruorum, col.*2.*ver.sed in*
28 *non obstantibus.lib.*2. vbi, quod licet difficultas soluendi non excuset à mora, quæ prouenit ex negligentia, bene excusat à pœna, quam incurrit non ex sola negligentia, sex ex dolo; quia quælibet iusta causa excusat à dolo. † Amplia; quia contra pupillum
29 non datur mora; quia quatenus detur, competit restitutio in integrum etiam respectu interesse. Bald. *cons.*86. *Punctus, Angelus Pe-*
tri, circa med.ver.primo casu. vbi, quod pupillus non potest contrahere moram. *lib.*2. Castr. *cons.*457. *Iste Dominus, circa med.lib.*2. †Vi-
30 de Ruin. *cons.*63.*in fi.lib.*5. vbi, quod si in contractu interuenit decretũ, potest minor cõstitui in mora sine alia solemnitate. † Amplia; quia vbi ius dat dilationem, non introducitur mora. Decia.
31 *cons.*11.*n.*26.*lib.*2. †Extende; quia donec durat tantum tempus de termino assignato, quod potest actus terminatus expediri, non dicitur morosus, prout in matre, quæ habet annum ad perendum filio tutorem, ne priuetur successione, & in curato, qui habet annum ad suscipiendum presbyteratum. Castr. *cons.*147. *Pos-*
32 *positus, lib.*1.*in princ.* †Amplia; quia mora non habet locum, neque
33 pœna contra eum, qui nescit obligationem, neque scire tenetur; ideo ad hoc, vt is, qui non scit obligationem, incidat in pœnam, vel moram, requiritur certioratio. Bald. *cons.*461. *Super primo, in fi.*
34 *ver.super* 4.*lib.*2.†Extende; quia imo debet sibi instrumentũ credi-
35 ti ostendi, & copia dari. Bar. *in l.non solum.§.morte.nu.*47.*ff.de nou.a-*
per.nunc. vbi late Alexand. *in repet.n.*408. Alex. *cons.*18.*num.*4.*lib.*7.
Rom. *cons.*204.*n.*12. Ias. *in l.quod te.n.*35.*ff.si cert.pet.* †Amplia; quia
36 debitor obligatus portare pecunias ad domum creditoris, alias incurrit pœnam, non efficitur morosus, quando creditor esset in mora faciendi quietantiam de aliis solutis; quia cum sit ipse morosus, excusatur incursus moræ eius, qui expectat purgationem
37 præcedentis moræ creditoris. Bald. *consil.*148.*Si creditor tenebatur,*
*lib.*3.†Amplia; quia non potest constitui in mora is, qui condẽna-
38 tur ab aliquo carente iurisdictione, ita Alexan. *in l.quod te.num.*9.
*ff.si cert.pet.*et Ruin. *cons.*221.*n.*3.*lib.*1. Socin. Iun. *cons.*104.*nu.*8.*lib.*3.
†Amplia; quia morosus non constituit in mora alium per inter-
39 pellationem. Cephal. *consil.*407.*num.*11.*& sequen.lib.*3. plenius *con-*
*sil.*610.*num.*51.*lib.*4. allegat Socin. *cons.fin.lib.*3. Alexand. *cons.*51.*Viso*
*themate, n.*4.*lib.*6. † Extende; quia morosus non potest prætende-
40 re alium esse morosum, prout emptor, qui non soluit pretium die promissa, non potest allegare mora venditoris, si rem non dedit eadem die promissa. Alex. *cons.*49.*col.*2.*lib.*2. Cruet. *consil.*151.
*num.*10.

num. 10. vbi, quod is, qui vult agere debet prius implere: quia mo-
* ra cum mora cõpensatur. *l. ex hoc, §. sed si stipulator*, vbi omnes* *ff. de*
38 *eo, per quem factum erit.* † Restringe; quia si est emptor, qui rem, & pretium habuit, tenetur nihilominus ad interesse. Alex. *cons. 31. in fi. n. 18. lib. 6.* †Restringe; quia non habet locum, quãdo adest dies
39 certa contra morosum, & contra alium agentem, qui non impleuit, non adest dies certa. Dec. *cons. 452. Visa instructione, col. 2. nu. 10.*
40 †Limita; quia si ante existentiã conditionis alter contrahens deducat rem ad impossibile, nihilominus incidit in moram. Bald. *cons. 112. Præmisso quod in decreto, in princ. ver. & ad primum. lib. 3.* q. est subscriptũ ab 11. Doct. vbi, quod obligatus vendere Titio, si Titius obtineat licentiam intra certum terminum, si durãte termino alteri vendat, committit moram, etiam si Titius licentiã non
41 obtinuit. †Amplia; quia is, qui ignorat, non potest cõstitui in mora, nisi interpelletur. Bartol. *in l. si duo. §. prætor ait. ff. de constit. pecun.*
42 Dec. *cons. 317. n. 11.* supra *n. 32.* †Amplia; quia hæres grauatus restituere sub cõditione non est in mora, quando fideicommissarius non acceptauit fideicommissum, & nihil petiit; quia non tenetur hæres grauatus esse procurator fideicommissarii: ideo fructus nõ tenetur restituere, quos percipit, antequam fideicommissum petatur. Bald. *cons. 291. Licet de multis. nu. 4. ver. quarto est sciendum, vsque*
43 *in fi. lib. 5.* †Amplia; quia moram non incurrit is, qui iusto impedimento detinetur; quia impedimẽtum iustum superueniens, putatenus sententia iudicis, iussus contrarius superioris, nedum excusat à mora, sed etiam incursum tollit, ex quo omnino impedimentum
44 exeat. Soci. *cons. 170. nu. 11. ver. sed contra hoc fundamentum. lib. 2.* † Extende in eo, qui impeditur propter bellum, vel iustum impedimentum redimere in termino præfixo; quia redimit post terminum; quia sibi non potest imputari. Roma. *cons. 435. In præsenti, per*
45 *tot.* vbi apost. †Extende: quia non est in mora, qui morbo incurabili medelam non adhibet, qui rei omnino perituræ non obuiat.
46 Socin. *d. cons. 170. nu. 11. lib. 2.* †Restringe, nisi obligatio esset dandi
47 in genere, & mora esset irregularis. Rom. *d. cons. 435.* † Restringe, nisi culpa morosi prædicta eueniant, puta quia non comparuit, ostumax fuit, ita, quod culpa adscribatur eidem. Soci. *d. cons. 170.*
48 *nu. ver. sed ad hoc fundamentum. lib. 2.* † Amplia, etiam si mulier agat addotem contra filios, quorum fuit ipsa tutrix, & est debitrix ex administratione, vel quia non fecit inuentarium; quia non currit mora contra hæredes, vt debeantur fructus pro summa, quã ipsa
49 debet. Fulg. *cons. 196. & 201.* vbi latissime, q. mora nõ potest introducì eo casu, sed intrat cõpensatio. † Amplia; quia is, qui primo debet implere, si non implet, nõ potest opponere exceptionem non implementi, & sic inducere moram in alio. Soc. *cons. fin. ver.*
non obstat. lib. 3. Ruin. *cons. 46. n. 8. & 9. lib. 5.* Anguissol. *cõs. 105. n. 156.*
50 Bero. *cons. 200. in fi. & cons. 136. nu. 7. lib. 2.* † Amplia; quia is, cui non impletur cõpromissum, vel transactio, non incurrit morã, si ipse quoq; non implet; ideo si ex laudo duo fratres sunt condemnati
ad dandum vnus alteri, & è conuerso, moram non incurrit minor non implens; quia sibi non impletur; quia æquitas non patitur hoc; ideo iusta causa excusat à mora. Zabar. *d. cons. 148. nu. 2. ver.*
item purgatio. Vide, *Pœna adiecta facto debetur. Conclus. 250.* † Amplia;
51 si qua qi debitum non est liquidum, debitor liberatur ab omni q. mora interpellatus per oblationem. † Et qualiter oblatio debiti non liquidi fiat, Bald. *in l. si residuum. C. de distract. pignor.* Angel. *in l. pæn. §. si quis paratus. ff. de nou. oper. nunciat.* Alex. *cons. 24. lib. 4. & in l.*
52 *4. & 8. ff. de re iudic.* Vide, *Oblatio debiti. Conclus. 20.* † Amplia;
53 qua vbi non est liquidum, sed dubiũ debitum, cessat mora, plene Crau. *cons. 841. nu. 6.* vbi, q. iusta causa, & iusta dubitatio excusat à morã, & pœna; & quia in re incerta mora non committitur ante liquidationem. Crauet. *cons. 89. Nobilis Antonius, n. 1. & cons. 609. n.*
54 *16.* Pet. Surd. *cons. 38. n. 12.* vbi si debet fieri mensuratio, nõ soluens ante mensuram non est in mora. Ias. *in l. quod te. nu. 9. ff. si cert. pet. at.* vbi, quod procedit, nisi fiat declaratio per iudicem super debito non liquido, plene Afflict. *decis. 205.* vbi Vrsil. declarat, qñ sit liquidum, vel non. Alex. *cons. 49. Inspectis, n. 3. ver. præsertim. li. 2.* Bauerius
55 *in tract. de mora, in 3. p. n. 18.* Bald. *in l. accepta, in n. 11. in 6. opposit. C. de v-*
sur. & ibi gloss. *in ver. vsuras.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 19. n. 1.* †Extende; quia quando debitum non est liquidum, non potest constitui debitor in mora, etiam per interpellationem, *l. in fideicom-*
56 *miss. ff. de vsur.* Bald. *in d. l. accepta, in 6. oppos. C. de vsur.* facit tex. *in l. 2.*
57 *Cod. de vsur. & fruct. leg. at.* † Imo etiam si pars debiti esset liquida, & pars non, si reus præstat fideiussorem, non incurrit moram. Bald.
58 *in l. si residuum. C. de distract. pignor.* †Et quod in liquidandis non cõmittatur mora, antequam fit liquidatum per iudicem. Afflict. *de-*
cis. 205. allegat Alex. *cons. 49. col. 1. lib. 2.* † Extende; quia iusta causa litigandi excusat à mora, ne interesse debeatur vsque ad litẽ contestatam. Crauet. *cons. 789. n. 4. & cons. 837. n. 17.* †Extende; quia si
ius est dubium, quis moram non committit. Cephal. *cons. 407. n.*
34. lib. 3. †Extende; quia imo in dubio mora non præsumitur; quia
59 neq; delictum, vel dolus, quibus æquiparatur. Crauet. *cons. 609.*
60 *n. 9.* † Extende idem, quando ex parte interpellantis aliquid est implendum, & non implet, neque offert. Rom. *cons. 204. nu. 9. &*
61 *seq.* † Extende, vt procedat etiam ex parte debitoris prout in hærede cum beneficio inuentarii; quia antequam constet, an hæreditas sit soluendo, mora non causat interesse; quia non constat, quod sit soluendum, vel quantum, etiam stante interpellatione
Socin. *cons. 109. col. 3. ad fin. ver. confirmatur hæc pars. lib. 1.* Dec. *consil. 2.*
62 *col. 3. in fi. ver. secundo quantum ad alios.* Crau. *cons. 89. n. 5.* †Extende, vt procedat, etiam si sit debitum liquidum, si petatur plus debito; quia non incurritur mora; quia habet iustam causam litigandi. Dec. *in l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur.* sequitur Vrsill. *in addit.*
63 *ad Afflict. decis. 205. in princ.* † Extende in fructibus non liquidatis; quia debitor non potest constitui in mora ante liquidationem; ideo non tenetur ad rationem quanti plurimi tanquam morosus. Bald. *in l. in fideicommissi. §. si vero*, per illum tex. *ff. de vsur. & in l. ac-*
ceptam, in 6. oppos. C. eod. Alex. *cons. 49. Inspectis, num. 3. lib. 2.* quos refert
Afflict. *decis. 205. Quidam clericus.* & ratio potest esse; quia quandiu fructus sunt illiquidi, potest semper reus excipere de non liquidatione contra agentem; vnde cum habeat exceptionem, in mora dici non potest. *l. lecta. §. sed cum sortis. ff. si cer. pet.* Dec. *cons. 2. n. 6. &*
cons. 6. Et diligenter, col. 2. Socin. *cons. 107. col. 4. lib. 2.* vbi loquitur de
64 debito illiquido. Crauet. *cons. 89. n. 5.* †Restringe in dote promissa marito, qui substituit onera matrimonii; quia in tantum debetur interesse marito, tanquam damnum emergens, vt etiam si non adsit mora, & dos sit incerta, vt quia remissa in arbitrium alterius, tñ debetur interesse. Surd. *cons. 290. nu. 31. lib. 2.* allegat Nat.
65 *cons. 495. n. 2.* †Restringe: quia licet debens aliquid non liquidum non incurrat moram, & pœnam; tamen si vellet agere, vt aliquid consequatur, tenetur fideiubere. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 19.*
66 *n. 3.* †Restringe tamen; quia si debitor est debitor in parte, vel scit debere aliquid, debet offerre, alias totum negando esset in mora. Vrsill. *d. decis. Afflict. 205. n. 4. & seq.* †Restringe; quia non desinit es-
67 se liquidum debitum, si contineat certam quantitatem, licet adsit clausula, *saluo calculo.* Vrsill. *d. addit. ad Afflict. decis. 205. nu. 7. & seq.*
68 †Declara; quia licet ante liquidationem hæreditaris debentis non causetur mora, si tamen fiat interpellatio, & probetur interesse, debetur creditori ab euentu pro rata, pro qua reperitur hæreditas esse soluendo, ita declarat Crauett. *d. consil. 89. numer. 5.*
69 †Amplia; quia vbicunque interpellatus offert se paratum facere, quicquid de iure tenetur, dummodo certior fiat. Crauet. *cons.*
70 *609. num. 11. & sequen.* vbi late. †Amplia, quando solutio facienda esset extra domicilium creditoris; quia nisi ostendat, quod die destinata ad solutionem fuerit in loco solutionis, debitor non est in mora. *l. arbiter. qui Kal. ff. de ver. oblig.* Batt. *in l. item verba illa. ff. de*
constit. pecun. ver. eadem ratione. vbi, quod si actor non probat, obligatio remanet, ac si esset sine die, & ideo requiritur interpella-
71 tio. Afflict. *decis. 316. Galeottus. num. 2. ver. in contrarium.* † Et talis interpellatio debet habere specificationem diei, & loci receptionis faciendæ. Bart. *in l. cum filius. §. fi. ff. de ver. oblig.* Alexand. *cons. 90.*
72 *circa fin. lib. 5.* †Restringe; quia bene procedit in iis, in quibus præsentia creditoris est necessaria, & sine eo fieri non potest, alias secus. Aretin. *cons. 161. Verum est, nu. 1.* Bauer. *in tract. de mora, in 3. p. nu.*
73 *20.* vbi, quod ita debet intelligi Bartol. *in l. si reus, in fi. ff. de proc.* †Extende; quia si sunt diuersi fori, debet creditor ire ad domum debitoris, & ostendere mandatum, alias secus. Afflict. *decis. 316. num.*
3. Ias. *in l. si ex legati, num. 14. ff. de ver. oblig.* Cagnol. *in l. vinum. nu. 43. ff.*
74 *si cer. pet.* † Restringe secus esse, quando debitor vellet acquirere; quia aliud est, quod excusetur à pœna, & mora, aliud, quod capiat lucrum, & acquirat ius de nouo. Bald. *in cap. licet, in 1. not. ab. si de*
feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat. Ruin. *cons. 151. Quia proponi-*
75 *tur. num. 5. lib. 1.* †Amplia; quia mora non incurritur, dum solutionis dies durat, & non venit. Crauett. *consil. 912. num. 2. & num. 9.*
76 †Extende; quia non debetur interesse etiam conuentum durante dilatione. Crauet. *cons. 189. n. 7. ver. & ista opinio. & ver. quartus ca-*
77 *sus*, vbi late. † Contrarium Ias. *in l. lecta. numer. 13. ff. si cert. pet. at.* vbi declarat procedere, si prorogatio, vel dilatio fiat ante moram incursam; secus si post. † Amplia; quia si aliquid est fa-
78 ciendum ante solutionem, prout mensura, traditio rei, vel quid simile, etiam si venerit dies solutionis, non contrahitur mora non impleto, quod debet præcedere solutionem. Surd. *consil. 38. num. 13. & sequen.* † Amplia; quia mora non in-
79 curritur per interpellationem factam à persona, quæ non habet mandatum. Roman. *consil. 204. in fin.* & est ratio; quia in extraiudicialibus non debet reus excipere de mandato, sed

actor illud exhibere. Bald. *in rubr. C. mand.* & q̃ non habens mandatum non constituat in mora. Bart. *in l. si quis inficiatus*, per illum text. *ff. depos.* & *in l. non solum. §. morte. ver. sed an gestor. ff. de nou. oper.*
80 *nunciat.* Afflict. *dec. 316. n. 3.* † Extende, vt procedat, etiam si reuera haberet mandatum; quia nisi producat, & ostendat tempore interpellationis; non constituit in mora. Bald. *cons. 27. Istæ rationes.*
81 *lib. 2.* † Amplia; quia si creditor petit plus debito à debitore potest negare totum, & non dicitur in mora. *l. qui solidum.* vbi Doctor. *ff. de leg. 2.* & *in l. in fideicommissis, in princip. ff. de vsur.* late Guido Pap. *de-*
82 *cis. 496. Si fideicommissarius*, & Capel. Tholos. *q. 208. Itẽ petita.* † Declara tamen; quia tutius est offerre partem debitam ad tollendas disputationes.

Mora an possit purgari, vel non, est materia brocardica, & quod non possit purgari, quando res non integra, & quando secus. Concl 377.

1 MORA ſan possit purgari, vel non, materia est brocardica, vt possit, vel non re integra. Gemin. *cõs. 23. n. 4. ver. an hodie.* vbi
2 distinguit sic. † Et non potest certa etiã regula dari, an mo-
3 ra sit commissa, vel non. Decian. *cons. 84. n. 33. lib. 2.* † Et intra quantum tempus possit purgari, relatiue Rom. *cons. 103. Viso propositæ. n. 3. vers. quo ad secundum*, plenius Alex. *cons. 14. Viso. & considerato. nu. 4. ver. præterea. lib. 2.* vbi, quod est modicum tempus arbitrio iudicis repositum considerata qualitate facti, & *cons. 9. Attentis, in fi. lib. 7.* vbi, quod est arbitrio iudicis, sed nullus arbitraretur, quod 11.
4 menses sit modicum tempus. † Regula est, quod mora non potest purgari, quando ipso iure est à lege imposita. Gemin. *consil. 23.*
☞ *circa fi. ver. si non est permissa.* Rom. *cons. 427. n. 8. ver. tertio quia.* Vide
* infra *Conclus. 379.* vbi, quod est communis *opinio, tu videas omnino Tiraq. de mora plenissime tractantem, & distinguentem omnes casus, qui important ipso iure, vel non, *in l. si vn quam, ver. reuertatur, n. 20. & seq. C. de reuoc. don. at.* vbi *n. 142. & seq.* plenissime innumerabiles citat. Castr. *cõs. 228. Queritur primo. n. 2. ver. secũdo quia, lib. 2.* q̃ est Romani *cons. 352. n. 6.* Ang. Aret. *cons. 76. In his. nu. 36. ver.*
☞ *sed quoties pœna.* Vide plenius, *Mora purgari. Concl. 379. in princ.* † Di-
5 citur autẽ ipso iure imposita pœna, si lex vtitur verbo, *eo ipso*, vel
6 *ipso facto*, vel *ipso iure*; quia tunc dicitur canon latæ sententiæ. Ro-
7 man. *cons. 427. n. 4. & n. 9.* vbi apostil. *in ver. continere.* † Idem, si dicat, priuatus, intelligatur. Ang. Aret. *cons. 76. n. 35. in si. cum seq. ver. & est*
* *aduertendum.* † Extẽde; quia vbi pœna imponitur caducitatis hæreditatis prohibitæ alienari in codicillis, alias applicetur loco pio, si contrauentum est, nõ est locus purgationi moræ; quia dominium transit in causam piam, & Ecclesiam ipso iure, & sic dici-
* tur facta exequutio secundum magis cõmunes * conclusiones, vt
8 dicit Alex. *cons. 57. Prospectis, in fin. lib. 2.* vbi citat plurimos. † Extende; quia vbi lex, vel statutum mandat, quod si cõdemnatus in pecunia pro delicto, nisi soluerit intra certum terminum, amputetur ei manus; quia ipso iure incurritur mora, & non potest purgari isto casu; secus in ciuilibus. Alex. *cons. 24. Inspecto processu. n. 7. &*
9 *8. ver. tertio corroborantur. lib. 4.* † Amplia; quia post litem contestatam non potest purgari mora. Areti. *cons. 137. n. 2.* Ang. Aret. *cons. 9.*
10 *Videtur primo, n. 16. ver. tamen debuit moram purgare.* † Amplia; quia vbi propter maleficium momentaneum commissum commissa est pœna, non datur purgatio moræ. Alex. *d. cons. 57. Perspectis, in fi.*
11 *n. 11. lib. 2.* † Amplia, vt procedat, quod mora purgari non potest, etiam si pœna non esset ipso iure imposita, quando apponeretur certum tempus ad finiendum, & deuoluendum potestatem in alium; quia etiam re integra non datur purgatio moræ. Gemin. *dict. cons. 23. circa fi. ver. si non est imposita.* Roman. *cons. 427. num. 6. ver. quinimo*, vbi apostil. allegat Rip. in *l. si insulam. num. 84. ff. de ver. oblig.*
12 † Extende; quia contra terminum legis præfixum, vt quis nõ possit agere, sed ius deuoluatur, vel acquiratur alteri, non datur purgatio moræ. Crauet. *cons. 166. n. 15.* allegat Alex. *cons. 133. in fin. lib. 6.* quia permittendo labi tẽpus censetur renunciasse iuri suo. Cal-
13 can. *cons. 16. col. 10.* † Extende; quia quando alicui præfigitur terminus, puta anni ad soluendum id, quod est positum in conditione, vt acquirat, vel recuperet perditum, nunquam lapso termino admittitur ad purgandum moram. Castr. *cons. 38. in princ. lib.*
14 *2.* † Extende, quando in testamento aliquis substituitur hæredi priuato, si intra certum tempus non fecerit inuentarium, vel non impleuerit iussum testatoris; quia non admittitur purgatio moræ in præiudicium eius, ad quem hæreditas est deuoluta. Castren.
15 *cons. 292. Circa primum. num. 5. ver. super quarto. lib. 2.* † Extende; quia nunquid admittitur purgatio moræ, quando ex dispositione testatoris data est authoritas alicui aliquid faciendi sub generalitate, puta, quod exequutor soluat omnibus venientibus intra duos menses ad petendum creditum, vel vsuras; quia venientes post duos menses etiam re integra, non possunt purgare moram; quia non sunt illi, de quibus testator sensit, & permissum ad tempus censetur prohibitum post tempus. Castren. *cons. 436. Ad primum, in princ. lib. 2.* † Declara tamen; quia secundum Castren. *d. cons. 436. in fi. princ. lib. 2.* non procederet extensio, si personæ essent certæ, & res integra; quia ex quo ius nõ est effectum deterius, daretur purgatio moræ, sed adhuc dubito per præmissa, ex quo limitata facultas, & deuolutio fit ad alium, puta iudicem ordinarium. † Ra- 17
tio est; quia in præiudicium illius, ad quem est deuoluta potestas, non potest fieri purgatio. Gemin. *d. cons. 23. in fi. ver. ratio est.* † De- 18
clara, nisi essemus in emphyteusi, vel alio actu requirente declarationem Domini; quia ante declarationem per solutionem purgatur. Cephal. *cons. 25. n. 25. & seq.* vbi late alios allegat. Dec. late *cõ-*
sil. 138. n. 5. & seq. Burſat. *cons. 26. in fi.* † Amplia; quia vbi appositus est 19
dies, & pœna ab homine, non purgatur mora, per Salyc. *in l. ma-*
gnam. C. de contrahen. & commit. stipul. secus in pœna legali, vt in *eo-*
tuit. locati. & rationẽ differentiæ ponit Salycet. vbi sup. Castr. *consil.*
228. Queritur primo. n. 2. ver. quo ad secundum. lib. 2. Vide, *Dies interpel-* 20
lat pro homine. Concl. 408. † Restringe, quando dies est tacita à lege, 20
& pœna ab homine, vel e contra; quia tunc mora purgatur. Ial. in
l. si insulam. n. 16. ver. quinto ergo. ff. de ver. oblig. Zabarel. *cons. 148. versic.*
item licet, nu. 2. † Contrarium Castr. *in l. quæro. §. inter locatorem. ff. de* 21
locat. Bald. *in l. eadem.* vbi Salyc. *C. locati.* Alex. *cons. 10 5. n. 12. lib. 3.* vbi,
quod conductor non potest purgare moram, si non soluit affectus in termino conuento, quin sit locus pœnæ legali, vt possit
expelli. † Amplia; quia mater transiens ad secunda vota, non pe- 22
tito tutore filio, ita priuatur tutela, & successione filii, vt non pos-
sit mora purgari, si decedat in pupillari. Bal. *consil. 92. Punctus talis,*
circa princ. ver. & ideo veritas. lib. 4. † Restringe; quia bene potest pur- 23
gari mora, quoad tutelam per matrem, quæ non petit tutorem
intra annum filio; quia licet quoad hæreditatem, qua priuata fuit,
mora purgari non possit; quia ipso iure priuata est, tamen potest
petere tutorem etiam post annum; quia hoc non est prohibitum.
Bald. *d. cons. 92. circa princ. ver. & ideo. lib. 4.* † Amplia; quia vbicun- 24
que est dies, & pœna conuentionalis in obligationibus dandi, & faciendi, mora semel commissa non potest purgari. Bald. *cons. 88.*
In hac materia, in fin. lib. 4. † Restringe in stipulationibus, vel con- 25
uentionibus prætoriis, & iudicialibus. Ial. *d. l. si insulam. nu. 17. ff. de*
ver. oblig. † Amplia in alimentis non præstitis, quia, qui tenetur 26
præstare alimenta donanti, qui donauit, vt alimentaretur, & diu
non fuerunt præstita, non datur purgatio moræ; quia non potest
ex oblatione res reduci in pristinum, ex quo donans interim, fi-
me laborauit. Bald. *cons. 250. Si tibi dedi, lib. 3. in fin.* † Amplia; quia, 27
quando dies, & pœna sunt geminatæ appositæ, maxime, quando
tempus datum in secunda dispositione est ad purgandã moram,
non purgatur. *Pedem. dec. 71. nu. 7. & n. 63.* declarat procedere in
termino dato à lege, secus si à iudice, vel prætore. † Amplia; quia 28
mora non potest purgari, vbicunque interuenit vnum de tribus,
quod intercesserit longum tempus in mora, vel quod morosus
litem passus sit contestari, vel quod non possit succurrir interesse
moram patientis. Bald. *cons. 250. lib. 3.* † Amplia; quia contraue- 29
niens laudo incurrit moram, si interpellatus non implet, in tan-
tum, quod non admittitur purgatio moræ, etiam si offerat, vel
deponat contenta in laudo post moram incursam etiam cum in-
teresse; quia de iure ciuili non admittitur purgatio. Bald. *cõs. 207.*
Factum, super quo petitur. lib. 5. † Extende; quia si esset promissum 30
soluere in mense Iunii scuta 50. & in mense Septembris scuta 50.
sub pœna nullitatis transactionis, si non sunt soluta 50. primi ter-
mini, non potest mora purgari, etiam si in vltimo termino velit
soluere centum. Cuman. *cons. 197. Facta fuit, ver. ad secundum nu. 3.*
qui dicit procedere, etiam si dictum sit, si non soluerit in termi-
nis prædictis. † Extende; quia mora dicitur commissa ex toto, li- 31
cet in vno termino sit solum omissum; quia pactum ingrediendi,
vel regrediendi est indiuiduum. Cuma. *d. cons. 179. in fin. ver. ad ter-*
tium. † Restringe septem modis, de quibus per Ial. *in l. si insulam. n.*
23. ff. de ver. oblig. † Amplia; quia is, qui promisit facere ratificari ab 32
aliquo contractum intra certum tempus, lapso tempore incurrit
pœnam promissam, nec admittitur purgatio moræ. Vide, *Pœna*
adiecta facto debetur, & quando secus. Concl. 250. † Contrarium tenet 33
Socin. *cons. 253. In causa Domini. n. 12. ver. sed premissis. lib. 2.* vbi, quod
pœna stipulationis rem ratam haberi communiter operatur, in-
teresse, ideo purgatur, si interesse soluitur. Vide, *Pœna quando exer-*
dat interesse, & peti possit. Concl. 246. † Declara, vt plene Castr. *consil.*
95. Considerandum est, lib. 1. vbi in promissione de rato circa cõpro-
missum; quia non committitur pœna, nisi tres interueniant tacite conditiones; prima est, quod sequatur laudum. secunda, quod pro-

proferatur ad fauorem eius, cui facta est promissio de rato; quia
36 sua non interesset; tertio, quod laudum latum sit validum. † Re-
stringe, quando dies esset incerta, puta quando erit ætatis legiti-
mæ, ratificabit; quia mora potest purgari; quia videtur probabi-
37 lis error. Soc. *cons.253.num.12.ver.nec videbatur.lib.2.* †Restringe, qñ
non interest eius, qui impedit moram purgari; quia semper pur-
38 gatur. Soc. *d.cõs.253.n.12.ver.minusque videtur,lib.2.* †Et procedit re-
strictio, etiam si interuenit factum iudicis; nam habens optionẽ,
si iudex præfigat terminum ad optandum, & non optet, perdit a-
ctionem; tamen post terminum eliget, si hæres debitor damnum
39 non patitur. Abb. *cons.93.Duo sunt.n.2.ver.secũdo videtur,lib.1.* †De-
clara vltimam restrictionem, vt procedat, qñ non offenditur ille,
cui facta est promissio, nec ille, qui personam eius repræsentat;
secus si offenditur ille, vel eius hæres; quia pœna exigitur, etiam
40 si non interfit. Soci. *d.cons.253.n.12.ver.minusque videtur,lib.2.* †Am-
plia; quia, vbicunque dispositio est conditionalis, non datur pur-
gatio moræ, saltem, qñ conditio consistit in dando. Alex. *consil.9.*
41 *Attentis verbis, in fi.lib.7.* †Amplia; quia, vbicunq; adest pactum re-
soluium contractus, mora non potest purgari etiã de iure Ca-
nonico; quia deficit consensus. Put. *decis.66.in transactione,lib.3.*
42 Grat. *cons.93.n.7.2.lib.1.* Gabriel. *de transact.concl.1.n.24.* † Contra-
rium, quod semper purgetur mora. Loffred. *cons.41.* quem citat,
43 & sequitur Vrsil. ad *decis. Afflict.174.num.3.* †Declara; quia in iis, in
quibus vltra pœnam, & resolutionem requiritur declaratio Do-
mini, prout in emphyteusi, non fit resolutio ante declarationem,
& quandocunq; soluitur ante declarationem Domini, purgatur
mora. Afflict. *decis.174.* late Cephal. *cons.25.nu.26.& sequ.* Dec. *cons.*
44 *138.n.5.vir.& ideo ij præmissis.* † Declara; quia procedit ampliatio,
qñ lex facit exequutionem ipso iure, alias secus. Alex. *in l.si insulã,*
in 16.fallent.n.43.ff.de verb.oblig. vbi, quod ita intelligit ibi Bart. *in 4.*
45 *quæst.nu.19.* †Declara; quia procedit ampliatio in contractu inter
partes ex voluntate, nõ in præcepto iudicis, vt per Iacob. de Nig.
46 *dd.si insulam.ff.de verb.oblig.n.124.ver.sed ego requiro.* † Extende, etiã
si resolutio veniat tacite à lege, vt quia certo tẽpore præfixo par-
tes conuenerunt; quia videntur negare lapso tẽpore. Ias. *in l.si ita*
47 *quis.§.Seia.n.9.& seq.ff.de verb.obligat.* † Amplia; quia, vbi est dies, &
pœna, non admittitur purgatio moræ. Bald. *cons.106. Cum peteret-*
ur quædam pœna.n.2.ver.& quia erat dies.lib.1. vbi, quod ista opinio
in practica debet teneri tanquam Citramontanorum, & *cons.64.*
Quidam promisit dare, circa med.ver.an fuerit dies apposita, lib.1.& consil.
* *274.Non reuocando,n.3.in fi.lib.5.* vbi dicit * communẽ opinionem,
præsertim, quando pœna potest peti cum principali, & est com-
* munis. Ias. *in d.l.si insulam.n.17.ff.de ver.oblig.* cõmunem * dicit Grat.
* *d.cons.93.n.63.ver.quinto probatur.lib.1.* magis * communem dicit
Alex. *cons.76.Visis dubitationibus,n.12.lib.5.* Rom. *cons.427.num.6.&*
* *seq.* & communem * esse regulam dicit Ægid. Bellam. *cons.9.n.26.*
ver.tertia regula. Castr. *cons.456.n.2.lib.2.& cons.292.num.5.ver. super*
* *quarto,lib.2.* Alex. *cons.14.Viso,n.27.lib.2.* vbi dicit * communem, &
* *cons.76.n.12.lib.5.* vbi magis * communem late Papien. *in forma ex-*
cepen.contra positio.ver.primo quia lapsa sunt, & hanc veram, & com-
*8 munem * dicit Alex. *cons.158.In causa, & lite,n.4.lib.2.* † Extende;
quia vbicunq; pœna ipso iure est commissa, licet exequutio non
sit facta, sed facienda, non admittitur purgatio moræ. Castr. *cons.*
99.Quia per supr.adictos,n.2.ver.super secundo,lib.1. vbi reddit ratio-
nem; quia cõmissa pœna ipso iure trahit secum exequutionem.
49 †Extende, vt procedat etiam in testamentis, & vltimis voluntа-
50 tibus. Castr. *cons.292.n.5.ver.super quarto,lib.2.* † Extende, etiam si
dies non sit præcisa, sed dictum sit intra sex annos, vel vsque ad
festum Paschatis, vel per annum; quia statim lapso sexennio, vel
adueniente Paschate incurritur mora, & pœna. Alex. *cons.157. Viso*
primate,n.4.& seq.ver.nec habet obstare,lib.6. † Extende; quia quan-
do est dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ, etiam si aga-
tur de actione quæsita conseruanda. Castr. *consil.88. Videtur dicen-*
51 *dum, in prin.lib.2.* †Extende, vbicunque facta est exequutio à iure,
vel ab homine, non admittitur purgatio moræ. Castr. *dict. cons.88.*
52 *col.2.in princ.ver.& multo minus,li.2.* †Extende; quia mora semel in-
cursa, & pœna non tollitur per solutionem partis, neque per cau-
tionem, neque per oblationem de soluendo. Castren. *cons.456.in*
princ.lib.2. secus, si esset incurrenda, & extaret probabilis causa
impedimenti. Castr. *d.cons.456.in fin.& 457.per tot.lib.2.* vbi, quod
54 daretur restitutio in integrum stante impedimento. †Declara, &
limita; quia vbicunque fit actus post moram commissam præsen-
te eo, & acceptante, vel etiam eo absente, sed ex certa scientia ra-
tificante, siue adsit dies, & pœna, siue non, semper mora purga-
55 tur. Bald. *cons.64. Quidam promisit, in princip.lib.1.* † Et quod vbi est
* dies, & pœna certa, non potest moro purgari, est * communis con-
clusio. Alex. *cons.105. Magnifice prætor, num.6.ver.item respondeo, lib.3.*

†Extende, vt procedat etiam in contractu bonæ fidei; quia maior 56
bona fides requiritur in obligato ad soluendum; ergo minus de-
bet purgare moram. Alex. *d.cons.105.num.6.ver.item respondeo,lib.3.*
vbi dicit * communem, reprobato Bald. quia non valet argumen- *
tum à contrario sensu, prout Bald. ibi; quia à verbis narratiuis
non sumitur argumentum à contrario, sed à dispositiuis. † Con- 57
trarium tenet Bald. *in l.Lucius.ff.de actio.empt.* à contrario sensu, &
in l.cum allegas,in 6.oppositio.C.de vsur. †Declarat Alexand. *cons.*148. 58
Viso themate,n.6.lib.7. vbi, quod potest purgari ante litem contе-
statam, dummodo purgetur intra modicum tempus. † Declara; 59
quia est communis * opinio, quod vbi est dies, & pœna, non pur- *
gatur mora etiam in contractu bonæ fidei, & maxime, quando
adest iuramentum, à quo non fuit obtenta absolutio, vel adest
clausula, *rato manente pacto.* Alexan. *d.cons.105.n.8.lib.3.* †Restringe, 60
quando dies, vel pœna esset incerta; quia tunc non committitur
mora. Alexan. *d.cons.105.num.8.ver.tamen allegatur,lib.3.* vbi dat ex-
emplum in solutione, vel pœna committenda sub incerta con-
ditione extitura. †Restringe, quando est necessaria declaratio, & 61
sententia super incursu pœnæ; quia tunc potest mora purgari.
Castr. *d.cons.99.n.2.lib.1.* †Restringe, vbicunq; duo sunt in dispo- 62
sitione propter vnum, puta, quia quis promisit facere, & q̃ Com-
mune non patietur damnum; nam duo sunt propter vnum, ne
Commune patiatur damnum; igitur purgatur mora ex non fa-
cto, si Cõmune non est passum damnum; quia propter hoc pro-
missa est pœna. Castr. *d.cons.99.in fi.lib.1.* † Limita, nisi eadem lex 63
inducens pœnam ipso iure induceret etiam purgationem mo-
ræ, *cap.potuit.locati.* Gemin. *d.cons.23.circa fi.ver.si pœna non est.* Alex.
cons.105.Magnifice,n.9.ver.non obstat,si dicatur,lib.3. †Declara, vt per 64
Alex. *d.cons.105.nu.9.& seq.lib.3.* quia procedit de iure Canonico,
quando non adest iuramentũ; secus de iure ciuili, & quia requi-
ritur declaratio Domini. †Limita in contractu de retrouenden- 65
do intra certũ tempus; quia si soluta est pars pretii, & residuum
non sit solutum in termino, potest mora purgari; quia redemptio
videtur perfecta. Io. de Imol. *cons.36.in fin.* †Limita; quia exequu- 66
tores dati ad eligendum pauperes, quibus bona testatoris sunt
distribuenda, lapso etiam anno eligent, nec ad Episcopum de-
uoluitur; quia possunt purgare moram. Abb. *cons.93.n.2.lib.1.* †Li- 67
mita; quia semper purgatur mora, vbi non imponitur pœna ipso
iure, quando tempus apponitur, non ad finem deuouendi po-
testarem ad alium, sed ad conuincendam negligentiam debentis
exercere illum actum; quia re integra semper datur purgatio
moræ. Geminian. *d.cons.23.in fin.ver.aut tempus.* †Limita; quia con- 68
tra moram incursam præscribitur, aliquando quinquennio, ali-
quando decennio, & aliquando 20. annis. vide Vrsill. *in addit. ad*
Afflict.decis.174.circa fin. †Limita; quia creditor, qui recusauit velle 69
recipere à debitore debitum oblatum, potest purgare moram, &
pœnitere, & dicere velle satisfieri; ideo depositum iudiciali fac-
tum non potest restitui sine creditore, & restituens aliter de suo
tenetur. Rom. *cons.287. In proposita.per tot.* † Limita in transactio- 70
ne; quia admittitur purgatio moræ vsque ad sententiam, secun-
dum * communem, de qua Bart. *in l.si maior, la seconda, C.de transact.* *
Fulgos. *cons.154. Super eo, ver.ad tertium,* vt videlicet non possit noua
actio omitti, & antiqua intentari; quia offerre potest noua in
transactione vsque ad sententiam, quod procedit, quando trans-
actio est facta post litem cõtestatam; secus si ante, secundum Bar.
& alios ibi, qui dicit perentem secundum veterem actionem no-
uatam ex transactione repelli, si offerantur ꝓmissa in transactio-
ne, & quod admittatur purgatio vsque ad sententiam. Vrsil. *in ad-*
dit.ad Afflict.decis.174. †Restringe, vt non procedat limitatio, quã- 71
do ageretur ad pœnam ex transactione conuentam, seu promis-
sam, quia tunc lite contestata committitur, prout in aliis, ita Fulg.
d.cons.154.col.pen.& fin. † Restringe in contractibus bonæ fidei; 72
quia purgatur. Ias. *in l.si insulam,numer.17.ver.vnum non omitto, ff.de*
verb.oblig. Alexand. *consil.49.num.15.in fi.ver.præterea considerata, lib.*
4. vbi secus est, quando est stricti iuris, & quod transactio iudica-
tur secundum naturam contractus, super quo est facta. † Decla- 73
ra; quia si ex transactione aliud pro alio est promissum, veluti de-
beham fundum, transactione promisi pecuniam, si conueniar ad
fundum, possum offerre pecuniã in transactione promissam vsq;
ad sententiam, si transactio est facta post litem contestatã, quod
præsumitur: si vero deberem mille, & conuenior de soluendis
centum; quia in eadem specie est, perpetuo possum offerre, & ex-
cipere non teneri vltra. Fulg. *dict.consil.154. Super eo, in fi.* vbi, quod
ita loquitur *l.si maior, C.de transact.* Vide eum. † Et quod dicitur 74
vsque ad sententiam, intelligitur de sententia, quæ facit rem iu-
dicatam. Alex. *cons.108. Viso,n.7.& 8.li.6.* †Limita; quia mora po- 75
test purgari, quando dies, & pœna non dirigitur facto, ꝓ imple-

tur,

tur, puta aliquis promisit dare fideiussores idoneos intra certum diem sub certa pœna, & ꝙ postea approbabuntur per tales personas, quatenus non essent idonei; nam approbatio nõ cadit sub die, & pœna promissa, sed præstatio fideiussorum tantũ; ideo poterit approbatio fieri, dummodo tali tempore, quod possit operari. Bald. *d. cons. 64. in prin. ver. si vero non ratificauit, lib. 1.* † Limita, qñ post moram incursam Dominus recipit scienter solutionem, pro futuro. Alex. *cons. 105. Magnifice, n. 12. & seq. ver. non obstat, lib. 3.* vbi limitat, & declarat. Vide, *Emphyteutæ euitat, & c. Concl. 193.* † Limita, quando obligatio est acquisita vni, & pœna alteri, puta fisco; quia potest mora purgari. Natt. *cõs. 338. Vltra ea, n. 13.* † Limita; quia mora potest semper purgari vsque ad litis contestationem, vbi non adest dies, sed solum adest pœna. Bald. *d. cons. 64. circa med. ver. secus, vbi est pœna. & non dies, lib. 1.* Card. Zab. *cons. 148. Respondeamus ad præmissa, in princ. ver. ad secundum.* † Extende limitationẽ, etiam si adsit promissio pœnæ hoc modo; quia aliquis promisit dare certos fideiussores intra decem, & se obligauit postea eos approbari facere; quia illa verba, *postea*, non habent tempus præfixũ; ideo requiritur litis contestatio, vt pœna debeatur. Bald. *d. cons. 64. in fin. ver. quid ergo in casu nostro, lib. 1.* † Restringe quatuor modis, de quibus Incertus Author post regulas Soci. *Reg. 3. Mora potest purgari vsque ad litem contestatam ad euitandum interesse*, vbi ponit quinq; fallentias. † Limita; quia mora semper purgatur, vbicunque aliquid sub pœna promittitur simpliciter; quia requiritur sententia, etiã si adsit dies certa; quia si est necessaria sententia, quæ introducat pœnam, ante datur purgatio moræ. Cast. *cons. 99. per tot. lib. 1.* † Limita; quia si lex, vel statutum præfigit terminum ad aliquid faciẽdum certo tempore, si non annullat actum factum post tempus præfixum, valebit; quia in similibus purgatur mora à lege inducta; secus in criminalibus. Alex. *cons. 24. Inspecto, n. 7. & 8. lib. 4.* † Limita; quia in foro cõscientiæ semper potest purgari mora ex bono, & æquo. Bald. *cons. 114. Super primo, lib. 5. in fin.* † Limita; quia si quis iuste impeditur implere, non incurrit moram, si iniuste, bene incurrit, sed habet regressum contra impedientem iniuste, & si non habet modum, datur restitutio in integrum, ita Cast. *consil. 228. n. 2. ver. dicitur autem, lib. 2.* Roma. *cõs. 352. n. 8. & 9. ver. nec obstat*, vbi, quod non releuat, si potuit tolli impedimentum adeundo superiorem, vbi apostil. *in ver. non adeunti*, dat concordan. † Limita, vbicunq; potest mora purgari, bene purgatur, si sterit per eũ, qui moram incurrit, sed per partem aduersam. Ias. *in l. si ita. §. Seia, n. 7. ff. de verb. oblig.* † Limita; quia contra ignorantem nunquam potest mora introduci, etiam si simus in casibus, in quibus si esset commissa, non posset purgari, etiam si ignorans ageret de acquirenda actione. Castr. *cons. 88. Videtur dicendum, per tot.* maxime *ver. breuiter, lib. 2.* vbi, quod idem, si habuit iustam causam ignorandi, & dat multa exempla de absente condemnato; quia requiritur intimatio; quia tempus est vtile à principio, licet cõtinuum post scientiam. † Limita; quia de iure Canonico mora potest purgari. Gozad. *cons. 66. n. 13.* vbi maxime in terris Ecclesiæ, & vbi de re ecclesiastica agitur. Alex. plene *cons. 105. Magnifice, nu. 11. ver. est etiam, lib. 3.* † Declara octo modis, videlicet, quando damnum nõ est sequutum; secundo in emphyteuta Ecclesiæ; tertio ante declarationem; quarto, quando non est mora geminata; quinto in terris Ecclesiæ; sexto in personis ecclesiasticis, septimo in foro pœnitentiæ; octauo, quando non est renunciatum in specie purgationi, vel in genere cum iuramento, alias secus. Put. *decis. 465. lib. 2.* † Limita; quia mora semper purgatur durante termino, etiam in ipso vltimo momento termini; ideo gabellarius non potest prætendere, quod merces non denunciatæ ceciderint in cõmissum, licet mercator male denunciauerit, quando supereſt, & durat terminus ad denunciandum. Bald. *cons. 34. Statuto, seu capitulo, lib. 5. per tot.* † Extende; quia imo semper purgatur etiam lapso tempore intra modicum tẽpus, quando res est integra. *Pedem. decis. 71. n. 50. & seq.* maxime *n. 55.* & dicitur integra, si ius partis non est effectum deterius. Nat. *cons. 338. n. 12. & seq.* vbi loquitur in termino iudicis. † Limita; quia purgatio moræ admittitur t tribus cõcurrentibus, quod lis non sit contestata, quod longum tempus non transierit, & quod non interſit eius, cui facta est mora. Bald. *consil. 250. lib. 3.* quia si ius est effectum deterius, non purgatur. Castren. *cons. 228. n. 2. ver. quoad secundum. lib. 2.* Rom. *cons. 352. nu. 5. ver. quoad secundum.* † Vel si interſit, quando petens purgari moram soluit interesse. Corn. *cons. 37. in fi. lib. 2.* † Alia tria ponit Decian. *consil. 84. n. 19. lib. 2.* videlicet modicum tempus, quod ius aduersarii non sit factum deterius, & quod qui vult purgare moram, tractet de iure conseruando, & actione conseruanda veteri, non de acquirendo. † Declara; quia vbicunque mora contrahitur, licet adsit dies certa, & pœna legalis tacita, videlicet interesse, semper purgatur soluendo interesse, ita Bart. *in l. si insulam, nu. 6. ff. de verb. oblig.* vbi apostil. extendit, etiam si adsit pœna, pro qua lex inducit interesse; quia mitius agit lex, & cõmunem* dicit ibi Ias. *n. 19.* † Limita quia vbicunq; commissa est pœna ob delictum in omittendo, vel nõ implendo, si postea impleatur, & is, cui pœna est quæsita, admittat implementum, pœna euitatur, & mora purgatur. Bald. *cons. 256. Præmittenda sunt, n. 6. ver. sexto præmittendum, lib. 4.* Vide, *Pœna cõmissa quando, & c. Concl. 241.* † Limita; quia in dubio amplectenda est illa opinio, quæ est, quod mora purgetur. *Pedem. decis. 71. in fi.* † Limita; quia purgatio moræ semper admittitur, qñ vel sola dies, vel sola pœna apponitur, & tunc intra paucos dies, videlicet celeri satisfactione, nisi ius partis esset effectũ deterius. Cast. *cons. 228. Quæritur primo, n. 2. lib. 2.* quod est Romani. † Purgatio vero moræ ex parte actoris non admittitur ad acquirendam actionem post terminũ lapsum, cõmunem* dicit Ias. *in l. si ita quis. §. Seia ait, in fin. ff. de verbor. obligat.* vbi extendit etiã fauore libertatis, & in princ. §. Cravet. *cons. 246. in princ.* qui dicit* communem, qñ agitur ad interesse solum, vel quod non consequatur actionem ex contractu. Signorol. *cons. 195. num. 3. ver. item non obseruauit.* Rum. *cons. 151. n. 5. lib. 1.* Castr. *cons. 88. Videtur dicendum, in princ. lib. 2. & consil. 228. Quæritur primo, n. 2. ver. tertio aduertendum, lib. 2.* quod est Romani 352. *n. 7.* & plene Alex. *cons. 9. Attentis verbis, n. 6. ver. secundo respondeo, lib. 7.* † Extende, etiam si actor velit soluere interesse; quia non admittitur. Ias. *d. l. si ita. §. Seia, n. 7. & 8. ff. de verb. oblig.* † Restringe; quia bene purgatur ad actionem quæsitã conseruandam, cõmunem* dicit Ias. vbi supra *dict. l. si ita. §. Seia, & in princ.* vbi, quod intra modicũ admittitur tempus, si aduersarii non interſit, communem* dicit Signorol. *cons. 195. n. 3. in fi.* Ruin. *d. cons. 151. nu. 5. lib. 1.* Castr. *d. cons. 88. in princ. lib. 2.* Alex. *d. cons. 9. n. 6. ver. secundo respondeo, lib. 7.* Vide. *Mora quibus casibus, & c. Concl. 373.*

Mora purgatur per solutionem, & aliis modis. Concluſ. 378.

MORA † potest purgari, & purgatur quandocunque persolutionem eius, quod debetur, & simplicem receptionem, *l. 2. C. de iur. emphyt.* Afflict. *decis. 129. n. 9.* latius Rolan. à Vall. *cons. 87. n. 32. lib. 1.* Vide, *Emphyteutæ euitat, & c. Concl. 193.* † Et quod censetur remissa mora per receptionem solutionis à debitore simpliciter factam, est tex. & ibi Doct. *in l. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* Bero. *cons. 200. per tot. lib. 1.* Burſat. *cons. 72. n. 7.* † Amplia, vt procedat etiam in communitate recipiente pecunias à moroso; quia censetur moram remittere, etiam si soli officiales receperint antequam declaratio facta fuerit, ita in vna Rauennaten. Domus, coram D. Cantuccio 22. Iunii 1576. quando caducitas non est declarata; quia cum ius non possit dici quæsitum, sed quærendum. Io. And. & alii in *c. fi. de reb. eccles. non alien.* Alex. ad Bart. *in l. fin. ante fi. n. 10. C. de bon. vacant. lib. 10.* Cravet. *cons. 152. nu. 9.* qui loquuntur in Ecclesia. † Amplia; quia mora purgatur etiam in causa appellationis, sicut & contumacia. Castr. *cons. 14. 1. Visa quadam, n. 2. ver. contrarium, lib. 1.* † Amplia; quia mora purgatur per nouum consensum, quod aliquid fiat post moram commissam. Alex. *cons. 72. Videtur prima consideratione, n. 5. in fi. cum seq. ver. sed præmissis non obstantibus. lib. 3.* vbi ponit exempla plura, quibus per vltimum actum contrarium tollitur præcedens, quando fit à sciente, prout in dice, qui post conclusum in causa admittit iura, censetur renocare conclusionem. Vide Conclusionem prox. præced.

Mora purgari quando non possit. Concl. 379.

NON † potest mora purgari, quando est commissa pœna ipso iure, prout in casu *l. si quis maior, C. de transact.* cõmunem* dicit Dec. *cõs. 452. Visa instructione, n. 12. & 13.* & Grat. *cons. 66. n. 24. lib. 1.* vbi, quod non purgatur mora quoad pœnam, vt non cadat cõmodo contractus, & dicit* communem, & Rimin. Iun. *consil. 122. n. 53.* dicit* communem, *lib. 2.* etiam si requiratur declaratio, & *n. 61.* dicit magis* communem, Io. de Ana. *cons. 32. num. 4* Ægid. Bellam. *cons. 9. in princ. & n. 26.* vbi de* communi, & dicitur ipso iure, qñ lex hoc dicit, vel similia verba, prout omnino, vel libere cadat, seu reuertatur, aut deuoluatur. Alex *cons. 14. Viso, & considerato, n. 2. lib. 2. cum seq.* & plenius *cons. 57. Perspectis, in fin. lib. 2.* vbi, quod isto casu dicitur facta exequutio à iure. † Extende; quia valalitus, qui non accepit inuestituram intra annum; quia est priuatus ipso iure, non purgat moram. Io. de Anan. *cons. 32. n. 4.* Alex. *d. cons. 14. Viso, & considerato, nu. 2. ver. & pro hoc, lib. 2.* † Et quando ipso iure pœna est commissa, & ipso facto, solus lapsus temporis præfixi

a lege impedit purgationem moræ. Bart. quem alii sequuntur in *l. si insulâ, in 4. quæst. ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. si plures, in fi. ff. iudic. solu.* Bald. *cons. 96. Hic plura concurrunt, lib. 4.* Alexan. *d. cons. 14. Viso, & cõsiderato, n. 5. & seq. lib. 2.* Aret. *cons. 95. Respondeo breuiter, n. 10.* Dec. *cõsil. 38. Et diligenter pro tenui, n. 4. & cons. 452. Visa instruct. n. 13.* † Contrarium, quod sit * cõmunis, quod non ipso iure. Cagnol. *d. l. si quis maior, n. 146. C. de transaction.* † Extende, etiam si in obseruantia sit in aliquo minimo, non in toto. Grat. *d. cons. 66. n. 22. in fi. & n. 23. lib. 1. & 67. n. 25.* Nat. *cons. 481. n. 22.* Rimin. Iun. *cons. 124. n. 30. & seq. lib. 2.* Anch. *cons. 86. per tot.* maxime *n. 5.* qui non loquitur, qñ adest iuramentum. Gabriel. *lib. 3. de transactio. conclu. 1. n. 4.* vbi multos allegat. Castr. *cons. 176. prope fin. ver. sed ipse dicit, lib. 12.* † Extẽde, vt procedat etiam de iure Canonico. Dec. *d. cons. 452. nu. 13. & seq.* Rimin. Iun. *cons. 89. nu. 22. & seq.* Corne. *cons. 121. lib. 1. & cons. 40. col. fi. lib. 4.* Grat. *cons. 93. n. 70. lib. 1.* & * communem Rimin. *cons. 124. n. 43. ver. ad secundum, lib. 2. & nu. 69. & sequ. ver. quarto dico.* † Contrarium tenent, quod imo de æquitate canonica nõ habeat locum *d. l. si quis maior, C. de tranctio.* Bald. *in l. qui crimen, quæst. 11. Codic. qui accus.* Bertrand. *cons. 142. n. 8. lib. 1.* Loffred. *cons. 41. nu. 8.* vbi, quod in Regno Neapol. non seruatur. Cagnol. *d. l. si quis maior, nu. 156.* post Parpal. *quæst. 3.* plura Rimin. *cons. 285. n. 116. & seq.* vbi, quod in terris Ecclesiæ, & inter ecclesiasticos procedit. Zabar. *cons. 148. n. 2.* † Declara; quia contrarium procedit in foro conscientiæ, non in foro fori. Rimin. Iun. *d. cons. 89. n. 25. lib. 1.* † Declara; quia in minore semper habet locum purgatio moræ, etiam si iurauit; quia *d. l. si quis maior.* non habet locum in minore, & in omnem casum cõpetit minori restitutio aduersus commissam moram. Zabar. *cons. 148. n. 2. vsque in fi.* † Declara multis modis, vt per Riminal. Iun. *cons. 124. n. 47. & seq.* vbi ponit octo declarationes, quod procedit etiã de iure Canonico, & in terris Ecclesiæ, maxime, quando mora est commissa in faciendo, nõ in omittendo, & quando purgatio tolleret ius partis, quæ patitur damnum ex purgatione; quia non potest purgari. † Extende, vt procedat etiam in muliere, quæ non petiit tutorem filio intra duos menses à statuto assignatos, alias intelligatur priuata omni successione; quia perdit legitimam, & non potest purgare moram; quia ipso iure priuatur. Ang. Aret. *cons. 76. In ijs per tot.* maxime *n. 35. & seq. in fi. ver. & est aduertendum.* Vide plene etiam supra, *Mora an posit purgari, vel non. Conclu. 377. nu. 4. & multis seq.* † Amplia; quia mora non purgatur, quando is, qui incidit in moram, est obligatus per instrumentum, quod habet exequtionem paratam. Dec. *d. cõs. 452. n. 16. ver. tertio casu.* † Amplia; quia mora non purgatur, quando adest contemptus legis, vel iudicis. Vide, *Contemptus causa factum. Concl. 970.* † Amplia, quando purgatio moræ fit post exequutionem factam à lege. Dec. *d. cons. 452. n. 13. & seq.* Rimin. Iun. *cons. 72. in fi. lib. 1.* qui extendit in exequutione statuti. Grat. *cons. 93. n. 62. lib. 1.* Rimin. Iun. *cons. 124. n. 53. & seq.* vbi in casu *d. l. si quis maior. C. de transact.* dicit * communem contra Cagnol. Rom. *cons. 427. n. 8.* plene Aretin. *cons. 95. nu. 8. & seq.* vbi si lex priuat ipso iure, & in alium transfert ius, non purgatur mora, communem * dicit Ægid. *cons. 9. nu. 26.* † Extende; quia mora non purgatur post exequutionem, siue fiat à lege, siue ab homine, plene Crau. *cons. 216. n. 23.* Bart. & alii *in l. qui ob rem, ff. de cond. indeb.* † Et ideo emphyteuta non purgat moram, quando Dominus ob caducitatem inuestiuit alium; quia dicitur facta exequutio caducitatis. Rom. *cons. 3. n. 3. in fi. & nu. 4. ver. quoniam cum post,* vbi apost. in *ver. purgari,* dat concord. † Amplia, quando mora est commissa in faciendo, non est locus purgationi. Grat. *cons. 9. n. 93. & n. 78. lib. 1.* † Amplia, quãdo in instrumento is, qui vult purgare moram, renunciauit omni legũ auxilio, & beneficio; quia censetur renunciasse purgationi moræ. Dec. *d. cons. 452. n. 18. & seq. ver. vltimo aduertendum.* Rim. Iun. *cons. 124. in fi. lib. 2.* Gozad. *cons. 57. n. 19. decis. Afflict. 174. col. 2. in fi.* † Amplia, quãdo dies certa, & pœna sunt apposita in contractu, non purgatur mora. Grat. *d. cons. 93. n. 65. lib. 1.* vbi de * cõmuni. Signor. *cõs. 105. n. 3. in fi. & n. 4.* Ægid. *cons. 9. n. 4. ver. nec obstat.* vbi, quod siue terminus, & dies sit à lege, vel homine, non purgatur. † Amplia idem, quando adest dies certa, & iuramentum; quia concurrunt duæ regulæ impedientes purgationem moræ. Anch. *cons. 148. Apud antiquos, in fi.* † Contrarium, quod fideiussor de præsentando intra octo dies, etiam cum iuramento sub pœna, possit moram purgare, Vide *decis. Pedemont. 49. circa fi.* qui dicit articulũ satis controuersum. † Declara non procedere in iudiciis; quia aliter distinguitur, quam in contractibus. Signor. *cõs. 195. n. 4.* † Amplia; quia vbicunq; in contractu est appolita pœna, & est iuratũ, non datur purgatio moræ. Grat. *cons. 93. nu. 69. ver. vltimo probatur, cum seq. lib. 1.* vbi de * communi. Aret. *cons. 95. Breuiter dubijs, n. 10.* vbi, q. est siue dubio. Roma. *cons. 427. n. 7.* vbi apost. *in ver. temporalis.* Aretin. *cons. 137. n. 1. in fi.* & quod iuramentum impediat purgationem moræ. Ægid. Bellam. *d. cons. 9. n. 26. ver. secunda regula.* Alexan. *cons. 59. Viso processu, nu. 10. ver. & alijs etiam de causis, lib. 2. & cons. 158. In causa, & lite, n. 5. lib. 2. & cons. 76. Visis, n. 13. ver. item attento, lib. 5.* vbi dicit * communem, *& cons. 148. Viso themate, n. 6. lib. 7.* vbi dicit * cõmunem. † Et quod iuramentum impediat purgationẽ moræ de iure ciuili. Bar. Ang. Salycet. Alexand. & alii *in d. l. si quis maior. C. de transact.* Bar. *in l. si insulam,* vbi plene Io. de Imol. *ff. de verb. oblig.* plene Afflict. *decis. 174.* Alex. *cons. 158. n. 5. lib. 2.* plenius *cons. 105. Magnifice, n. 9. ver. præterea, lib. 3. & cons. 9. Attentis, nu. 5. ver. nec dicatur, lib. 7.* vbi apostil. *in ver. moræ,* dat conc. pro vtraque parte. † Contrarium tenet per plura Vrsill. *in addit. ad Affl. d. decis. 174.* vbi, quod hodie ista est verior, & plura allegat, & eandem tenet apost. ad Alex. *d. cons. 9. n. 5. lib. 7. in ver. moræ.* † Restringe quoad pœnam spiritualẽ; quia bene purgatur mora, non obstante iuramento; secus quoad pœnam temporalem. Rom. *d. cons. 427. n. 7.* vbi apost. *in ver. singularis.* † Restringe de iure Canonico, & in foro ecclesiastico; quia admitteretur purgatio moræ, non obstante iuramento. Bald. *in l. qui crimen, in 9. q. C. qui accus. non poss.* Ias. *cons. 10. in 2. dub. lib. 1.* † Amplia, quando resolutus est contractus. Grat. *d. cons. 93. n. 61. lib. 1. & cons. 49. n. 22. & seq. lib. 1.* † Amplia; quia mora non purgatur, quando interest creditoris nõ posse purgari, vt quia passus est damnũ, communem * dicit Grat. *d. cons. 93. n. 50. & seq. lib. 1.* Rimin. Iun. *consil. 124. n. 47. & seq.* † Extende; quia sufficit illud damnũ passi moram, quod pati potest, si contractus nullus validaretur. Rim. Iun. *d. cons. 124. nu. 49. & seq. lib. 2.* vbi, quod necesse est, quod purgatio prosit morosõ, & nõ noceat aduersario. † Declara; quia licet mora non purgetur, quando res non est integra, propter interesse partis; si tamen soluatur interesse, poterit purgari. Corn. *cons. 37. in fi. lib. 2.* supra *n. 13.* Vide, *Ius partis effectum deterius. Conclu. 594.* † Amplia; quia in casibus, in quibus purgatio moræ non admittitur, procedit, etiam si is, qui agit ad moram, fuerit ipse in mora post moram aduersarii; quia prima mora attenditur. Dec. *cons. 452. nu. 10. ver. præterea, & secundo.* † Extende; quia si mora agentis præcederet circa ea, quæ respiciunt communem vtilitatem, non autem solum commodum eius, cui non impletur, tunc non attenditur, quin mora aduersarii in non soluendo procedat. Dec. *d. cons. 452. n. 10.* † Amplia; quia vbicunq; est dies certa, vel est quæsitum ius tertio, prout *in d. l. si quis maior, C. de transaction.* nunquam purgatur mora. Ægid. *cons. 9. in princ. & nu. 26.* dicit * communem regulam. † Declara; quia intelligitur, nisi pars consentiat, prout remittendo, vel nouationem faciendo, prorogando, & dando nouam dilationem, ita Ægid. *d. cons. 9. in princ. & per tot.* † Amplia, quando impossibile est purgare moram, vt quia agitur de conducendo frumento pro annona certæ necessitatis, vel certi tẽporis lapsi. Signor. *cons. 195. n. 4.* † Idem, si agitur de materia concilii differendi, & periculo vniuersalis ecclesiæ. Castr. *cons. 228. nu. 2. ver. quo ad secundum, lib. 2.* Rom. *cons. 352. n. 5. ver. quoad secundum.* † Amplia, qñ res non est integra, non fit purgatio moræ. Alex. *cons. 131. n. 2. lib. 4.* † Extende maxime, quando mora est geminata. Rom. *cons. 152. n. 8.* vbi apost. *in ver. purgationis,* dat conc. & Castr. *d. cons. 228. Quæritur primo, num. 2. ver. quarto considero, lib. 2.* quod est Ludouici Romani. † Amplia; quia mora semel commissa vigore *d. l. si quis maior,* vel alias ipso iure non remittitur per simplicem receptionem pretii. Dec. *d. cons. 452. num. 21. & seq. ver. quarto non obstat.* Vide, *Emphyteuta euitat, & c. Concl. 193.* † Contrarium, quod censeatur remissa mora per receptionem pretii post moram cõmissam. Alex. *cons. 14. n. 10. lib. 2.* & *n. 5.* distinguit inter scientẽ, & ignorantem. Rom. *consil. 27.* plene Aret. *cons. 149. n. 10. & seq.* Cagnol. *in d. l. si quis maior, n. 198. C. de transact.* Ias. *in l. 2. n. 130. C. de iur. emphyt.* Crauet. *cõs. 856, n. 2.* Ægid. Bellam. *cõs. 9. n. 4. & seq. ver. circa secundũ.* † Declara; quia in emphyteusi, pcedit; quia requiritur declaratio; ideo Dominus recipiens canonem ante declarationẽ sciens caducitatẽ censetur remittere; quia faciliùs conseruatur ius, quam q̃ de nouo fiat, ita Dec. *d. cons. 452. n. 20. in fi. cum seq. ver. quarto non obstat,* vide plene Alex. *cõsil. 105. lib. 3. num. 14.* vbi dat tres declarationes, quod non præiudicat, Ægid. *consil. 9. num. 5.* vbi adducitur ratio efficax; quia quando duo iura contraria competunt, si sciat, & eligat vnum, ab alio recedit. † Declara; quia ignorans non potest recipiendo pretium remittere moram, quam ignorat, ita Dec. *d. cons. 452. nu. 26. ver. secundo potest responderi.* Ægid. *d. cons. 9. num. 5.* † Declara, vt procedat, quando is, qui agit ad moram sciens, recepit postea totum pretium, secus si partem. Bologne. *in. d. l. si quis maior, n. 23. Cod. de tranact.* † Contrarium Crauet. *cons. 856. nu. 2.* † Limita; quia in casibus, in quibus lex admittit purgationem moræ, illud intelligitur celeri satisfactione, & sic intra modicum tempus, *cap. potuit, de loc. ato.* Dec. *d. cons. 452. n. 20.* vbi, quod est arbitrarium iudici † Declara; quia non potest tempus ad purgandam moram excedere tẽpus

48 pus datum ad inducendum moram. *Pedem.decis.49.in fi.* †Et non debet excedere tempus vndecim mensium. Dec. *d.cons.452.n.20.* Riminal. Iun. *cons.122.n.66.& seq.* allegat de vndecim, de quatuor, & duobus mensibus, vt non dicatur celeris satisfactio, sed pauci
49 dies requirantur. † Et in Emphyteuta intelligitur celeri satisfactione, videlicet antequam in ius vocetur. Grat. *cons.49.in fi. lib.1.*

Mora debet nocere morosо, non è contra. Concl. 380.

1 MORA † debet nocere soli morosо, & culpa culpabili; ideo nō debet sentire quis commodum ex culpa sua; quia esset absurdum. Lap. *alleg.88. Matthæus, n.4. ver. nam sentire.* Anch. *consil.141. Super prædicto, n.3. c. mora, de reg. iur. in 6.* Castr. *in l. in hac, col. fi. ff. de trit.*
☞ *rica. & cons.437. Super dictis, n.4. lib.2.* Vide, *Delinquens non debet esse. Concl.190.* Vide, *Dolus, fraus, & culpa. Conclu.581.* Vide, *In dubia ad v-*
2 *num finem, &c. Concl.103.* † Declara, vt per Fulg. *in l. mora. §. final. ff. de*
3 *vsuris.* † Et contumax non debet esse melioris conditionis, quam
4 is, qui non est contumax. Anch. *cons.272. n.4.* † Et actor obligatur expedire causam intra instantiam triennii, si non potuit propter moram aduersarii, & malitiam, valet sententia in præiudicium
☞ morosi extra instantiā. Oldr. *cons.273. circa fi. n.2. ver. licet steterit.* Vi-
5 de, *Impedimentum legitimum. Concl.29.* † Idem in tutore, qui se debet excusare, & terminare iudicium excusationis, si impeditur mora aduersarii, etiam post quatuor menses auditur. Oldr. *d. cons.*
6 *273. in fi.* † Obligatus restituere mutuum in certum diem, vel casum, & non restituens tenetur ad interesse à die moræ. Bald. *consil.*
479. *Factum, super quo, post med. ver. in contrarium, lib.1.* vbi, quando
☞ dies interpellat pro homine. Vide, *Dies interpellat pro homine. Concl.*
7 *408.* † Qualiter autem fiat extimatio interesse, vt morosus teneatur ad rationem quantiplurimi, plene Bart. *in l.3. §. in hac. ff. cōmod.*
8 † Et statutum deferens lucrum marito in tertia parte dotis solutę habet locum, etiam si dos non fuit soluta ex mora soluere debentis; quia mora non debet iuuare morosum. Bald. *cons.467. Factum*
9 *dignoscitur, in fi. lib.4.* Bart. *cons.133. lib.1. per tot.* † Fideicommissarius obligatus restituere fideicommissum, si sit morosus, tenetur etiā restituere fructus perceptos post moram; quia mora non debet sibi prodesse, sed nocere. Ang. *cons.331. An in restitutione, in princ. ver.*
10 *secundo fallit.* † Amplia in tantum, quod licet casus fortuitus excusset; tamen si eueniat post moram contractam, non excusat moro-
11 sum. Bald. *cons.62. Alia vice, in fi. ver. vltimo notandum. lib.2.* † Amplia, vt procedat, tam in debitore morosо in solutione grani, qui tenetur ad rationem quanti plurimi, & à die moræ, vt per Doctor. *in l. vinum. ff. si cert. pet.* vbi clare Cagnol. *n.29.* Afflict. *decis.347. in fi.* incip. *Consuetudo*, per tex. *in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. l. datio. §. cum per venditorem, eod. tit.* quam etiam in creditore morosо recipere, quia à tempore moræ inspicitur tempus quanti minoris. Bald. per illum tex. in *l. hominem. ff. mand. in fin. in 2. lect.* Franc. Cremen. *singul.95.* incip. *Vidisti* in *l. vinum.* Alex. *consil.64. In causa, & lite, in princip. lib.7.* vbi extendit, quod non sufficit oblatio verbalis; quia non soluit, sed fuit contumax, & in mora, vbi *nu.5.* quod alias resultaret iniquitas, quod ex mora sua locupletaretur.
☞ Vide, *Interesse tot ale, videlicet, &c. Concl.307.* † Amplia, quod dicitur
12 de grano, idem de vino, & aliis rebus venditis, quæ si nō traduntur in tempore, tenetur venditor ex mora ad omne interesse post moram, vt si minus valet post moram, teneatur ad interesse intrinsecum, non autem ad extrinsecum, ita tex. *in l. si sterilis. §. cum*
* *pro venditore, ff. de actio. empt.* & ibi *omnes, qui tex. est singularis ad hoc, & in *l. datio. §. si per venditorem, ff. eod.* vbi habetur ratio quanti plurimi, vel quanti minoris in loco, vbi debuit solutio fieri post moram, & quando ante moram, vide Castr. *d. §. si per venditorem.*
13 † Imo, quod non detur purgatio moræ in eo, qui granum pro a-
14 limonia promisit, & non seruauit. Sign. *cons.195. num.4.* † Amplia; quia stante statuto, prout Eugubii, quod mortua vxore maritus lucretur tertiam partem dotis, quam percepit, habet locū etiam in dote debita, quando lapsus est terminus. & debens soluere est morosus; quia habetur pro soluta, ne morosus sit melioris conditionis, quam soluens. Bart. *cōs.133. Statuto ciuit. atis. lib.1.* & ibi apost. in *ver. statuto*, dat conc. & in simili statuto Sartiani, Bart. *consil.101.*
15 *lib.2.* † Regulam facias de iure cōmuni esse, quod mora nocet morosо; ideo tenetur soluere interesse pro sorte non soluta in tem-
16 pore. Abb. *cons.35. Arbitror, in princ. ver. nec obstat, si dicatur, lib.2.* † Declara tamen; quia inspecto priuilegio contra ius commune contrarium dicendum est, veluti si Papa imposuit decimam Clero status Florentiæ scut. 80. mil. & exemit Abbatias Cardinalium, Clerus non valens soluere accepit pecunias ad interesse per plures annos, Papa mandat, quod interesse soluatur à toto Clero, tenentur etiam Abbatiæ, quæ fuerunt Cardinalium, ita Abb. *d. con-*
17 *sil.35. per tot. lib.2.* † Amplia; quia si conuentum est concordiā non valere, vel contractum in casu non obseruantiæ, non potest ille qui non obseruauit, allegare nullitatem ad sui commodum; quia culpa, & mora prodesset, quod esse non debet. Ancha. *d. consil.141. in princ.* † Amplia; quia debitor ad tempus, qui tenetur ad vsuras, si obtinet dilationem simpliciter, vel prorogationem termini, censetur sub vsuris, si prorogatio fiat, postquam est in mora, secus si ante moram. Ias. in *l. lecta, col.9. nu.13. ff. si cert. pet.* vbi plene distinguit. † Extende; quia debitor soluens non Domino, nec creditori, sed alteri præcepto iudicis, vel superioris, non liberatur, si tempore præcepti est in mora, alias secus. Vide, *Præceptum iudicis excu-*
sat, & c. Concluſ.480. † Amplia; quia morosus tenetur ad æstimationem ad rationem quantiplurimi; ideo obligatus ad traditionem grani, si est in mora, tenetur ad pretium maius, quod valuit granum. Io. de An. *cons.5. ver. circa secundum*, & vide in materia grani Franc. Cremen. *singul.85. vidisti*, & est tex. *in l. si sterilis, §. cum per venditorem. ff. de actio. empt.* † Extende, etiam si creditor non comparet die præfixa solutioni ad recipiendum, quando sunt eiusdē fori; quia tenetur debitor portare ad domum creditoris. Bart. *in l. item verbailla, ff. de constit. pecun.* Vide, *Debitor tenetur portare, &c. Cō-*
clus.46. † Restringe, si in loco non fuit creditor, in quo consignatio peti, & fieri debuit; quia tunc licet habuerit procuratorem ad lites in loco, reus non potest in mora constitui. Io. de An. *d. cons.5. n.6. & seq. ver. secundo illud clare probatur.* † Restringe, quando esset data sententia super restitutione grani, vel rei consumptibilis; quia non potest fieri exequutio pro æstimatione maiori ex illa sententia; quia exequutio debet esse conformis sententiæ. Io. de An. *dict. cons.5. in princ.* vbi Ludou. Bologn. in apost. ibi in princ. † Restringe; quia in iis, quæ triennio consumuntur, non potest post triennium æstimatio crescere. Bar. *in l.3. §. in hac, n.13. ff. commod.* Ludou. Bologn. *d. cons.5.* Io. de An. *in apost. in prin. ver. ad idem.* Contrarium vide verius in *ver. Interesse tot ale, &c. Concl.307.* † Restringe, quando non est in mora debitor; quia non tenetur ad æstimationem quanti plurimi, & non est in mora, si pariter creditor est in mora. Io. de An. *d. cons.5. n.6. & per tot.* Vide, *Mora non contrahitur, &c. Con-*
clus.375. † Limita; quia si plures tenētur implere aliquid, negligentia vnius, & commissio pœnæ vnius non debet aliis nocere. Bald. *cons.93. Si in eodem, n.6. ver. in cessationibus, lib.3.* † Limita in casu contrario; quia vbi non est mora, ibi non potest esse pœna, vel interesse. Bald. *cons.435. Promittens se facturum, in fi. lib.2.* Castren. *cons.315. Viso testamento, col.2. ver. circa quod. lib.1.* † Limita; quia debitor morosus si compellitur à tyranno soluere debitum, in odium creditoris liberatur; quia præponderat culpa creditoris moræ debitoris. Christoph. Castill. *cons.1. per tot.* † Extende idem in debitore serui morosо; quia si post moram seruus interficitur, in odium creditoris liberatur debitor; quia culpa creditoris præponderat moræ debitoris. Christophor. Castill. *d. cons.1. n.5. & seq.* † Extende; quia in dubio præsumitur debitor exactus à tyranno culpa, & odio creditoris. Christoph. Castill. *d. cons.1. infr.* † Restringe, quando mora debitoris esset ordinata ad peremptionem rei, videlicet, vel vt solueret tyranno, vel vt interficeretur seruus, debitor, tunc teneretur morosus, & dolus suus præponderaret; quia si soluisset in termino, res non peribat, ita Christoph. Castill. *d. cons.1. per*
tot. vbi declarat pulchre, & ponit aliqua exempla. † Limita; quia si testator legat liberationem Titio de omnibus, quæ debet filio testatoris, quatenus debitor intra annum soluat 300. filio suo, si Titius non soluit; quia intra annum mortuus est, poterit hæres Titii soluere post annum, & liberatur, & sibi non potest dari de mora; quia legitimum impedimentum fuit. Bart. *cons.16. Angelus, lib.1.* † Limita, quādo difficultas & iusta causa, vel legitimum impedimentum impediuisset; quia nō cōmittitur mora, secundum Bal. in *d. l. & te. nu.13. & sequ.* cuius opinionem cōmunem *dicit ibi * Soc. *n.32.* Ias. *n.29.* & ibi plenius Cagnol. *nu.98. & sequ. ver. sed aduerte*
calcando, vbi plene ponit tria membra; quia non excusat ab obligatione, sed à mora, & ex quo mora non potest esse sine culpa, & impedimentum tollit culpam, & idem tenet Abb. *in c. Irrem. de re-*
uerentia. n.4. Bart. *in l. continuus, ff. de verb. obligat.* non rollit obligationem, nec operatur, q̄ altera pars teneatur. Natt. *cons.50. n.7. & seq.*
451. *n.38.* Rol. à Vall. *cons.69. n.12. li.4.* Surd. *cons.248. n.2.* † Contrarium in debitore generis, vel quantitatis tenent plures, quos citat Rub. Alex. *in l. vinum, n.185. & multis seqq.* vbi late examinat. *ff. si*
cert. pet. Curt. *n.29.* † Declara, vt per Soci. *d. l. quod te. n.32. & seq. ff. si*
cert. pet. vbi ponit pro vtraque parte, & tandem facit regulam, q̄ difficultas excusat, sed limitat duodecim modis, quos videas inter alios, *n.36.* in quinta limitatione dicit, q̄ regula habet locum in mora irregulari, secus si mora esset regularis. † Declarat Castr. *in l. datio, §. si per venditorem, ff. de actio. empt. in fin.* quod ille text. procedat, quando difficultas adsuit, & debitor fuit paratus, vt quia interpo-

* interpellauit creditorem, alias secus, & hæc est * communis opi-
37 nio ibi, Anch. *in c. plerunque de resc.* † Contrarium, quod non sit necessaria interpellatio. Rota Rom. vt per Crescent. *decis. 5. de præscr.*
38 Caputaq. *decis. 73. lib. 2.* † Et quod debeat impeditus protestari, vt
* consueuit ius suum, communem* dicit Felin. *in c. commissa, de præ-*
39 *scriptio. in pr.* † Declara, vt per Abb. *in cap. breue, de iureiur. nu. 4. & seq. ver. vlt. nota*, vbi, quod difficultas excusat à periurio, & à pœna, sed non ab obligatione, ideo si ante morã Stichus promissus moriatur, non tenetur ad pœnam, & quanti interfit, sed bene ad obligationem implendam, puta vt restituat habita, vel impleat obliga-
40 tionem, prout fuit conuentum. † Cogitabam, si posset dici, licet Doct. explicite non dicant, quod difficultas, & impossibilitas impleudi excusat à mora, sed non ab obligatione, intelligatur; quia non debet debitor impeditus pati pœnam aliquam, veluti si ante moram moriatur Stichus, vel animal tradendum, certe non tenetur ad pœnam, si nõ traderet; prout idem, si intra tempus non tradidit vinum, vel granum, certe non tenetur ad pœnam, vel ad interesse quanti plurimi; quia non est in culpa, sed quod debeat lucrari, Doctor. non dicunt; ideo si habuit pretiũ, tenetur restituere; idem, si vellet implere contractum, qñ granum minus valet, certe istud esset cum damno creditoris, qui sicut non potest à debitore petere pœnã, vel interesse, quia excusatur à difficultate soluendi ipse debitor; ita è conuerso re non integra non debet creditor compelli recipere granum minoris valoris post impedimẽtum, vt seruetur æqualis æquitas; & certe post quam hæc scripsi, reperii Curt. Iun. *in l. quod te, n. 39.* & latius *in l. vinum*, prout ipse dicit, quod dicet ibi plenius, sed nihil dixit pro hac opinione Bald. *cons. 458. lib. 2.* Ang. *cons. 219.* sed Bal. & Ang. loquuntur, quod non excusat impedimentum, quod potuit euitare pro hac opinione; quia differunt pœna, & interesse. Crau. *cons. 192. n. 16.* vbi, quod fa-
cilius committitur interesse, quam pœna, & *cons. 246. n. 4.* vbi, q̃ pro pœna purgatio datur, non pro implemento contractus, & o-
pinionem istam tenet clare Signor. *cons. 195. col. fin. ver. item in d. l. Bald. in c. licet, in 1. not. ab. si de feud. fuer. controuer.* Ruin. *cons. 151. Quia*
proponitur, n. 5. lib. 1. vide sup. *Concl. 377. n. 98. & seq.* vbi communis*
41 opinio. † Impedimentum autem legitimum excusat, si fecit quicquid potest, vt impleat. Curt. Iun. *l. quod te, nu. 36. ff. si cert. pet.* Bald.
cons. 458. Quod D. Arnaldus, in fin. lib. 2. plene Boer. *decis. 40. n. 4. & 5.*
* vbi dicit * communem, & declarat non procedere, quando est notorium impedimentum, & idem, quando est notum iudici di-
42 cit Afflict. *decis. 29. ver. contrar.* † Et ideo negligentia in euitando impedimento tollit impedimentum, ne excusari possit. Soc. *cons.*
43 *76. n. 79. lib. 1.* Rot. *in nouiss. 104. n. 3. par. 1.* † Idem, si impedimentum aderat tempore contractus. Soc. *cons. 288. n. 31. lib. 2.* Plot. *in tract. de*
44 *inlit. iur. §. 4. n. 73.* Bal. *cons. 395. n. 6. lib. 2.* † Idem, quando impleme-
tum non factum opponitur per modũ excipiendi; quia excipiens non tenetur obseruare, etiam si non implens fuit impeditus. Abb.
c. sicut, il terzo, n. 6. de iureiur. Nat. *cons. 50. n. 7. & 451. n. 38.* Rol. *consil. 69. n. 12. lib. 4.* Sur. qui alios citat *cons. 248. n. 2.* Crau. *cons. 292. nu. 22.*
45 non dicunt, quod non teneatur, sed quod impedimentum moro-
sum facit alterum obligari. † Declarat Castr. *cons. 228. Quæritur*
primo, col. 2. in fin. & col. fin. in princ. lib. 2. ver. dicitur autem, quod est Romani; quia si impedimentum à tertio præstitum est legitimum, excusat; quia facit haberi conditionem pro impleta, si non est legitimum, non facit haberi pro impleta, & datur actio contra impedientem, & si non est soluendo, datur restitutio impedito; si tamen potuit remouere impedimentum adeundo superiorem, & non fecit, sibi imputet, & à mora non excusatur.

Mora contracta operatur multa. Concl. 381.

1 MORA † contracta per eum, qui tenetur soluere, vel solutionem recipere, & recusat, operatur, quod perempta specie permittur ad damnum morosi. Ias. *in l. si ex legati, n. 4. ff. de verb. oblig.*
2 & est text. *in l. quod te, ff. si cert. pet.* vbi Ias. in princ. extendit. † Extende, vt procedat, etiam si debitor sit in mora tempore interitus rei, sed intra tempus purgandi moram. Ias. *d. l. quod te, in pr. ff. si cert. pet.*
3 † Amplia; quia obligatus soluere in pluribus terminis, si deficit in vna paga, tenetur ad totum, maxime, quando iurauit, apostill. ad
4 Matthesil. 2. *sing. 50. in fin.* vbi plures allegat. † Amplia; quia debitor tenetur de interitu rei, si eam alienauit pendente lite, vide, & declara, vt per Ias. *d. l. quod te, n. 4. ff. si cert. pet. at.* vbi, quod procedit in re mea per debitorem vendita, secus in re mihi debita, sed non
5 mea. † Amplia; quia quando culpa, vel dolus præcedit casum, tenetur culposus, siue sit ordinata ad casum, vel non, plene Surd.
6 *cons. 12. n. 58. & seq.* vbi extendit, & declarat plene. † Limita; quia mora non extinguit actionẽ; ideo si debitor vult soluere in quantitate, & creditor recusat recipere quantitatẽ debitam, constituitur creditor in mora, sed tamen non extinguitur sua actio, quin possit iterum petere, & consequi id, quod sibi debetur, nisi res esset amissa. Bart. & alii, *in l. fin. C. de cond. insert.* cum late traditis per Negus. *de pig. in 5. memb. 5. partis nu. 40.* vbi dicit esse casum *in l. sed si*
postea, ff. de arbitr. † Restringe in creditore Reipublicæ; quia si re- 7
cusat recipere debitum, amittit actionem. Negus. vbi supra, alleg.
l. nulli, & l. fortissimi, C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. Vide, *Oblatio habet*
multos, &c. Concl. 25. † Limita, quia constito de morte animalium, 8
vel peremptione rei debitæ, si non constat, quod mora præcedat, liberatur debitor, ita in puncto de bobus mortuis, Corn. *consil.*
108. per tot. lib. 1. † Contrarium, quod incumbat probatio debitori, 9
quod mortui fuerint boues, vel res debita perempta sit ante mo-
ram, vt liberetur. Vide infr. *Concl. 399. n. 17.* † Declara; quia proba- 10
to casu, qui euenire solet sine culpa, liberatur debitor, & qui dicit culpam præcedere, debet probare, quando culpa est separata à casu, ita Surd. *cons. 61. nu. 38. & seq.* vbi dicit hanc distinctionem esse communem. * † Limita, quando res omnino fuisset peritura, et- * 11
iam apud creditorem. Dec. *cons. 37. n. 48. lib. 2.* † Declara, nisi culpa 12
sit in faciendo, vel contra legem contractus; quia tenetur, etiam si res esset peritura, vt puta quando dabat operam rei illicitæ faciens. Surd. *cons. 12. n. 67. & seq.*

Moralia dicta diuersorum authorum. Concl. 382.

CATO † docet, qualiter in iudicio agendum, iuxta illud; *foro te* 1
para, quem versum pueri discunt. Bald. *cons. 277. In causa Gui-*
lielmi, circa fin. lib. 5.

Moratoria qualiter concedenda debitoribus. Concluſ. 383.

MORATORIA † diciturius iniquum, & ideo concessa ad de- 1
cennium non releuat, nisi is, cui conceditur, idonee satisfaciat de soluendo in fine dilationis. *l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer.* Petr.
de Anch. *cons. 37. Contra Ioannem, in princ.* Bald. *cons. 175. in fi. ver. alius*
casus, lib. 3. Rom. *cons. 439. n. 9. ver. tertio.* Vide; *Cautio fideiussoria qui-* 2
bus casibus præcise ab omnibus præstanda. Concl. 174. † Imo concessa ad
quinquennium intelligitur, si dederit cautionem de soluendo in fine quinquennii, alias non valet. Guido Pap. *decis 109.* Vide, *Sal-* 3
uus conductus concessus. Concl. 23. † Priuilegium moratoriæ, ne quis possit conueniri per decem annos, non habet locum contra pariter priuilegiatum, quia se confundunt priuilegia, & in dubio, qui habet causam damni vitandi, magis præfertur. Pet. de Anch. *cons.*
37. in pr. & per tot. Vide, *Priuilegiatus effectus, &c. Concl. 738.* † Exten- 4
de; quia habens priuilegium moratoriæ contra Pisanos, non autẽ contra Florentinos non habebit illud etiam contra Pisanum, & Florentinum; quia attenditur qualitas, quæ iuuat, non quæ nocet.
Pet. de Anch. *d. cons. 37. in pr.* † Amplia; quia moratoria concessa per 5
annum alicui, ne possit conueniri à suis debitoribus, stricte intelligitur de creditoribus tempore salui conductus, non de futuris; item annus intelligitur à die datæ, non à die præsentationis. Gui-
do Pap. *d. decis. 109.* † Amplia, quia non extenditur ad debita iura- 6
ta. Affl. *decis. 5.* Alex. *cons. 105. Visis, in fi. n. 6. lib. 2.* Vide, *Dispositio gene-*
ralis. Concl. 490. † Extende; quia imo princeps secularis non po- 7
test concedere moratoriam quinquennalem pro debito iurato
multo creditore. Rol. à Vall. *cons. 31. num. 14. & seq. lib. 2.* † Extende; 8
quia licet maior pars possit concedere dilationem debitori inuita minori parte, intelligitur, quando non est debitum iuratum, alias secus. Rol. *d. cons. 31. n. 15. lib. 2.* † Declara, quando non est concessio 9
moratoriæ facta motu proprio, & in dubio ad instantiam partis præsumitur concessa, & sic non extenditur ad debita iurata. Alex.
d. cons. 205. in fi. lib. 2. † Amplia; quia nõ valet moratoria quinquen- 10
nalis concessa de re deducta in iudicio, non facta mentione litis, etiam si sit motu proprio concessa. Rol. à Vall. *cons. 31. nu. 16. & seq.*
lib. 2. † Moratoria, seu dilatio ad soluendum non potest concedi 11
debitori per iudicem, *l. debitori, ff. de iudic.* quia hoc soli Principi est permissum, & reseruatum, *l. quoties, C. de precib. Imper. offerend.* † Re- 12
stringe in dilationibus, quæ dantur condemnatis ad soluendum. Vide, *Dilationes. Concl. 444.* † Quinquennalis igitur dilatio, seu 13
moratoria conceditur à iure communi, & potest etiam concedi à Principe ex rescripto, vt dicit Alex. *cons. 205. Visis iis, quæ narrantur, lib. 2.* vbi plene de vtraque. † De iure communi creditores possunt 14
illam concedere, dummodo ista seruent, quod omnes creditores sint vocati, & quod simul maior pars in vnum sint coadunati ad discutrendum, & quod maior pars concesserit dilationem hanc. Alex. *d. cons. 205. Visis, in princ.* vbi, quod conuocatio, & coadunatio in vnum non præsumitur, nisi probetur, *lib. 2.* vbi apost. citat Rocchum de Curte in *tractat. iuris patron. in ver. Honorificum, q. 9.* Vide,

15 *Maior pars multa operatur. Concl.* 14.† Secundo requiritur, vt valeat hæc conceſſio quinquennalis in præiudicium omnium, quod debitor eſſet paratus velle cedere bonis, niſi concederetur dicta dilatio, & quod exiſta cauſa ſit conceſſa; quia amplius non poteſt
16 cedere bonis. Alex. *d. conſ.* 205. *n* 2. *ver. alia ratione, lib.* 2.† Ex reſcripto Principis ſi concedatur, tenetur ſatisdare de ſoluendo in fine dilationis ſi petatur à creditoribus, *l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer.* Alex. *d. conſ.* 205. *n.* 2. *in fin. ver. ſecundo caſu, lib.* 2. vbi, quod peti
17 debet fideiuſſio, quando non præceſſit proceſſus contra eum.† Si vero contra debitorem fuit cæptum procedi per creditores; aut ſi fuit condemnatus, vel relaxatum mandatum, tenetur ipſe offerre ſatisdationem. Alex. *d. conſ.* 205. *n.* 3. *lib.* 2. vbi, quod hoc operatur
18 virtus prioris requiſitionis.† Idem ſi fuit carceratus debitor etiam poſt obtentum reſcriptum, ex quo illud non præſentauit, neque declarauit velle vti reſcripto, neque denunciauit creditoribus; quia tunc tenetur offerre cautionē, ſeu ſatisdationem, ſi vult relaxari, exemplo eius, qui paſſus eſt creditorem mitti in poſſeſſionem ex primo decreto; quia ſi vult reuocare tenutam, tenetur offerre ſatisdationem, etiam ſi non petatur. Alex. *d. conſ.* 205. *n.* 3. & *ſeq. ver. quinimo, lib.* 2. vbi in fin. quod non ſufficeret, quod debitor dixiſſet ſe habere ſaluum conductum, vel dilationem, quod non
☞ tenebantur creditores ſibi credere, niſi exhiberet. Vide, *Ceſſio bonorum quibus, &c. Concluſ.* 218. Vide, *Decoctorum remedia, &c. Concluſ.* 108. Vide, *Maior pars multa operatur. Concluſ.* 14.

Morboſum animal vendens quando teneatur, vel non, & qualiter agendum ſit. Concl. 384.

1 VENDENS† animal cum pacto, quod non eſt morboſum, tenetur ſeruare pactum. Bald. *conſ.* 484. *Sic ad euidentiam, in princip.*
2 *lib.* 5. † Extende, quod imo ſi morbus in ſpecie non exprimitur, ſemper teneatur de morbo, veluti ſi quis vendat equum, & dicat nolle teneri de morbo aliquo, ſed vendere cum omnibus ſchenellis, & pars emens non contradicat; tamen tenetur de morbo; quia non expreſſit. Rub. *in l. non ſolum, §. morte, n.* 268. *ff. de nou. oper. nunc.* & eſt limitatio; quia præcedentia loquuntur in pacto, & ſic
3 conſenſu expreſſo.† Extende; quia ſi habens equum dolentem, præterquam quando ex itinere, vel motu eſt calefactus, ſi vendat cum cum pacto, quod dat illum pro morboſo claudo, ſtraboſo, gibboſo, & habente omnes magagnas, & non vult teneri de aliquo; tamen tenetur; quia verba ſunt cum dolo, ex quo exprimit defectus, quos non habet, & emptor eſt deceptus; quia ſicuti non eſt ſtraboſus, potuit credere, quod neque dolens, ita Specul. *de reſcind. vendit. §. nunc dicendum, ver. quid ſi venditor equi*, quem ſequitur
4 Abb. *in q.* 2. *Stante ſtatuto, col.* 7. *in princ. ver facit dictum, n.* 12.† Agere debet, & poteſt emptor, cui morboſum animal fuit venditum, & promiſſum, quod non eſſet morboſum, vt pretium reſtituatur, & animal reſtituat, & ſic redhibitoria, vel quanto minori fuiſſet em-
5 pturus. Bald. *d. conſ.* 484. *in princ. lib.* 5.† Imo ſi extat pactum expreſſum, agere poteſt ex empto ad eundem finem. Bald. *d. conſ.* 484. *lib.* 5. vbi, qualiter probetur, morboſum fuiſſe animal morbo intrinſeco. Vide Concl. prox. ſeq. † Extende, vt procedat, etiam ſi res
☞ 6 ſtabilis vendatur, quæ habet ſeruitutem, tacita ſeruitute, vel ſit vendita tanquam libera; quia datur redhibitoria, vel quanti mi-
☞ noris. Couar. *in* 2. *parte relectio. cap. poſſeſſor, de regul. iur. §.* 11. *n.* 5. Vide,
7 *Venditio. Concl.* 61. vbi quæ ſint probanda.† Amplia; quia morboſum præſumitur animal, ſi intra triduum poſt venditionem moritur, & reperitur deuaſtatum, niſi probetur contrarium. Vide Maſcar. *Concl.* 92. *An animal venditum.* Vide eundem Maſc. plenius *Concluſ.* 632. *Equus venditus.* vbi, quod dicens mortuum ex herba venenoſa probare debet.

Morboſum animal qualiter probetur. Concl. 385.

1 ANIMAL† probatur morboſum quatuor modis circa morbum intrinſecum, primus modus eſt, ſi animal non comedit, neque bibit; quia mortuo ſimile eſt. Bald. *conſ.* 484. *Sic ad euidentiā,*
2 *circa med. ver. circa hoc autem, lib.* 5.† Secundus modus probandi eſt, ſi breui ſpatio poſt emptionem moritur; quia quicquid moritur cito, præſumitur ex vulnere, vel vlcere. Bald. *d. conſ.* 464. *ver. ſecundo hoc probatur, lib.* 5. Vide etiam per Maſcard. *d. Concl.* 92. *Animal venditum.*† Et quod præſumatur morboſum animal, q̄ intra triduum
3 mortuum eſt poſt emptionē. Alex. *in l. fi. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Marſil. *in l. ſtat. liber. in* 2. & 3. *col. ff. de quæſtio.*† Reſtringe, vt non procedat in animalia accommodato; quia licet moriatur intra triduum poſt illius reſtitutionem, non præſumitur pœna commodatarii,
☞ niſi probetur. Alex. *d. conſ.* 187. *lib.* 7. Vide, *Conductor non tenetur.*
5 *Concl.* 607. *in* 2. *ampliat.*† Reſtringe, niſi probetur contrarium, puta quod comederit herbas venenoſas; vel ex accidenti alia mors cauſata ſit. Alex. *d. l. fi. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* vbi, quod ſtatur peritis in arte. Abb. *in c. iuſtum, de rer. permut.* Barba. *in c. cum dilecti, circa fi. de emptio. & vendit.*† Tertius modus eſt per corruptionem mem-6 brorum interiorum; quia ſi apparent corrupta, præſumitur mortuum ex morbō prætērito. Bald. *d. conſ.* 484. *circa fin. ver. tertio probatur, lib.* 5.† Quartus ex peritia, & iudicio maraſcalcorum; quia ſtandum eſt peritis in arte. Bald. *d. conſ.* 484. *in fi. lib.* 5. & magis creditur
7 teſtibus affirmantibus equum bullum, quam negantibus. Maſc. *concl.* 249. *Bullum equum.* Qualiter autem probetur animal diuino iudicio mortuum eſſe, vide Maſc. *Concl.* 239. *Bouem.* Et emptor agens redhibitoria, quæ probare teneatur, Vide Maſc. *concluſ.* 615. *Emptori agenti redhibitoria.* Vide, *Actio redhibitoria, Concl.* 112.

Mordens dentibus qua pœna puniatur, & quod delictum ſit. Concl. 386.

MORSVS† dentium eſt proprie offenſa animalium irrationabilium, prout ſunt canes, vrſi, equi, & ſimilia: homini autem non conuenit ſimilis offenſa; ideo ſi ſtatutum puniat percutientem, vel vulnerantem, non comprehendit eum, qui cum dentibus mordet. Bald. *conſ.* 160. *Mordere dentibus. lib.* 4. vbi, quod proprium hominis eſt percutere cum manibus, vel alio inſtrumento.

Moriens non agit actus poſitiuos, neque viuentium. Concluſ. 387.

MORIENS† ſeu morte turbatus, ſi deferatur hæreditas filiis ſuis infantibus, aut ſibi, non præſumitur adiuiſſe, neque cenſam poſſeſſionis mutaſſe. Bald. *conſ.* 273. *Factum dicitur eſſe tale, inſ.*
n. 8. *ver. ſed dicet aliquis, lib.* 1.† Amplia; quia oppreſſus, & proximus morti, qui non poteſt loqui, habetur pro mortuo, *l. iubemus, C. de teſtam.*† Declara, vt procedat, quando non poteſt loqui, & non eſt ſanæ mentis; ſecus ſi non adeſſet ad eo turbatus morte, vt eſſet ſanæ mentis; quia tunc licet neſciat articulate loqui, tamen valet diſpoſitio, & teſtamentū. Alex. *conſ.* 12. *Viſo inſtr. in fi. lib.* 1.† Et ideo ſi reſpondet affirmatiue, vel negatiue ad propoſitum, licet lingua ſit balbutiens, valet diſpoſitio; ſi vero reſpondet ſemper affirmatiue, adeo vt ſi interrogaretur, interfeciſti talem, diceret ſic, tunc non eſt ſanæ mentis, & multum valet diſpoſitio laudabilis, & quā prudens feciſſet ad indicandam ſanam mentem. Alex. *d. conſ.* 12. *n.*
6. lib 1. Vide, *Furor, & dementia. qualit. &c. Concl.* 541.† Amplia; quia de proxime accingendus habetur pro accincto, de proximo moriturus habetur pro mortuo, de proximo acquirendum etiam ab euentu habetur pro acquiſito, plene Anch. *conſ.* 430. *Fuiſſet expe-*
dien. per tot. Vide, *Accingendus de proximo. Concl.* 84.† Amplia; quia conſtituti in mortis articulo nō poſſunt eſſe memores actionum pro ſalute, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Nemo eſt in morte, qui memor ſit tui.* quia humana fragilitas mortis tunc perturbatione cogitatu ſui ipſius eſt neſcia, *l. hac conſultiſſima. C. qui teſt facer. poſſ. §. at ciu humana. Rom. conſ.* 363. *Petitur à me, col.* 2. *ver. & ſi dicatur.*† Quem enim morbus vrget, & pœna terret, vix ad veram veniet ſatisfactionē, maxime quando filii, quos illicite dilexit, ſunt præſentes, vnde ferotina pœnitentia ſolet decipere. Rom. *d. conſ.* 363. *col.* 2 *in fi. ver. vnde dicit,* allegat tex. *in §. quod quamuis, de pœnit. diſt. vlt. iuxta fi. diſtinctionis.*† In contrariū tamen videtur facere tex. *in c. tanta.* 86. *diſtinct.* vbi, quod quanto quis vicinior morti efficitur magis ſollicitus, & timens de ſalute, ſed Rom. *d. conſ.* 363. *col.* 2. *in fi. ver. reſpondeo,* dicit, quod paucis contingit.† Limita; quia imo corporis ægritudo eſt compatibilis cum prudentia, & conſtitutus in extremis non præſumitur infirmus mente; quia imo ſpiritus ſublimiora conſcendunt vergente deorſum conditione corporea. Zab. *conſ.* 34. *Circa primum, in prin.* vbi arguit contra, & ſoluit, quod imo proximus morti ſi non probetur, non præſumitur fatuus, & poteſt valere eius voluntas.

Morientis conditio dicitur purificata etiam ante mortem. Concl. 388.

MORIENTIS† vel præmorientis conditio dicitur purificata, dummodo moriturus deuenerit ad certum actum infallibiliter moriendi; quia talis conditio non expectat mortem ſubſequutam, licet protrahatur effectus vſq; ad mortem. Oldr. *conſ.* 230. *Ad habendā, ver. quintum.*† Et quod vulneratus mortifere, ita quod non poſſit viuere, habeatur pro mortuo. Boer. *deciſ.* 323. *nn.* 6. vbi, quod propterea vulnerans poſſet de occiſo condemnari, melius tamen eſt expectare exitum, & mortem naturalem.

Mortuo an fiat iniuria, & quæ retineat mortuus. Concl. 389.

1 HOMO † mortuus non patitur iniuriam; quia non poteſt vul-
2 nerari, neque ſuſpendi, neque puniri. Boer. *deciſ.316.nu.*10. † Et clericus percutiens mortuum animo offendendi non fit irre-
3 gularis. Boer. *d. deciſ.316.n.*11. † Et homo mortuus nullam retinet dignitatem; ideo non appellatur poſt mortem Doctor, neq; gra-
4 duatus. Boer. *d. deciſ.316.n.*11. *in fin.* † Contrarium in Doctoribus
5 Eccleſiæ. Boer. *d. deciſ.316.n.*11. *in fin.* † Contrarium, quod corrum-pens ſe cum cadauere puellæ comittit delictum, & punitur, prout
6 ſi viueret; quia fit iniuria corpori mortuo. Boer. *d. deciſ.316.nu.*13. † Item ſuſpendens corpus mortuum punitur; imo iudices faciunt male ſuſpendentes cadauera mortuorum, licet ſit arbitrarium.
7 Boer. *d. deciſ.316.n.*12. † Et percutiens corpus mortuum clerici eſt
8 excommunicatus. Boer. *d. deciſ.316.n.*12. *in fin.* † Et ſpolians corpus mortuum, ſi cum armis, punitur pœna mortis; ſi ſine armis, da-
9 mnatur in metallum. Rom. *conſ.*185. *Pro deciſ.n.*8. *ver. dum autem.* † Et ex eiſdem cauſis, ex quibus poſſunt filii, vel parentes exhæ-rari, ex ipſiſmet hæres factus offendens cadauer defuncti priua-tur hæreditate, non ex aliis. Rom. *dict. conſil.*185. *num.*7. *ver. quoad quartum.*

Mors quid ſit. Concluſ. 390.

1 MORS † eſt lucis præſentis ſubtractio, & animæ à corpore ſepa-ratio, omnia diſſoluens, & omni profeſſione priuans, & re-
2 uerſio in puluerem. Anch. *conſ.*273. *Pro, & contra, in princ.* & ſequi-tur Rol. à Vall. *tract. de dote, q.*95. *nu.*8. alleg. *auth. de nupt. §. deinceps,*
2 vbi mors omnia ſoluit, & extinguit. † Et mors dicitur vltimum
3 terribilium, Philoſophus 4. *Ethic.* Bald. *tract. de ſchiſm. col.* 6. & eſt conſil. quod eſt poſitum ſub *rub. C. ſi quis aliquem teſt.* † Et mors di-citur priuatio vitæ, & eam ſoluit, *auth. de nupt. §. deinceps.* Caſtr. *conſ.*
4 219. *in princ. ver. namque, lib.*1. † Et computatur inter caſus fortui-
5 tos. Caſtr. *conſ.*136. *Viſis, & conſider. n.*2. *col.*3. *in princ. lib.*1. † Mori ſæ-
6 pius dicitur, qui viuit ad pœnam, *c. felicis, de pœnis, lib.*6. *in fin.* † Et poteſt eſſe talis, & tanta pœna arbitraria, vt dicatur peior morte naturali, & mors naturalis eſſet ſolatium; quia in miſeria, & luctu ætatem agere eſt pluſquam mors. Anch. *conſ.*268. *Iure diuino, in fin.*
7 † Mors quandoque ſumitur poſt mortem, quandoque ante mor-tem in actu moriendi, vel proximo morti; vnde verba, *quod tempore mortis,* ſumuntur ſecundum ſubiectam materiam. Ægid. Bel-lam. *conſ.*39. *n.*11. *in fin. ver. nec habes dicere.*

Mors omnia ſoluit, & operatur multa. Concl. 391.

1 MORS † omnia ſoluit; & ideo morte delicta extinguuntur. Anch. *conſ.*65. *Pro clariori, in princ.* Decian. *conſ.*1. *n.*10. *lib.*1. vbi, quod mors omnia ſoluit, eſt tex. *in auth. de nupt. §. deinceps.* Ant. de
Butr. *conſ.*58. *in princ.* Vide, *Condemnatus quando moritur. Concl.*577.
2 † Et ante ſententiam mortuus delinquens non poteſt condemna-ri, niſi eſſet confeſſus, vel eſſemus in caſu, in quo habetur pro cõ-fello, vt ſi mortem ſibi intulit propter delictum. Ant. de Butr. *dict.*
3 *conſ.*58. *per tot. in princ. & nu.*2. † Extende; quia imo condemnatus ſi pendente appellatione moritur, liberatur ab omni cõdemnatio-
ne; quia mors omnia ſoluit, quod declara, vt in *verb. Condemnatus*
4 *quando moritur pendente appellatione, an liberetur. Concl.*577. † Et ideo poſt mortem nemo poteſt incipere eſſe aliquid. Bal. *conſ.*394. *Pun-*
5 *ctus talis eſt, Antonius, n.*4. *in prin. ver. poſt mortem autem, lib.*3. † Et mors ſoluit omnes potentias hominũ; ideo mortuus non poteſt reſti-tui in integrum, nec excommunicatus abſolui, nec damnatus in metallum habilitari; quia vbi deficit ſubiecta perſona, non poteſt qualitas adaptari. Bald. *conſ.*57. *Punctus quæſtionis, in pr. & nu.*2. *lib.*5.
Vide, *Mortuus quando poſſit. Concl.*395. † Extende; quia morte extin-
6 guitur poſſeſſio ciuilis, & naturalis, quam habet defunctus; quia mors omnia ſoluit, *auth. de nup. §. deinceps. l. ſi id, quod, & l. ſi de eo. §. ſi*
7 *forte, cum ibi not. ff. de acq. poſſ.* † Extende; quia per mortem quis dici-tur relinquere omnia, & totũ mundum; quia mors omnia extin-guit, & ſoluit quoad potentias humanas. Soc. Iun. *conſ.*112. *nu.*9. &
8 *ſeq. lib.*1. † Operatur mors, quod mortuus non poteſt dici debitor; ideo contra vendentem debitorem, quem ignorabat mortuum, poteſt emptor agere ad intereſſe, niſi probet venditor hæredes il-liis fuiſſe æque idoneos, ſicut mortuus. Cuma. *conſ.*53. *Titius vendi-*
9 *dit.* † Amplia; quia ſententia lata contra mortuũ eſt ipſo iure nulla.
Cuman. *d. conſ.*53. *in fin. ver. ad ſecundum.* Vide, *Sententia debet concipi,*
10 *&c. Concluſ.*136. † Extende, etiam ſi ad inſtantiam procuratoris
* mortui ſit lata. *l. in ſumma. §. fin.* & ibi * omnes. *ff. de re iudic. l. pen. ff.*

quæ ſenten. ſin. appell. reſcind. quæ iura loquuntur, quando cõtra mortuum eſt lata, ſecus ſi ad eius fauorem, vt gloſſ. *in d. l. in ſumma, §. fin.* & idem voluit alia gloſſ. *in l. Neratius, ff. de reg. iur.* † Declara; quia 11
bene poteſt ferri ad illius fauorem, gl. in *l. de quare. §.*1. *ff. de iud.* ſed quando fauore libertatis; ideo dicas, quod contra dominum litis, vel pro eo valet, *l. nulla, C. de procurat.* ante conteſtatam litem ſecus; niſi dominus præſens ſatis dederit. *l. ſi defunctus. ff. de procurat.* † Re- 12
ſtringe igitur; quia bene valet ſententia lata ad fauorem mortui. gloſſ. *in d. l. in ſumma. §. fin. ff. de re iudic.* & *in d. l. Neratius. ff. de reg. iur.* † 13
Contrarium Bartol. *in l. pen. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* vbi Angel. Aretin. in ſpecie hoc firmat, quod eodem modo ſit nulla, ſi ad fa-uorem, quomodo eſſet, ſi lata eſſet contra mortuum, idem tenent Caſtr. & Alex. *in l. eius, qui in prouincia. §. fi. ff. ſi cer. pet.* vbi Iaſ. † Decla- 14
ra; quia ſententia lata ad fauorem mortui valet, quando pro liber-tate; quia hoc eſt ſpeciale fauore libertatis. Iaſ. *in d. l. eius qui in pro-uincia. §. fin. ff. ſi cert. pet.* † Declara; quia idem erit fauore Eccleſiæ. 15
Bald. *in l.*1. *in fin. princ. C. de caduc. tollen.* & idem tenent Doctor. *in l. fideceſſerit.* per illum tex. *ff. qui ſatisd. cog. & in l. nulla. C. de procur.* Bar-tol. *in l. de quare. §. fin. ff. de iudic.* † Reſtringe, quando agitur de pœ- 16
na pecuniaria lite conteſtata, & multis caſibus, de quibus Man-dell. *conſ.*90. *per tot.* vbi late. † Amplia; quia pendente proceſſu cri- 17
minali pro delicto, ſi delinquens moriatur, non poteſt contra mortuum ad vlteriora procedi; quia mors extinguit pœnam, & crimen, communem * dicit Clar. *§. fin. q.*51. *n.*12. *ver. quæro nunc,* vbi, *
quod pœna ad hæredes non tranſit. Vide, *Pœna. Concl.*256. † Ex-
tende; quia neque poteſt cadauer mortui ſuſpendi, vel in fruſta 18
ſcindi ſecundum communem. * Clar. *d. §. fin. q.*51. *n.*15. *ver. ſed hic in-* *
cidenter. † Contrarium ſeruari dicit idem Clar. *d. §. fin. q.*51. *nu.*15. in 19
famoſis latronibus, & notoriis delinquentibus, vbi ponit plura exempla. † Reſtringe in aliquibus criminibus exceptis. Clar. *d. §.* 20
*fin. q.*51. *n.*13. *ver. ſunt tamen,* vbi excipit hæreſim, læſam maieſtatem, crimen repetundarum, peculatus, homicidii ſui ipſius ob con-ſcientiam criminis patrati, & dicit communem. * † Reſtringe in *, 21
omnibus delictis, in quibus pœna ipſo iure imponitur; quia re-ſpectu confiſcationis bonorum contra hæredes proceditur. Clar. *d. q.*51. *n.*14. *ver. ſcias,* vbi dicit communem. * † Amplia; quia mors * 22
extinguit accuſationem; ideo mortuo accuſatore iudicium accu-ſationis aboletur. *d. §. fin. q.*51. *n.*9. *ver. pariter.* vbi dicit * comunem, *
licet dicat, quod iudex poteſt proſequi per inquiſitionem, & et-iam tertius poteſt intra 30. dies proſequi, & poſt 30. dies nouam accuſationem inſtituere. † Amplia, quia mortuus non poteſt effi- 23
ci habilis, vel inhabilis ad aliquid. Bald. *conſ.*57. *n.*2. *lib.*5. † Amplia; 24
quia non poteſt mortuus citari, contra eum non valet libellus, neq; iudicium. *l. de quare, §. fin. ff. de iud. l. in ſumma. §. fin. ff. de re iud. l. Paulus ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind.* † Amplia; quia mors dicitur caſus 25
fortuitus; ideo non præcedente aliqua culpa excuſat à pœna, & præbet cauſam legitimi impedimenti, prout infirmitas. Caſt. *conſ.* 26
398. *Et circa primum. lib.*2. *n.*3. † Et ideo mortuus ante terminum ad ſoluendum non dicitur moroſus. Bartol. *conſil.*16. *Angelus, lib.*1. † 27
Amplia; quia mortuo non poteſt ſtipulari, neq; acquiri, & ſi ac-quiratur mortuo, non valet ſtipulatio, neq; acquiſitio etiam pro eius hæredibus. Vide, *Mortuo ſi aliquid ſtipuletur. Concl.*399. † Exten-
de; quia procedit etiam in deportato bannito, qui poteſt impune 28
offendi, & aliis, qui ciuiliter habentur pro mortuis; quia cum non ſint capaces, non poſſunt hæredes inſtitui, neq; eis legari poteſt, *§. legari. Inſtit. de leg.* vbi gl. & Doct. † Extende; qa mortuus exhære- 29
dari non poteſt. Iaſ. in *l. filius à patre. n.*19. *ff. de liber. & poſthum.* † Am- 30
plia; quia mortuus non poteſt poſſidere; quia mors omnia ſoluit, ideo teſtis deponens vidiſſe poſſidere, prout in articulo, & vltra, non poteſt referri ad poſſeſſionem tempore mortis defuncti pro-pter illam dictionem, *& vltra,* quia vltra mortẽ quis non poſſidet. Caſtr. *conſ.*455. *Viſo, & examinato, in pr. lib.*1. † Limita; quia mortuus 31
retinet denominationẽ filiationis, familiæ, & coniunctionis, ideo valet legatum factum familiæ, & coniunctis Titii, quamuis Ti-tius tempore teſtamenti eſſet mortuus. Alex. *conſ.*20. *Viſo proceſſu, n.*3. *ver. benefaciunt, lib.*2. † Item valet inſtrumentum celebratum à 32
Seio filio Titii, licet Titius pater eſſet mortuus. Alex. *d. conſ.*20. *n.*
4. *ver. ad hoc etiam, lib.*2. † Limita; quia multa ſunt delicta, in quibus 33
poteſt procedi contra mortuum, & eius memoria damnari, bona confiſcata declarari, vt in crimine læſæ maieſtatis. Clar. *in §. læſæ maieſtatis, n.*16. *ver. item licet,* Vide, *Maieſtatis læſæ crimen, &c. Concl.*13.

Mors ciuilis quæ ſit, & dicatur. Concl. 392.

MORTVVS † dicitur ciuiliter translatus de eccleſia ad aliam 1
quoad primam, à qua transfertur. Oldr. *conſ.*284. *in fin.* † Am- 2
plia idem in monacho; quia eſt mortuus mundo. *ca. placuit.*16. *q.*1.

 † Et in

3 †Et in moniali ingrediente monasterium,&profitente. Alex.*consil.* 139. *Viso themate, in pr. lib.* 2. allegat *l. Deo nobis, ver. & hoc tantũ mo-*
4 *do. C. de Episc. & Cleric.* † Amplia in monacho legitime translato; quia æquiparatur morti, vel habetur pro mortuo quoad primum monasteriũ; quia illi non acquirit, sed secundo monasterio. Fed.
5 de Sen. *cons.* 19. *n.* 4 *in fin. ver. & ideo stylus.* † Amplia in Rectore Prouinciæ; quia finito officio Rectoratus quoad concernentia officium Rectoratus dicitur mortuus ciuiliter. Calder. *cons.* 26. quod
6 est 3. *de rescript. n.* 3. *ver. nec obstat.* † Amplia in Abbate, vel Priore depositio,& priuato; quia dicitur mortuus ciuiliter quoad Abbatiã, vel dignitatem. Cald. *cons.* 328. alias 1. *de pecul. cleric.* Amplia in vulnerato mortifere; quia omnino moriturus ciuiliter habetur pro
7 mortuo. Boer. *decis.* 323. *n.* 6. *circa fin.* † Amplia in beneficiato; quia si renunciauit titulum beneficialem, vel cessit in manibus sui superioris, dicitur quoad beneficium mortuus ciuiliter, & reuocatur procurator, sicuti per mortem, ita Rom. *consil.* 374. *Præsens est*
8 *quæstio, per tot.* maxime in fin. vb apost. *in ver. mortuus.* † Amplia; quia professus in religione S. Francisci, vel alia religione Mendicantiũ, quæ omnino sit incapax successionis, dicitur vere mortuus mundo quoad hoc, vt si eidem fuit datus substitutus, si decesserit sine filiis, sit locus substitutioni, si non habens filios sit professus religionem incapacem, ita Alexand. *cons.* 13. *Circa primum, in princ. lib.* 3. vbi, quod isto casu habet eundem effectum, quem habet mors naturalis. Vide *Conclus. prox. seq. n.* 29. Vide, *Monasterium habetur loco.*
9 *Concl.* 344. † Extende, vt idem sit in eo, qui fecit testamentum,& professus eandem religionem minorem S. Francisci; quia statim testamentum habet locum,& effectum; quia est mortuus ciuiliter, quæ naturali æquiparatur. Alex. *d. cons.* 13. *n.* 2. *in fi. & n.* 3. *ver. be-*
*10 *nefaciunt, lib.* 3. vbi dicit magis communem.* † Extende in deportato in metallum; quia habetur pro mortuo ciuiliter quoad præ-
11 missa. Alex *d. cons.* 13. *n.* 2. *lib.* 3. † Extende in eo, qui passus est confiscationem omnium bonorum, *l. actione, §. pro publicatione, ff. pro so-*
12 *cio.* † Extende in expulso, vel desinente possidere; qa quoad ipsam rem dicitur mortuus ciuiliter, ita Alex. *cons.* 1. *Ponderatu, n.* 33 *in fin. & n.* 34. *ver. non obstat etiam, lib.* 5. vbi, quod talis mors ciuilis non æquiparatur naturali; quia posset recuperare possessionẽ amissam.
13 †Restringe tamen, seu declara; quia si constat de mente, quod conditio fuerit adiecta causã differendi, veluti si dictum sit; *cum morieris*; certe tunc licet efficiatur professus in religione incapaci, donec naturaliter vixerit, non erit purificata conditio. Alex. late *d. cons.* 13. *n.* 3. *& seq. ver. & licet lo. de Imo. lib.* 3. secus, si dictum, *si decesserit*, vt ibi, & dicit *communem.

Mors ciuilis quando æquiparetur naturali, vel non. Concluſ. 393.

1 MORS †ciuilis non æquiparatur, neq; æquipollet naturali, nisi in casibus à iure expressis. gl. *in c. placuit. in ver. mortuus*, 16. *q.* 1. Old. *cons.* 284. *in fi.* Alex. *cons.* 139. *Viso themate, n.* 4. *ver. secundo quia, lib.* 2 Per. de Anch. *cons.* 438. incip. *Ego autem, n.* 2. Iaſ. *in l.* 1. *col.* 1. C. *de hæred. inſtit.* Cald. *cons.* 26. quod est 3. *de rescript. in fi. & cons.* 264. quod
* est 1. *de reb. eccl. non alien. in fin.* communem *dicit Boer. *decis.* 323. *n.* 6.
2 † Extende; quia ingrediens monasterium, licet dicatur mortuus ciuiliter, quãdo emisit professionem; tamen mors ista ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis; quia manducat,& bibit,& alia naturalia retinet, in quibus non habetur pro mortuo, plene Alex. *cons.* 139. *Viso themate, n.* 4. *ver. secundo quia, cum*
3 *seq. lib.* 2. vbi apost. *in ver. expressum*, dat concor. † Amplia, vt ingrediens monasterium non amittat vsum fructum; quia licet monachus habeatur pro mortuo, non tamen quoad comedendum, & bibendum; ideo non cessat vsus fructus. Alex. *cons.* 139. *nu.* 5. *ver. pro hoc facit, lib.* 2. Gem. *cons.* 80. *per tot.* vbi est casus,& maxime *in fi. n.* 14. vbi idem, quod licet sit mortuus mundo, non tñ quoad prædicta.
4 †Et quod professus religionẽ non habeatur pro mortuo corpore, quia viuit, vsum rerum habet, loquitur, testificatur, comedit, eligit,& eligitur ad Prælaturas,& generaliter omnes actus naturales
5 exercet. Anch. *d. cons.* 273. *in pr.* † Item retinet omnia, quæ ad vsus retentos naturales conueniunt, prout supra in vsufructu, in dote, in legato alimentorum, ista enim nõ extinguuntur, neq; perduntur per ingressum religionis; quia ingressus est actus virtuosus,& non debet nocere, sed iuuare circa ista naturalia, quæ retinentur. Alex. *d. cons.* 139. *n.* 5. vbi late, *lib.* 2. vbi *n.* 6. *& seq.* quod pater ita tenetur restituere dotem filiæ, quam recuperauit mortuo marito, si iterum nubat, vel efficiatur professa, sicuti etiã tenetur æqualiter
6 dotare filiam nubentem seculo, vel monasterio. † Item non habetur pro mortuo ,,professus quoad acquirendũ monasterio suo. Alex.
7 *d. cons.* 139. *n.* 9. *ver. præterea dato. lib.* 2. † Extende in instituto, cui est substituta pia causa, si decesserit sine filiis; quia licet monasterium non habeatur loco filii contra piam causam, tamen talis ingressus,& ,,professus non haberur pro mortuo, sed est expectanda mors naturalis talis professi, ad hoc, vt dicatur decessisse. Bald. *cons.* 280.
Factum sic se habet, lib. 1. *& cons.* 482. *Frater Minor, lib.* 2. † Amplia, vt filia ingressa monasteriũ non habeatur pro mortua, ad hoc, vt per-
dat dotẽ, vel actio de dote cõpetens filiæ acquiratur patri, quemadmodũ si naturaliter esset mortua. Alex. *d. cons.* 139. *per tot.* quia est
casus illius consilii, *lib.* 2. † Amplia in dispositione statuti, puta q mortua vxore maritus lucretur dotẽ; quia nõ habet locũ in mor-
te ciuili, puta si vxor, vel ambo efficiantur professi. Anch. *cons.* 273. *Pro, & contra*, plenius *cons.* 438. vbi late. † Amplia; quia is qui fecit
testamentũ, si ingrediatur monasteriũ, non rumpitur testamentũ tanquam q̃ sit effectus seruus. Bart. *in auth. si qua mulier. C. de sacrof. eccl. n.* 5. *& 7.* Alex. *d. cons.* 139. *n.* 5. *ver. & similia.* †Imo testamentum fit irreuocabile per ingressũ religionis, ac si naturaliter esset mor-
tuus. Bald. *cons.* 482. *in pr. lib.* 2. † Declara; quia si ingreditur monasterium incapax successionis. & professionẽ facit, tunc testamentum habet effectũ, ac si vere mortuus esset. Alex. *cons.* 13. *Circa pri-*
mum, n. 2. *& 3. ver. benefaciunt. lib.* 3. vbi dicit *cõem. †Amplia; quia
patet tenetur dotare filiã ingredientẽ, siue etiã ingressam in Monasterium,& sic non habetur pro mortua quoad hoc. Alex. *d. cons.*
139. *nu.* 6. *& 7. ver. quarto videtur, lib.* 2. † Amplia; quia quod acquirendum monasterio non habetur pro mortuo monachus. Alex.
d. cons. 139. *n.* 9. *lib.* 2. *ver. præterea dato.* †Extende etiam quoad acquirendum alteri,& non sibi; ideo si quis decedat cum filio professo
Sancti Francisci, non dicitur decedere sine filiis quoad conditionem, vt aliis acquirat. Anch. *cons.* 396. *per tot.* † Amplia, quia non æ-
quiparatur mors ciuilis morti naturali in eo, q̃ voluntas hominis dicatur finita per mortẽ ciuilem, sicut per naturalẽ. Cald. *cons.* 16.
circa fi. ver. ratio, quia per mortẽ, quod est *cons.* 3. *de rescript.* qui loquitur
in officio collato à Rectore Prouinciæ ad beneplacitum suum, vt
duret etiã finito officio Rectoris, donec reuocetur. † Amplia; qa bona, quæ per mortẽ naturalem Episcopi Ecclesiæ possent spectare; non tñ spectant per translationẽ, & sic morte ciuilem ad alium
ecclesiã; quia in hoc non æquiparatur r. Cald. *cons.* 264. *in fi.* alias 2. *de reb. eccl. in fin.* sed Gaspar. ibi. dicit sibi non placere. Vide, *Translatio*
Episcoporũ, &c. Concl. 364. † Amplia in spoliis Prælatorum per mortem applicatis Cameræ Apostolicæ; qa intelligitur de morte naturali, non autẽ de morte ciuili. Cald. *cons.* 328, alias 1. *de pecul. cleri-*
cor. † Amplia; quia mors ciuilis nõ liberat professum, vel ciuiliter mortuũ ab obligationibus contractis ante mortem ciuilem; ideo
tenetur de euictione, conuenitur actione furti, & ex delicto, sicut alius viuens. Bald. *cons.* 482. *lib.* 2. † Amplia; quia in conditionibus implendis mors ciuilis non æquiparatur naturali; ideo donatio
facta Titio pro se,& si decesserit sine filiis pro Titio, nõ transit ad Titium; qñ donatarius reliquit filiũ professum etiã in ordine Minorum; quia quoad se habetur pro mortuo, non quoad conditionem, quæ de vera morte debet verificari. Anch. *cons.* 396. *in tertio*
casu, per tot. Bal. *cons.* 6. *n.* 2. *lib.* 4. † Limita in matre transeunte ad
secunda vota non petito tutore filiis; quia priuatur successione, in tantum; q̃ non potest morã purgare; quia fingitur mortua in hoc.
Bal. *cons.* 92. *Punctus est talis, n.* 1. *in fi. ver. item iste casus, lib.* 4. vbi, quod
quoad tutelã habetur pro mortua. †Limita; quia metus perdendi patrimonium suum, vel maiorẽ partem illius, æquiparatur metui
mortis,& causæ status. Fulg. *cons. fi. in pr.* † Limita, quia in renouatione procuratoris constituti ad iura beneficiorũ ecclesiasticorum
ita operatur renunciatio, vel cessio tituli in manibus superioris facta per constituentẽ procuratorẽ, per quã dicitur ciuiliter mortuus, sicuti si esset mortuus vere. Rom. *cons.* 374. *Præsens est in fi.* vbi
apost. *in ver. mortuus*, dat conc. †Declara totam istam materiam secundum Alex. *d. cons.* 139. *Viso, n.* 8. *ver. quinto probatur, lib.* 2. qa mors
ciuilis non æquiparatur naturali, qñ non operatur idem, quod naturalis, vt quia potest euenire in illo casu post mortem ciuilem
mors naturalis, quæ plus operetur,& vice versa vbi mors naturalis in illo actu non potest plus operari, quã ciuilis, semper æquiparantur, exemplũ, per mortem ciuilẽ est dissolutũ matrimonium,
certe mors naturalis nihil plus potest operari circa dissolutionem matrimonii, quia dissolutũ absolute non potest amplius dissolui, ergo æquiparantur isto casu,& *n.* 10. ponitalia exempla. † Limita, quod mors ciuilis æquiparatur naturali, qñ omnino ex ea
resultat idem effectus. Alex. *d. cons.* 139. *n.* 8. *ver. quinto probatur. lib.* 2.
& cons. 13. *col.* 1. *lib.* 3. Crot. *in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* Alex. *cons.* 1. *n.* 34. *ver. non obstat, lib.* 5. † Limita in monacho professo, cui succedit monasterium in acquisitis post professionem, non autem filius; quia vbi tractatur de acquirendo monasterio,& religioni, mors ciuilis æquiparatur naturali. Feder. de
Sen. *consil.* 35. *numer.* 3. *ver. ad iura, quæ dicunt*, vbi vult, quod acquire-

rere non poteſt filius ex perſona patris profeſſi,& ſic mortui ciui-
27 liter,quemadmodum ſi eſſet mortuus naturaliter. † Limita in
materia fauorabili Eccleſiis; quia ſi quid diſponitur ad fauorem
Eccleſiæ per mortem naturalem,& per renunciationem, procedit etiam per mortem ciuilem,vel fictam.Gemin.*conſ.66.col.pen.*
28 *ver.quia reſpondetur.*†Declara,vt non procedat, quando coniectura eſſet in contrarium,vt quia pater grauaret filium poſt mortem
29 ſuam.Bald.*conſ.482.lib.2.per tot.*†Limita;quia profeſſus in ordine Fratrum Minorum quoad expropriationem bonorum habetur pro naturaliter mortuo.Bald.*d.conſ.482.lib.2.in princ.* pleniſſime Alex.*conſ.13.Circa primum,in princ.lib.3.*Extende multis caſibus, de quibus ſupra *num.* 8.

Mortis mentio in dubio de naturali intelligitur , & quando ſecus. Concluſ.394.

1 MORTIS†mentio ſi eſt facta,puta; quia vigore conſuetudinis quis vocetur ad bona mortui, intelligitur de morte naturali. *L.vlt.C.de iis,qui ven.ætat.impetr.*Oldrad.*conſ.284.n.4.ver.de Abbate.* Alex.*conſ.139.n.4.ver.ſecundo quia,lib.2.* vbi allegat Petr. de Anch. & Io.de Imol.*in rubric.de teſtam.*concord.Feder.de Sen.*conſ.35.n.1.*
in ſi.ver.præterea cum de morte,& late Calder.*conſ.376.*alias 47.*de teſtamen.*quod duplicatur *conſ.465.*alias 1.*qui filii ſint legit.in prin.* vbi multa ponit exempla, quod diſpoſitio intelligatur de cauſa, & actu naturali,& vero.Vide,*Verba dubia propter varium.Concluſ.98.*†
2 Amplia, vt idem ſit in reſeruatione ſpoliorum Prælatorum de medio ſublatorum;quia intelligitur per mortem naturalem,non autem per mortem ciuilem,vel depoſitionem.Cald.*conſ.328.*alias
3 1.*circa fi.de pecul.clericor.* † Amplia, vt idem ſit in ſtipulatione conceptain caſum mortis,vt de naturali intelligatur. Calder.*d.conſil.* 376.alias 47.*de teſtam.in princ.*quod duplicatur *conſ.465.*alias 1.*qui*
4 *filii ſint legit.*†Extende;quia vbi agitur de conſolidatione actionis de dote in patrem in caſum mortis filiæ, ſemper intelligitur de
5 morte naturali.Alexand.*d.conſ.139.Viſo themate,n.4.lib.2.* † Amplia in fideicommiſſaria ſubſtitutione; quia ſi fiat ſubſtitutio filio quandocunque decedenti ſine filiis,intelligitur de morte vera,& naturali,licet ſit gladio,vel ferro cauſata.Bald.*d.conſ.6.n.2.ver.nam*
6 *etiam mors.lib.4.*†Extende idem in caſu conuerſo; quia ſi fiat ſubſtitutio,ſi decedat quis ſine filiis,& decedat cum filio profeſſo,nõ dicitur ſine filiis deceſſiſſe.Anchar.*conſ.396.In vnum caſum, per tot.*
7 †Amplia;quia in conditionibus implendis ſemper intelligitur de
8 morte naturali,non de ciuili.Anch.*d.conſ.396.num.3.* † Amplia in vſufructu ad vitam relicto;quia non perditur per profeſſionem.
9 Anch.*d.conſ.396.mum.3.*†Amplia;quia generaliter,vbi fit mentio mortis,in dubio intelligimus de morte naturali.Alex.*conſ.139.Viſo themate,n.4.lib.2.*vbi limitat, niſi vbi contrarium in iure eſt diſ-
10 poſitum.†Limita;quia imo vbicunque de iure Canonico fit mentio mortis,intelligitur de ciuili,& ſic de excommunicatione,quæ eſt ſeparatio à communione fidelium,vel depoſitione.Alex.*conſil.*
11 145.*Viſo themate.n.7.ver.nam vbicunqne.lib.7.*† Declara, niſi conſtaret ex qualitate delicti grauiſſimi, quod de morte naturali eſſet intelligendum;quia ſi agatur de clerico,vel alio, intelligeretur, vt
12 traderetur curiæ ſeculari.Alex.*d.cõſ.145.n.7.in fi.lib.7.*† Mors ciuilis non æquipollet morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis.
13 gl.in *cap.placuit,16.q.1.*Oldr. *conſ.284.in fin.* Vide, *Mors ciuilis quando,&c.Concl.393.* † Naturalis vero mors dicitur duobus modis; vno modo prout diſtinguitur contra accidentalem; alio modo, prout diſtinguitur contra ciuilem.Bald.*conſ.6.Factum ſuper quo.nu.*
*3.lib.4.*vbi,quod mors decapitationis rei vera eſt, & naturalis, licet per accidens.

Mortuus quando poſsit priuilegiari poſt mortem. Concluſ.395.

1 MORTVVS†poteſt reſtitui per Principem ad famam, & bona, quando fuit condemnatus, & damnatus pro crimine læſæ maieſtatis;quia vbicunq; quis poteſt damnari poſt mortem, poteſt etiam reſtitui per Principem poſt mortem.Bald.*conſ.243.Quidam nobilis,in princ.& conſ.408.Quidam ciuis,n.4.ver.in contrarium.*
2 *lib.1.*†Amplia;quia excõmunicatus, & hæreticus damnatus poteſt abſolui,& reſtitui poſt mortem.Bald.*d.conſ.408.nu.5.ver.item*
3 *videmus,lib.1.*†Amplia;quia mortuus poteſt abſolui, & pro eo, & ad eius fauorem poteſt decretum interponi.Bald.*d.conſ.408.n.5.*
*ver.vnde colligitur,lib.1.*vbi,quod procedit tam in abſolutione inducta à ſtatuto,quam à iudice. † Contrarium videtur tenere Bald.
4 *conſ.57.Punctus quæſtionis,in pr.lib.5.*vbi,quod mors omnia ſoluit,& ideo mortuus non abſoluitur,neq; reſtituitur, neque conſiderari poteſt habilis,vel inhabilis, niſi aliquid factum ab eo poſſit conſ 3

iungi cum facto poſt mortem,vbi loquitur in vſurario manifeſto, qui deceſſit non præſtita cautione , quam tamen ordinauit præſtari,& ille interim mortuus eſt;quia ſi præſtita eſt poſt mortem, habilitatur ad teſtamentum conualidandum,quod eſſet nullum. Vide,*Mors omnia ſoluit.& operatur.Concl.391.*

Mortuus non poteſt inquiri,neque puniri, & quando ſecus. Concluſ.396.

CRIMEN†per mortem extinguitur;ideo regula eſt,quod con- 1
tra defunctum pro crimine non proceditur. *l.1.Cod.ſi reus,vel*
accuſator.c.accuſatus.§.ſi vero,de hæret.in 6. & iſtam eſſe communem *
*opinionem dicit Clar. *in prax. crim.* §.*fi.n.12. ver. quæro nunc,* vide pleniſſime Farinac.*q.10.n.36.& ſeq.ver.regula ſecunda*, vbi limitat, & declarat.†Et procedit, etiam ſi moriatur poſt litem conteſtatam,plene Alb. Mandel.*conſ.471.n.3.*† Contrarium,quod imo ſi 2
lis fuit cõteſtata,vel ſi terit per reum, quod non conteſtetur,pœna 3
ad hæredes tranſeat,*Pedemon.decif.Oſaſch.149.n.3.& ſeq.* & * com- *
munem dicit Farinac.*queſt.11.n.50.& ſeq.* † Declara ſecundum aliquos,vt in priuatis delictis procedat contrarium , & quando agitur ciuiliter,ſecus ſi agatur de crimine publico, & pœna fiſco ſit 4
applicanda,ita Farin.*d.q.10.nu.53.& ſeq.* reprobando Oſaſch. *decif.* *149.n.7.& ſeq.*maxime *n.9.*vbi dicit non eſſe differentiam,an pœna fiſco,vel parti debeatur,& hanc crebriorem, & ita fuiſſe iudicatum,vide eos.† Amplia;quia neq; poteſt corpus mortuum ſuſ- 5
pendi;quia pœnam non ſentit, neq; poteſt emendari. Bald. *conſil.* *203.Præſuppoſito ſtatuto,circa fin. ver.& quamuis non dicatur,lib.1.* † 6
Amplia;quia etiam ſi inquiſitio ſit formata contra viuentem , tamen condemnatio non poteſt ferri contra eum mortuum, neque contra hæredem, quando crimen erat criminaliter intentatum. Bald.*conſ.243.Quidam nobilis,n.4.ver.ſequitur alius,lib.1.* † Extende; 7
quia poſt mortem non poteſt inquiri aliquis de crimine repetundarum,vt teneatur de male exactis ratione officii quoad pœnam.Bald.*conſ.297.Conſtituti coram,lib.5.*† Amplia ; quia ſententia 8
lata contra defunctum regulariter eſt nulla.Cuman.*conſ.53.Titius*
vendidit,in fin.ver. ad ſecundum,l.2.ff.quæ ſentent.ſin.appellat. Vide, *Sen-* 9
tentia debet concipi,&c.Concl.136.†Extende;quia nedum non poteſt ferri ſententia in defunctum,ſed nec inſtantia,aut actio continuat in hæredem,ſiue pro priuato , ſiue pro publico delicto, quando accuſatus moritur,vel accuſans etiam lata ſententia, & pendente appellatione.Franc.Marc.*deciſ.757.lib.1.per totam, &* 758. † Con- *10
trarium videtur velle *dec.* 759.vbi, quod ſi eſt reus confeſſus,vel concluſum in cauſa,vel lata ſententia,tranſit actio ad hæredem.† 11
Reſtringe,quando ſententia eſſet contra mortuum vere, ſed non conſtabat de illius morte.Guido Pap.*deciſ.86.in fi.*†Reſtringe; qa 12
bene poteſt ferri ad illius fauorem.glo.*in l.de qua re,*§.1.*ff.de iudic.*
in ver. repetere , in fin. apoſt. ad Bart.*in d.l.2.ff.quæ ſent.ſin.appell.in ver.*
Paulus.†Reſtringe;quia fauore libertatis valet ſententia lata contra defunctum,gl.*in d.l.de qua re,in ver.repetere,ff.de iudic.*† Reſtrin- 13
ge,quando cæptum eſt iudicium eo viuente, *l.ſi defunctus.ff.de pro-* 14
*cur.l.nulla,C.eod.tit.*Bart.*in d.l.2.ff.quæ ſent.ſine appell.*dummodo ſententia in ipſum procuratorem feratur, non in dominum defunctum,vt declarat Ias.*in d.l.nulla,in fin.C.de procurator.* † Reſtringe; quia debet ferri ſententia declarans innocentiã defuncti inſtante 15
hærede,vel etiam in caſu conuerſo ipſum nocentem pro hærede accuſatoris,& non dicitur lata contra defunctum Fran.Marc.*dec.* 755.qui loquitur,quando erat inſtituta accuſatio,& vnus moritur actor,vel reus,melius.*deciſ.760.in fi.& per totam.lib.1.*†Reſtringe; 16
quia vbicunq; agitur publico iudicio ciuiliter non concludendo punitionem corporis,ſed pro intereſſe,actio tranſit contra hæredem,ſiue ſit publicum,ſiue priuatum;ſecus,ſi ad vindictã, vel ſecundum aliquos,etiã ſi ciuiliter agatur de publico delicto.Franc. Marc.qui recitat opin.& ita diſtinguit *deciſ.756.per totam.lib.1.* vbi, quod non tranſit hæc actio in hæredem,vt hæredẽ , ſed pro interſſe.† Amplia, quia non valet priuilegium conceſſum per princi- 17
pem defuncto,quem credebat viuere,*l.Neratius.ff.de reg.iur.*† Am- 18
plia;quia idem in accuſatore mortuo;quia reus liberatur, & pereunt acta.†Reſtringe;qa imo poteſt actoris hæres petere declarari,& proſequi iudicium cæptum.Fran.Marc.*d.deciſ.755.lib.1.*†Re- 19 20
ſtringe;quia hæres,vel alius intra 30. dies poteſt proſequi. Franc. Marc.*deciſ.754.per totam,lib.1.* † Reſtringe; qa iudex ex officio po- 21
teſt proſequi.Franc.Marc.*d.dec.754.circa ſi.per totam,lib.1.*†Limita; 22
quia poteſt procedi propter bona contra defunctum, qñ eo viuente erat cæptum iudiciũ criminoſum,*l.quamuis.C.ſi appell.pend.* quod declarat Bald.*conſ.243.n.4.lib.1.* procedere, quando crimen non erat criminaliter intentatũ,ſed ciuiliter.Gabr.*concl.crimin.7.*
†Extende,maxime,quando agitur etiam mixtim ad pœnam cor- 23
poralem,& confiſcationem bonorum, æque principaliter; quia

licet

licet cesset pœna capitalis; non tamen pœna bonorum, quæ non
24 est in sequelam, ita Mandell. Alba. *cons.* 90. vbi plene. † Limita; quia vbicunque infligitur priuatio sepulturæ, & aliquis fuerit sepultus contra prohibitionem, possunt recipi probationes contra defunctum, vt sciatur, an debeat exhumari, vel non, *c. satis de sepult. c. 2. de hæretic. in 6.* Feder. de Sen. *cons. 8. n. 2. ver. item vbicunque.* Vide,
25 *Testari non possunt multi, &c. Concl* 105. †Limita in crimine læsæ maiestatis; quia vbicunque potest damnari memoria defuncti, etiam condemnatio ob crimen fieri potest. Bald. *d. cons. 243. in princ. lib. 1.*
26 †Declara tamen, dummodo intra quinquennios fuerit facta accusatio, Grammat. *decis. 105. num. 21. & seq.* vbi restringit ad crimen perduellionis; imo in omni crimine, in quo potest procedi ad damnandam memoriam defuncti, illud fieri debet intra quinquen-
27 nium, communem dicit Clar. *in prax. crim. q. 51. n. 14. in fin.* † Extende limitationem, vt in omnibus casibus, in quibus post mortem potest memoria damnari, possit etiam damnata restitui, & sic fit restitutio principis ad fauorem mortui. Bald. *d. cons. 243. in prin. & cons. 408. Quidã ciuis, n. 4. v. in contrariũ, lib. 1.* Vide, *Mortuus quando*
28 *posit, &c. Concl. 395.* † Restringe, quando læsa maiestas non est in primo capite, non potest post mortem fieri confiscatio, vel me-
29 moria damnari. Vide, *Maiestatis læsa crimen, &c. Concl. 13.* † Declara extensionem, dummodo princeps sciuerit mortuum, quem be-
30 neficiat, alias secus, *l. Neratius. ff. de regul. iur.* † Limita, quando est conclusum in causa, vel habetur pro concluso; quia æquiparatur
* sententiæ. Alb. *cons. 90. n. 3.* vbi dicit *communem. Farin. q. 10. n. 52.*
* 31 vbi de *communi. †Limita, quando crimen est notorium, & delinquens notorius. Mandell. *d. cons. 90. n. 4. & 5. ver. tertio posset*, vbi solum considerat notorietatem delicti, & famam notoriam delinquentis, non qualitatem, seu probationem ipsius delinquentis, & idem tenet Boss. *tit. quomodo proced. in notor. crimin. in fin.* & Mandell. allegat, & sequitur simpliciter, & relatiue Menoch. *de recuper. remed. 1. n. 159. & cons. 99. n. 176.* vbi idē tenet, & ratio est; quia notorium habet vim sententiæ, vide plenissime Farinac. *q 10. n. 56. & seq. ver. limita 6.* vbi idem, quando est confessus, vel conuictus, vel lata sententia; sed tamen restringit procedere quoad bona, & confiscationem tantum; quia si venit principaliter confiscatio, transit ad hæredes, si secundario, secus; & reddit rationem; quia notorium, & confessio æquiparatur sententiæ, sed non rei iudicatæ; pœna criminalis, & accessoria extinguitur lata senten-
32 tia, si moritur reus, nisi transierit in iudicatum; ergo. † Declara, quia quod dicitur notorium habere vim sententiæ, prout etiam confessio, intelligi debet, non quod sit sententia, & alia sententia ferri non debeat, prout intellexit Ariminen. ad Ang. *de malef. tit. & eius bona. in princ. n. 4.* sed debet intelligi, vt habeat vim sententiæ ad hoc, vt sicuti lata sententia mors effectum illius nō extinguit, sed potest procedi citatis hæredibus ad confiscationem; ita etiam, quando est notoriū, quod habet vim sententiæ, ita pulchre Man-
33 dell. *cons. 471. n. 6.* †Limita in iis, in quibus inducitur priuatio ipso iure; quia ex quo non requiritur, nisi declaratio, potest fieri post mortem; quia qui declarat, nihil de nouo facit. Petr. Anch. *cons. 65. Pro clariori, in princ.* Bero *cons. 176. à n. 90. vsq; in fin. lib. 1.* Bald. *in rubr. C. si pendente appell.* Menoch. *cons. 99. n. 156. & seq.* Anch. *cons. 189. n. 3.*
* *& seq.* communem* dicit Clarus *in §. fi. q. 51. nu. 14.* vbi dicit, quod potest tractari confiscatio contra hæredes, allegat Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. reuertatur, n. 241. Cod. de reuoc. donat.* plenius Alba. *cons.*
34 *471. n. 4. & seq.* †Contrarium Farinac. *q. 10. n. 69. & 70.* vbi de ma-
* gis* communi, quod requiritur declaratoria, & hoc non est contrarium, sed ipse addit viuente delinquente, & allegat aliquos, q contra hæredem non potest fieri declaratio, sed in hoc non est
35 communis, neq; magis communis. †Limita, quando reus moritur confessus, vel conuictus. Farinac. *d. q. 10. n. 56. & seq.* vbi pro, & contra, & declarat, ac extendit ad confessionem fictam *n. 58.* & di-
* 36 cit comunem.* † Limita, quando delinquens moritur post conclusum in causa; quia probato delicto tenentur illius hæredes, ne-
* dum relaxare bona, sed etiam fructus, communem * dicit Clar. *in*
37 *prax. crimin. §. fi. q. 51. num. 14.* † Limita; quia multa sunt crimina, in quibus post mortem potest procedi contra delinquentem, prout hæresis, læsæ maiestatis, repetundarum, peculatus, homicidii sui
* ipsius ob conscientiam sceleris, quæ ponit, & de *communi atte-
38 statur Clar. *in d. §. fin. q. 51. n. 15.* †Limita, quando post mortem agitur ciuiliter ad bona, puta; quia eque principaliter intrat confiscatio, sicut pœna corporalis; quia illa extinguitur per mortem, non autem ciuilis quoad bona. Alban. *cons. 25. n. 9. & 10.* allegat *l. Caius. ff. ad Syllan.* gloss. & Bald. *in l. final. C. de adult.* vbi, quod post mortem potest agi de delicto ad effectum bonorum.

Mors conseruat hominem in statu, in quo decedit. Concluſ. 397.

MORS †conseruat hominem in statu, in quo decedit; ideo mu-1
lier moriens in viduitate, vel cælibatu, semper dicitur esse in eo statu, vt conditio, si non recesserit à vita viduali, censeatur perpetuo impleta. Castr. *cons. 452. Legatum, ver. cum ergo. lib. 1.* †Extende; quia fatuus si moritur in fatuitate, licet non dicatur post mor-2
tem fatuus, tamen non mutat statum, vt dicatur sanæ mentis; ideo legatum factum alicui, donec talis fatuus efficiatur sanæ mentis, efficitur perpetuum, si tempore mortis decessit fatuus. Castr. *d. cons. 452. in fin. lib. 1.*

Mortuo an magis credatur, quam viuenti. Concluſ. 398.

ASSERTIO †vulnerati, qui viuit, & conualuit, non probat, neq; 1
facit inditium etiam ad capturam, nedum ad torturam, quod de iure procedit, etiã si sit mortuus quoad torturam; secus quoad capturam, & transmittendam inquisitionem, ita Iul. Clar. *in §. fin. q. 21. n. 14. & seq. ver. assertio vulnerati*, vbi dicit *communem. † Ex-*2
tende; quia mors vulnerati conualidat eius dictum, vt imo de consuetudine faciat inditium ad torturam, ita Clar. *d. q. 21. nu. 14.* † 3
Amplia; quia imo mors coadiuuat scripturam, & dictum, vt plus probet; quia non præsumitur immemor salutis æternæ. Vide, *Li-*
bri. Concl. 346. Vide, *Scriptura alicuius an plus. Concl.* 80.

Mortuo si aliquid stipuletur, vel acquiratur, non acquiritur hæredi mortui, & quando secus. Concl. 399.

NOTARIVS †licet absenti possit stipulari, & acquirere tanquã 1
publica persona, si tamen stipuletur, vel acquirat in personam mortui, quem credebat viuere, non acquiritur hæredi ipsius mortui de stricto iure. Bald. *cons. 200. Verba Cyn. nu. 5. ver. hic nonne-*
stat, vsque in fin. lib. 2. vbi dicit, opinionem contrariam de æquitate posse substineri, Vide, *Acquirere alteri quando, &c. Concl.* 440. Vide *Notarius potest multa, &c. Concl. 99.*

Mors qualiter probetur, & quis probare debeat. Concluſ. 400.

MORS † probatur per famam publicam; quia cum mors sit 1
consona naturæ, fama plene probat. Oldr. *cons. 304. nu. 7. ver. non obstat.* †Declara, vt procedat (quod mors probatur per famam) 2
iunctis adminiculis, vel qñ est talis mors, quæ per visum nō potest probari, vt quia in loco multum remoto, vel in mari, vel in syluis quis dicitur mortuus. Bald. *cons. 398. Punctus talis, lib. 2. & cons. 176. Punctus quæstionis talis est, lib. 4.* Alex. *cons. 172. In causa, & lite. n. 7. vers.*
quod vbi tractatur, lib. 6. vbi apost. *in ver. morte*, dat plurimos concon. 3
†Extende, vt procedat in morte antiqua, secus in morte recenti; quia per solã famã non probatur. Bald. *cons. 398. Punctus talis est, lib.* 4
1. Alex. *cons. 25. In causa. lib. 4.* †Extende; quia sola fama non probat mortẽ eius, qui aberat, sed tñ inducit talem præsumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium. Bal. *d. cons. 398. circa med. ver.* 5
credo quod in casu, lib. 2. †Extende; quia mors probatur per famam, & inditia ad effectũ agendi ex testamento, vel adeundi hæreditat testatoris. Bald. *cons. 216. Factum proponitur, circa med. ver. si vero in ob-* 6
scuro. lib. 4. Alex. *cons. 27. Consideratis, n. 2. & seq. lib. 7.* †Extende; qui 7
imo fama, vel coniecturæ sufficiunt nedum ad probandã mortem absentis ad effectum petendæ hæreditatis, sed etiam sufficiunt ad probandum ordinem, q̃ quis sit primo mortuus, quã alius. Bal. *d.* 8
cons. 176. Punctus quæstionis, lib. 4. †Declara; quia mors probatur per famam, quod absens in longinquis partibus fuerit, qñ multum tempus concurrit, quod non habitum est nouum de illo ad effectum, vt hæres proximior possit adire hæreditatem. Alex. *cons. 4. Videtur inspectis. n. 7. ver. si vero posset probari. lib. 2.* Alex. *cons. 25. In causa, nu. 4. ver. quod quando agitur*, & repetit *cons. 117. in pr. lib. 4. & cons.*
27. n. 3. & seq. ver. & saltem hoc, quod dixi. lib. 7. † Idem, si ageretur de 8
illo, qui mortuus est in bello multorum præliantium; quia in illis difficile est habere testes de visu. Alex. *d. cons. 25. n 4. ver. vel dicetur*
mortuus in conflictu. lib. 4. † Restringe; quia non probatur per famã 9
mors, neq; de auditu alieno ad effectum conueniẽdi aliquem, vt quia actor dicit se hæredẽ eius, quem dicit defunctũ. Alex. *d. consil.* 10
117. Viso processu, in pr. lib. 4. † Declara maxime qñ testes deponunt de morte per famam publicam; quia si interrogati, quid sit fama, nescíunt; quia nihil probant, si vero deposuerunt, quod audiuerunt dici publice à maiori parte populi loci, licet interrogati cir-

cum

eant, neſcire, quid ſit fama, bene probant famam, quæ releuat in illis caſibus, in quibus fama probat famam eius, qui dicitur mortuus in exercitu, vel in mari, cuius conſanguinei fecerunt luctum.
11 Alex. *d. conſil. 117. in princ. vſque ad num. 9. lib. 4.* † Amplia; quia hæres volens adire hæreditatem defuncti, quandoque probat mortem à communiter accidentibus. Bald. *conſil. 382. Dicit lex, in fin.*
12 *lib. 1.* † Amplia; quia mors probatur per vnum teſtem, de viſu,
13 iuncta fama. Bald. *conſil. 398. lib. 2.* † Amplia; quia mortuus præſumitur is, de quo eſt fama, ac etiam fit mentio in inſtrumento cum aduerbio, *quondam*. Bald. *conſil. 407. In quæſtione, num. 9. ver.*
14 *tangitur quarto. lib. 1.* † Amplia; quia mors abſentis, & vagabundi de facili probatur, late per Alex. *conſil. 4. Videretur inſpectis iis, in princ. lib. 2. num. 7.* vbi, quod probatur, ſi conſanguinei fecerunt luctum; item ſi mittatur nuncius ad viciniam ad explorandum, an viuat, vel ne, ſi referat mortuum; item ſi poſt famam per quin-
15 quennium non eſt reuerſus. † Extende; quia iuuenis bellicoſus vagans lapſo quinquennio, præſumitur mortuus. Nat. *conſil. 241.*
16 † Et quod lapſus quinquennii à die, quo cœpit dubitari de morte abſentis, ſufficiat quoad alia, præterquam quoad matrimonium contrahendum; quia ius ciuile eſt in hoc correctum. Alex.
conſil. 4. Videtur inſpectis, num. 7. colum. 4. in fin. ver. fortius dicit, lib. 2.
17 † Amplia; quia habens animalia ad ſoccidam, vel in cuſtodiam, debet probare, quod beſtia ſit mortua abſque ſui culpa, gloſſ. in *cap. pen. de regul. iur. & in l. cum ita. §. ſpecies. ff. de legat. 2.* quæ dicit idem in argentario, & cuſtode carceris, qui tenentur probare quid commiſſum ſine ſui dolo, allegat iura, & in ſpecie *l. ſi quis domum. §. imperator. ff. locat.* vbi gloſſ. qualiter probare habeat dolum abfuiſſe, & quod caprarius debeat probare, hanc partem tenent
Alex. *conſil. 158. lib. 2. num. 3.* Iaſ. *in l. ſi paſcenda. C. de pact. & in l. quod te.*
ff. ſicert petat. idem Alex. *conſil. 206. In cauſa, col. 2. lib. 2.* & facit; quia præſumptio rerum amiſſarum eſt contra cuſtodem. Salycet. *in*
18 *l. 4. C. locat.* † In contrarium videtur tenere Corn. *conſil. 108. Videtur prima, lib. 1.* vbi, quod colonus, cui dati ſunt boues ad medietatem, non tenetur probare, niſi mortem, vbi, quid ſi dedit eis nimium laborem, & facit; quia ſi conduxi aſinum, vel equum ad vecturam, & fuit mihi derobatus, non teneor probare, n ſi quod mutuo abſtulerunt, nec debeo probare ſine mea culpa, quæ non præſumitur, niſi feciſſem iter inſolitum. Felin. *in c. poſtulaſti. de foro*
19 *comp.* † Declara; quia is, qui habet præſumptionem pro ſe, releuatur à onere probandi; ideo quia dolus, & culpa non præſumitur in dubio, niſi grauaretur cuſtos alia ſuſpicione, vel præſumptione contraria: ſecunda opinio in dubio poteſt procedere: prima, quando præſumptio eſſet contra cuſtodem, vide in ſimili Rom.
20 *ſing. 705. Attende ad text. in fin.* † Declara melius; quia is, qui habet cuſtodiam ratione officii, tenetur probare, quod caſu fortuito, & vi iudicio diuino, ſiue officium cuſtodiæ ſit priuatum, ſiue publicum, vt dicit Alex. *d. conſil. 158. In cauſa, & lite, num. 3. lib. 2.* vbi apoſtill. *in ver. officii*, dat plurimos concord. & idem, quando adeſt pactum, quod probare debeat conductor, quod diuino iudicio; extra iſtos caſus ſufficit probare mortem; quia qui allegat dolum, vel culpam, probare debet. Alex. vbi ſupra. Vide Maſcard. *Con-*
cluſ. 239. Bouem. & Concluſ. 265. Caprarius. Vide, *Cuſtos animalium*
21 *quando. Concluſ. 1118.* † Amplia; quia probari debet mors ab eo, qui ex perſona mortui prætendit aliquid. Bald. *conſil. 35. In bonis fodalibus, ver. ad factum dominæ Agnetis, lib 1. & conſil. 382. Dicit lex in*
fin. lib. 1. Alex. *conſil. 25. In cauſa, nu. 2. & ſeq. ver. & per conſequens. lib. 4.*
22 † Extende; quia licet in naufragio pater præſumatur prius mortuus, quam filius, *l. qui duos. §. fin. ff. de rebus dub.* tamen ſi contendatur inter hæredes ex perſona patris, & filii; ſi hæres ex perſona patris, vel filii poſſidet, & non ſint ambo mortui in naufragio pa-
tris, & filius, is, qui dicit filium, vel patrem ſuperuiſſe, & eſt actor, debet probare. Bald. *conſil. 176. per totum. lib. 4. & conſil. 145. In*
cauſa vertente, lib. 5. vbi tamen, quod filius præſumitur ſuperuiuere patri, præterquam, ſi eſſet infans, & in naufragio eſſent ambo
23 mortui. † Extende; quia allegans ordinem mortis, videlicet prius deceſſiſſe vnum, quam alium, debet probare. Bald. *d. conſil. 145.*
num. 4. lib. 5. quia id, quod eſt fundamentum intentionis aſſeren-
24 tis debet probari. † Amplia; quia is, qui habet famam, vel conſecturas pro morte, vel pro vita, transfert onus probandi in ad-
25 uerſarium. Bald. *conſil. 176. lib. 4.* † Amplia; quia mors debet probari per eum, qui ſe fundat in morte; quia quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos. Dec. *conſil. 104. num. 4.* vbi di-
cit * communem, & *conſil. 575. num. 10.* Vide, *Viuere quilibet præſu-*
26 *mitur. Concluſ. 226.* † Limita; quia vbi agitur de commodo pecuniario, vel de hæreditate, & ſucceſſione mortui, mors non probatur per ſolam famam, quando mors eſt de recenti, & in loco non remoto, & non eſt difficilis probationis; quia iſto caſu requiritur plena probatio. Alex. *d. conſil. 25. In cauſa, num. 3. & 4. lib. 4.* vbi
num. 8. dicit magis * communem; etiam ſi conſanguinei habue- *
rint eum pro mortuo, & *conſil. 117. Viſo proceſſu, num. 7. ver. ſecundo*
etiam. lib. 4. † Et propterea teſtes deponentes de auditu ab alio, 27
quod quis deceſſit in loco non remoto, etiam ſi addat eſſe vocem, & famam publicam, quod ſit mortuus, non probat mortem.
Alex. *d. conſil. 25. num. 3. ver. quod autem non ſit, lib. 4. conſil 117. in princ.*
lib. 4. † Extende; quia non probat fama mortem de recenti, & in 28
loco non remoto, & non dicitur probata, niſi exprimat rationem ſui dicti, etiam non interrogatus. Alex. *d. conſil. 25. num. 6. ver. quod*
teſtis deponens, & ſeq. lib. 4. vbi apoſtill. *in ver. rationem*, dat concord.
& plenius *d. conſil. 117. num. 6. ver. quinimo. lib. 4.* † Extende; quia 29
imo fama non probat mortem de recenti, & in loco non remoto, & non dicitur probata, niſi teſtes deponant, à quibus habuit originem, videlicet ab hominibus grauibus, & ex cauſis rationabilibus; ſed bene probaret, ſi iſta deponeret, vt quia dum quis intrauit mare ſuperuenit tempeſtas, vel infortunium, & amplius nauis non eſt reperta: vel ſi erat in exercitu, & ſecuto conflictu amplius non eſt repertus, vel ſi fecit iter per loca periculoſa, & amplius non eſt reuerſus; quia cum iſtis adminiculis bene probaret. Alex. *d. conſil. 25. In cauſa. num. 5. ver. præterea, lib. 4.* vbi apoſtill. in
ver. grauibus, dat concord. & repetit *conſil. 117. in princ. & per tot. vſq;*
ad num. 9. lib. 4. † Reſtringe, quando agitur de commodo pecu- 30
niario; quia fama probat mortem, iunctis adminiculis, puta quando conſanguinei fecerunt luctum, vel habuerunt pro mortuo, & maxime, quando mors eſt de antiquo, vel in partibus remotis, plene Alex. *conſil. 172. In cauſa, & lite, num. 7. ver. quod vbi tractatur.*
lib. 6. & ibi apoſtill. in *ver. morte*, citat plurimos concord. & iterum
conſil. 27. Conſideratis, num. 2. & ſeq. lib. 7. † Declara reſtrictionem, 31
vt procedat, quando agitur de modico præiudicio pecuniario; ſecus ſi agatur de magno præiudicio pecuniario; quia debet plene probari. Alex. *conſil. 187. Viſo, ac diligenter, in fin. ver. non ſileam, lib. 6.*
vbi apoſtill. in *ver. alias.* † Declarat aliter Alex. *d. conſil. 27. Conſide-* 32
ratis. num. 5. ver. quod vbi agitur, lib. 7. quod vbi agitur de præiudicio, quod poteſt recuperari, prout commodum pecuniarium, hæreditas, vel ſimilia, mors per famam, & per luctum, & ſeu per inditia probatur; quia ſi erit vnicus, recuperat; ſed vbi agitur de præiudicio, quod non poteſt recuperari, puta de puniendo aliquem vti homicidam Titii, requiritur plena probatio homicidii; multo magis, quando præiudicium ciuile eſt modicum, probatur mors per famam. † Limita; quia mors non probatur, licet 33
prætenſus filius ſit admiſſus in officio pupillorum Florentiæ, & ei ſit datus curator; quia potuit dari ex alia cauſa, quam propter mortem patris; nam poteſt eſſe minor emancipatus, vel pater abſens. Alex. *conſil. 25. In cauſa. num. 7. & ſeq. ver. nec etiam obſtat, ſi dice-*
retur. lib. 4. Vide, *Probatio incumbit aſſerenti. Concluſ. 768.* Vide, *Vi-*
uere quilibet præſumitur. Concluſ. 226.

Mortuus primo an præſumatur pater, vel filius, & quid de aliis. Concluſ. 401.

PATER † moriens in ruina, vel naufragio ſimul cum filio præſu- 1
mitur primo loco mortuus, & ſic, quod filius ſuperuixerit ſecundum ordinem naturæ, *l. qui duos. §. fin. ff. de reb. dub.* vbi Bart. &
alii. Caſtrenſ. *conſil. 101. Ad primum, in princ. lib. 2.* † Amplia, vt idem 2
ſit, vbicunque non poteſt probari mors patris, & filii repentina, vel caſus; quia prius pater præſumitur mortuus. Bald. *d. conſil. 176.*
Punctus quæſtionis, in fin. lib. 4. & conſil. 145. In cauſa vertente, circa fin.
ver. nec obſtat. lib. 5. † Extende, vt idem ſit in matre, quæ cum duo- 3
bus filiis mortua eſt in ruina domus; vt primo mater mortua præſumatur, quam filii, niſi ſint impuberes. Bald. *conſil. 155. Punctus ſu-*
per quo, lib. 4. † Amplia ad effectum validitatis teſtamenti. *l. qui ex* 4
liberis, in princ. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. & Bald. *d. conſil. 176. in fin.*
vbi dicit eſſe ſpeciale propter validitatem teſtamenti. *lib. 4.* † Ex- 5
tende ad effectum validitatis ſubſtitutionis pupillaris; quia ſi moritur pupillus hæres, & pater teſtator eadem hora nec probatur, quis primo, vel ſecundo moriatur, præſumitur primo mortuus teſtator pro ſubſtinenda ſubſtitutione. Bald. *d. conſil. 450. Viſo punc-*
cto, in princ. lib. 5. † Amplia in marito & vxore ſimul mortuis; quia 6
mulier præſumitur primo mortua. gl. *in l. ſi poſſeſſor. ff. de relig.* † Re- 7
ſtringe, vt non procedat, quando extat conditio lucri, vt præmoriente vxore maritus lucretur, vel è contra; quia ſtatutum intelligi debet, quando vere conſtat, non autem præſumptiue, Signor. Homod. *conſil. 9. Quæſtio præſupponitur, per tot.* & idem dicit Caſtillio.
conſil. 16. per tot. quodagens probare debet primo mortuum eſſe illum, ex cuius morte intentat lucrum. † Limita, quando con- 8
ſtat de veritate, ceſſat iſta præſumptio, vt ſi maritus & vxor pariter

profiteantur religionem, non eſt locus lucro ſtatuti; quia conſtat, quod ambo eodem tempore, vltra quod ſtatutum non habet lo-
9 cum in morte ciuili, & ficta. Anchar. *conſil.* 438. *Ego autem.* † Limita, quando poſſet veritas probari, & probaretur per famam, vel alias coniecturas. Bald. *conſil.* 176. *per tot. lib.* 4. quia tunc filius non præſumitur ſuperuixiſſe; quia vna præſumptio tollit aliam, &
10 multo magis probatio. † Limita; quia vbi ordo poteſt probari, is, qui agit contra poſſeſſorem, debet probare, quod filius ſuperuixerit patri, quando alius poſſidet, vt hæres patris tanquam quod pater ſuperuixerit. Bald. *d. conſil.* 176. *lib.* 4. vbi eſt caſus. & *conſil.* 216. *Factum proponitur circa fin. ver. ſi vero in obſcuro, lib.* 4. *& conſil.* 145. *lib.* 5. & ita Alexand. *conſil.* 91. *Repetitus, num.* 9. *ver. nihil in contrarium, lib.* 7. vbi, quod fideicommiſſarius obtinere debet; quia
11 pater dicitur ſine filiis deceſſiſſe, ſi ſimul perierunt, maxime, quando poſſidet fideicommiſſarius. † Extende maxime, quando poſſeſſio eſt longa decem annorum; quia præſumitur legiti-
12 ma, & ſolemnis. Alexand. *d. conſil.* 91. *num.* 10. *lib.* 7. † Limita in teſtatore, & legatario in eodem conflictu mortuis; quia hæres legatarii petens legatum debet probare, quod primo ſit mortuus teſtator, alias repellitur. Caſtrenſ. *in d. l. idem eſt.* quam legit cum
13 *l. quod de pariter. ff. de rebus dub.* † Limita, quando pater & filius mortui ſunt non in eodem conflictu, ſed in diuerſis locis, vel extra conflictum; quia qui dicit primo mortuum patrem, vel primo mortuum filium, probare debet. Caſtr. *conſil.* 101. *in princip. lib.* 2.
14 † Declara; quia quando ſunt mortui pater & filius, non eodem conflictu, ſed in diuerſis, ſi ſumus in diſpoſitione legali, prius præſumitur mortuus pater, quam filius ex ordine naturæ; ſi vero ſumus in diſpoſitione hominis, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, tunc qui dicit primo mortuum patrem, vel filium, debet
15 probare. Caſtr. *d. conſil.* 101. *in princ. lib.* 2. † Limita; quia imo ad effectum validitatis fideicommiſſi præſumitur prius mortuus filius, quam pater, *l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus, ver. cum autem ſuus. ff. ad*
☞ *Trebell.* Vide, *Fideicommiſſarius non tenetur probare grauatum ſine filiis*
16 *deceſſiſſe, & quando ſecus. Concluſ.* 281. † Declara, dummodo non ſit actoris, qui ſtat pro fideicommiſſo; quia reo poſſeſſori ſauendum eſt, vt imo actor ordinem mortis probare debeat. Bald. *d. con-*
17 *ſil.* 216. *circa fin. ver. ſi vero in obſcuro, lib.* 4. † Contrarium, quod imo is, qui agit pro fideicommiſſo ex morte Titii, ſi ſine liberis, habeat intentionem fundatam, quod deceſſit ſine filiis, ſi non pro-
18 betur reliquiſſe filios, Caſtr. *d. conſil.* 101. *in princ. lib.* 2. † Limita, quando filius eſſet impubes; quia præſumitur prius deceſſiſſe in ruina, quam pater, quando ambo deceſſerunt ſimul, nec poteſt conſtare, quis prius. Bald. *d. conſil.* 155. *circa med. ver. & dictus Franciſcus. lib.* 4. *& conſil.* 145. *in fin. lib.* 5. vbi, quod alio caſu non reperitur iure cautum, quod filius mortuus præſumatur ante patrem, niſi quando impubes caſu aduerſo, & ipſe ſimul perierunt. Bart. *conſil.* 179. *Martinus. lib.* 1. *in fin.* qui loquitur in matre, & filiis impuberibus mortuis in concremation caſtri, vt primo præſumantur mortui filii impuberes.

Mortuaria à funeralibus differunt, & in quibus. Concluſ. 402.

1 MORTVARIA † dicuntur officia, & celebrationes mortuorum abſente funere, ſeu cadauere; funeralia vero, quæ in actu ſepulturæ funeris celebrantur, ita ſentit relatiue Oldrad.
2 *conſil.* 225. *num.* 4. *ver. octauo.* Innoc. *in cap. tanta, in fin. de exceſſ. prælat.* & ibi alios. † Adde, quod circa præmiſſa fuſius ponit Zabar. *in clemen. dudum.* §. *verum. de ſepult. num.* 4. *ver. tertio quæro*, vbi recitat opin. quod funeralia à funibus; quia cadauera funibus ligabantur, donec ſepulturæ traderentur, ſed hodie filo ſuuntur; & ideo quamdiu cadauer eſt extra terram, oblationes illius cauſa funeralia dicuntur, ſed dicit ipſe ex mente Laud. nihil ſapere; quia ſiue extra terram, ſiue intra, quicquid occaſione funeris fit, funeralia
3 dicuntur. † Feder. de Sen. *conſil.* 6. *Teſtator elegit.* æquiparat, quod mortuaria, ſiue funeralia dicuntur oblationes, quæ occaſione funerum ad Eccleſiam peruenerunt, etiam præter voluntatem defuncti, ſub *num.* 2. *in princ. ver. in contrarium*, vbi probat; quia impuberes nihil poſſunt legare; & tamen in eorum ſepulturis, & aliis
4 eſt locus mortuariis, & funeralibus. † Calder. *conſil.* 380. alias 4. *de ſepult.* recitat opiniones Zenzal. Guil. de Monte Laud. & Paul. & concludit, quod licet funeralia ſint, quæ cum funere fiunt vel portantur, *clem. dudum, de ſepul. ver. funeralibus.* tamen ſi propter aeris intemperiem fuerit facta ſepultura eadem die mortis ſine ſolemnitate, & pompa, poſtea fiat capſa cum apparatu, & pompa
5 loco funeris, iſta erunt funeralia tanquam ſubrogata. † Vide omnino Abb. *in c. quanto, de iud.* vbi, quod iſtud ius ſepeliendi, & funerandi, eſt annexum ſpiritualitati, & per Eccleſiaſticum cognoſci debet; ſecus quoad expenſam magnam, vel patuam, plenius Abb. *in c. fin. de reb. Eccl. non alien. in fi.* & ibi Io. de Imol. qui dicunt mortuaria, quæ fiunt pro anima, ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & laici ſtatuere non poſſunt; pompæ vero, quæ non reſpiciunt animam, ſed conſolationem viuentium, iſta à laicis poſſunt regulari, & omnino Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ, num.* 95. *ver. & ad prædicta, de conſtit.* vbi declarat procedere, quoad expenſas veſtium lugubrium, ſecus quoad ceram, & apparatum Eccleſiæ. Vide, *Funeralia quæ dicantur, ad quos ſpectent, Concluſ.* 536.

Motiua quæ dicantur, & quid operentur. Concluſ. 403.

MOTIVA † dicuntur rationes, per quas iudex motus fuit ad ſententiam, & ex quibus ſumitur intentio iudicis, & declaratio ſententiæ, late Socin. Iun. *conſil.* 181. *De duobus, num.* 79. *& ſeq. lib.* 2. † Romæ iſta motiua appellantur in Rota deciſiones, quas facere tenentur, & dare copiam partibus petentibus cum iuribus, & rationibus iuxta Reformationem Pii IV. † Et ideo ex motiuis, quæ Florentiæ dantur paſſim ab omnibus iudicibus, declaratur ſententia ſecundum formam ſtatuti Florentini, & dicuntur pars ſententiæ. Caſtr. *conſil.* 30. *Vt plene. col.* 1. vbi loquitur in conſilio ſapientis, *lib.* 2. Rom. *conſil.* 45. *Super eo, in princ.* vbi loquitur in declaratione facta per iudicem ad ſententiam, quæ non eſt ſententia, & ab ea non appellatur; quia eſt declaratio. Socin. *conſil.* 124. *col.* 1. *in fin. lib.* 1. & ibi loquitur in modificatione laudi, & Socin. Iun. clarius *conſil.* 181. *num.* 79. *lib.* 2. vbi, quod ſententia regulatur à motiuis tanquam à ſua cauſa. Vide, *Dubia à iudicibus quando, &c. Concluſ.* 803. Vide, *Iudex ordinarius, vel delegatus. Concluſ.* 431. Vide, *Sententia nulla eſt, quando lata. Concluſ.* 139.

Motus proprius quid ſit, & quando dicatur. Concluſ. 404.

MOTVS † proprius dicitur gratia, quando procedit à ſola mera liberalitate concedentis. Gemin. *conſil.* 65. *nu.* 3. *ver. motus autem proprius.* vbi, quod propterea non poteſt oriri contractus à motu proprio; quia contractus præſupponit obligationem vtriuſque partis; & quia prouenit non ab vna parte, ſed à duabus. † Et quod motus proprius ſignificet meram liberalitatem, & excludat petitionem partis. Ægid. Bellam. *conſil.* 33. *nu.* 22. *& num.* 23. † Amplia; quia dicitur beneficium Principis, & latam recipit interpretationem, quando non agitur, niſi de beneficio concedentis. Gemin. *conſil.* 104. *num.* 3. *ver. item pro eo facit, iuncto fin. ver. nec obſtat tertia ratio.* Ægid. Bellam. *conſil.* 33. *num.* 22. *ver. item motus proprius.* Caſtr. *conſil.* 315. *col.* 2. *in fin. num.* 3. *ver. nec etiam obſtat, lib.* 1. † Extende; quia lex, priuilegium, & conſtitutio facta non motu proprio, ſed ad inſtantiam certorum officialium ex publico, non ad ſui commodum, ſed piæ cauſæ, perinde eſt, ac ſi motu proprio facta ſit, & latam recipit interpretationem, maxime, ſi ius tertii non lædit, neque tollit; quia ſufficit, quod dici non poſſit ambitioſa. Caſtr. *d. conſil.* 315. *Super eo, quod quæritur, col.* 2. *in fin. ver. nec etiam obſtat, num.* 3. *lib.* 1. † Et quod priuilegium non lædens ius tertii impetratum pro pia cauſa ad inſtantiam, & petitionem alterius potius ſit, & iudicari debeat motus proprius, quam ambitioſum quando ſolum lædit concedentem plene Caſtr. *d. conſil.* 315. *col.* 2. *num.* 3. *& 4. cum ſeq. lib.* 1. vbi late multa congerit, & idem, quando continet publicam vtilitatem. † Declara tamen; quia multa ſcripta, & multæ gratiæ conceduntur motu proprio, non ex motu Principis, ſed propter inſtantiam partium, qua ceſſante Princeps non poneret clauſulam, *motu proprio.* Zabar. *conſil.* 142. *in fin.* † Non minus dicitur gratia motu proprio, licet pars petenti quando adſunt illa verba, *motu proprio, & ex certa ſcientia.* Dec. *conſil.* 51. *Pro tenui, num.* 2. *ver. nec obſtat, ſi dicatur.* † Contrarium Ægid. Bellam. *conſil.* 33. *num.* 22. *&* 23. poſt. ad Alex. *conſil.* 112. *Viſa copia, lib.* 7. *in ver. inſerta.*

Motus proprius Papæ, vel alterius Principis operatur multa, & quando ſecus. Concluſ. 405.

MOTVS † proprius Papæ tollit effectum ſubreptionis; ſed tamen non inducit diſpenſationem, nec tollit defectum perſonæ. Lap. *alleg.* 7. *n.* 7. *circa fin. ver. eo quia*, & quod tollat ſubreptionem, Lap. *alleg.* 33. *in fin.* Gemin. *conſil.* 104. *Pro huius dubii, in princ.* vbi dicit communem* opin. circa omnia prædicta. Card. Zabar. *conſil.* 96. *Papa vniuit, in princ.* Dec. *in c. ad aures, n.* 11. *de reſcript.* Rom. *conſil.* 327. *Iſtæ ſunt rationes, n.* 9. vbi apoſtill. allegat plurimos, & dicit communem*, quod non habilitat perſonam. Socin. *conſil.* 135. *num.* 7. *dat.*

data eſt, n. 2. lib. 3. Grammatic. *conſil. 100. In cauſa excellentis, num. 22.*

2 † Amplia; quia extendit gratiam, quæ alias non extenderetur, *c. ſi pluribus, de præben. in 6.* Lap. *alleg. 7. in fin. ver. imo operatur.* & quod ſit ampliatiua gratiæ, vt is, pro quo ſcribitur, obtineat pinguius beneficium, *c. ſi pluribus, de præben. in 6.* Contrarium, quod non augeat gratiam. Card. Zab. *conſil. 96. n. 3. ver. & eſt ratio.* maxime contra intentionem, & in præiudicium tertii. Abbas *conſil. 101. num. 7. lib. 1.*

3 Alex. *conſil. 215. Non obſtat, in princ. lib. 7.* † Declara, vt procedat ampliatio, quando non aufertur ius alterius, alias ſecus. Gemin. *conſil. 104. n. 2. ver item pro eo facit, iuncto ver. non obſtat ſecunda ratio. in fin.*

4 Anchar. *conſil. 161. Viſo diligenter. in princ.* † Declarat apoſtill. ad Alex. *d. conſil. 215. in princ. lib. 7. in ver. ampliat.* quod motus proprius non ampliat, quando agitur de præiudicio tertii; ſed tamen operatur, quod non fiat reſtrictio etiam ad vitandum præiudicium

5 tertii, allegat plures, licet dicat non eſſe ſimpliciter verum. † Amplia; quia motus proprius inducit maiorem certificationem in Papa circa narrata, quam ſi narratio ſit partis. Lap. *d. allegat. 7. in fin.*

6 † In contrarium videtur allegare Dominicum de S. Gemin. quod parum referat; quia ita poteſt Papa errare narrando factum alie-

7 num, ſicut ſi alius narraret. Lap. *d. allegat. 7. in fin.* † Amplia; quia tollit effectum ſubreptionis quoad ea, quæ debuiſſent alias exprimi, vt in impetrante beneficiũ, quod poſſidebat, ſi tacuit poſſeſſionem, gratia eſt nulla, & ſubreptitia; ſecus, ſi motu proprio. Cald. *conſil. 36. in princ.* alias 13. *de reſc.* Anchar. *conſil. 138. De natura, &*

8 *efficacia, in princ.* Dec. *inc. ad aures, n. 11. de reſcript.* vbi late. † Extende; quia tollit ſubreptionem nedum quoad obtenta, ſed etiam quoad qualitates obtentorum, quæ debent exprimi in gratia ad inſtan-

9 tiam partis. Anch. *conſil. 138. De natura, in princ.* † Extende; quia gratia conceſſa motu proprio non poteſt in aliqua ſui parte ſubre-

10 reptitia allegari. Ang. *conſil. 368. Sereniſſimus Princeps, in princ.* † Extende; quia etiam ſi omnes qualitates rei vnitæ non ſunt expreſſæ, non dicitur ſubreptitia vnio Prioratus, qui habebat hoſpitalitatem; quia motus proprius tollit ſubreptionem, maxime; quia quod principalius eſt, eſt expreſſum, Angel. Aretin. *conſil. 107. In*

11 *caſu ſupradicto, in princ. & per tot.* † Amplia; quia licet reſeruatio beneficii ad fauorem certæ perſonæ nõ tollat conſuetudinem optandi, cum clauſula, *non obſtante conſuetudine*; tamen ſecus eſt, ſi reſeruatio eſt facta motu proprio. Franch. ex mente Lap. *in c. fin. §. in*

12 *prebendis, num. 6. ver. ſi vero de conſuetud. in 6.* † Declara, vt procedat ampliatio, quando prouiſio, vel mandatum de prouidendo eſt pro certa præbenda, & certo canonicatu, cum clauſula, *motu proprio*, & clauſula, *non obſtante*; ſecus ſi eſſet prouiſio, & mandatum de incerto, puta de primo vacaturo; quia tunc non tollitur optio. Gemin. *conſil. 104. per totum.* maxime *num. 5. ver. non obſtat*, vbi red-

13 dit rationem differentiæ. † Amplia; quia motus proprius operatur, vt conceſſio facta motu proprio dicatur beneficium, & latam recipiet interpretationem. Gemin. *conſil. 104. in princ. n. 3. ver. item pro eo facit.* quod tamen intellige in præiudicium concedentis; ſecus in præiudicium tertii, vt ibi *in fin. ver. nec obſtat tertio*, plene Anchar. *conſil. 295. Pro clariori.* Anchar. *d. conſil. 161. in princ.* Rom. *conſil. 348. Quæritur, in fin.* vbi apoſtill. fin. in *ver. intelligenda.* Rom. *conſil. 376. Quæſtio eſt, n. 7. & 8.* vbi apoſtill. in *ver. interpretari*, dat plures

14 concord. & dicit * comm. & loquitur in expectatiua, Vide, *Beneficium principis late, &c. Concluſ. 49.* † Extende; quia motus proprius facit gratiam fauorabilem, maxime, quando non agitur de præiudicio tertii, vel concedentis. Anch. *d. conſil. 138. num. 4. ver. poſtremo.*

15 Anchar. *d. conſil. 161. in princ.* † Extende; quia motus proprius tollit reſtrictionem, & facit, quod gratia dicitur recipere latam ſignificationem, quando non eſt in præiudicium tertii. Ægid. Bellam. *conſil. 33. nu. 6. &* 7. vbi loquitur in expectatiua motu proprio conceſſa ad dignitates, & officia curata, vt comprehendat Parochia-

16 les curatam. † Extende, etiam ſi apponitur in gratia, vt prout in penſione, quæ ſi non eſſet motu proprio, ſtrictam haberet ſignificationem. Rom. *d. conſil. 348. in fin.* vbi apoſtill. magna, in *ver. voluntatem*, in fine ita declarat. † Extende; quia gratia penſionis motu

17 proprio facta, ita latiſſimam, & fauorabilem recipit interpretationem ſicut vltima voluntas. Rom *conſil. 388. In caſu propoſiti, n. 7.*

18 *ver. & quamuis.* vbi apoſt. † Declara; quia imo etiam in præiudicium tertii facit gratiam fauorabilem, quando concurrunt aliæ clauſulæ, prout, *motu proprio, ex certa ſcientia, de poteſtatu plenitudine*, & adeſt derogatio plena. Franc. Becc. plene *conſil. 56. num. 48. & ſeq.*

19 † Amplia; quia motus proprius inducit conceſſionem noui iuris; & ideo qui fecit pactum de non petendo feudum, vel iurauit non venire contra, poteſt vti inueſtitura facta ab Imperatore, vel principe motu proprio de eodem feudo, etiam ſi nõ narrauit pactum, neque iuramentum in motu proprio. Bald. *conſil. 345. Ad euiden-*

20 *tiam, per tot.* maxime *num. 7. lib. 1.* † Amplia; quia motus proprius principis etiam in non geſtis coram principe circa narrata inducit probationem. Socin. *conſil. 266. n. 27. lib. 1.* in materia confinium, Menoch. *conſil. 147. num. 23.* Alex. *conſil. 112. Viſa copia, num. 2. lib. 7.*

vbi dicit * communem, quod ſi Papa ſe fundat ſuper aſſertione fa- *
cti alieni, probat, ſi eſt motu proprio, donec contrarium probetur; ſecus, ſi non motu proprio. † Declara, & limita, vt ea, quæ 21
dicta ſunt de motu proprio Papæ, vt tollat ſubreptionem, non habeant locum in motu proprio Legati. Calder. *conſil. 89.* alias 9. *de off. Leg.* quod duplicatur. *conſil. 224.* alias 3. *de præben. in princ.* vbi dicit, quod de hoc ſunt opiniones, ſed ipſe tenet negatiuam. † Am- 22
plia; quia motus proprius cum clauſulis derogatoriis in genere tollit contraria, etiam ſi habeant clauſulas derogatorias ſpeciales. Rom. *conſil. 327. iſtæ ſunt rationes, num. 8.* vbi apoſtill. dicit * com- *
munem. † Et quando concurrunt multæ clauſulæ, videlicet *ex* 23
certa ſcientia, de poteſtatis plenitudine, motu proprio, & cum derogatione ampla tolluntur omnia contraria, plene Franc. Becc. *d. conſil. 56. num. 46. & ſeq.* † Extende; quia inducit diſpenſationem in- 24
habilitatis perſonæ in iis, quæ ſunt de iure poſitiuo. Rom. *conſil. 327. num. 10.* † Contrarium verius dicit ibi apoſtill. in *ver. non* 25
recte, & eſt * communis opinio iſta contraria, vt ibi apoſtill. dicit * Zabarell. *conſil. 117. num. 2. ver. nec prodeſt.* vbi, quod non inducit diſpenſationem ad plura incompatibilia. † Extende; quia ope- 26
ratur extenſionem gratiæ, & ad litem cum eo, cui conceditur. Rom. *d. conſil. 327. num. 11.* † Et quod faciat gratiam vberiorem 27
motus proprius. Anchar. *conſil. 295. in princ.* † Extende ampliatio- 28
nem; quia conceſſio iuris iniqui in gratia motu proprio non retorquetur. Rom. *d. conſil. 327. num. 12.* & apoſtill. in *ver. non retorquetur.* † Et diſpoſitio corrigens motum proprium dicitur odioſa, 29
& ſtricte debet intelligi. Anch. *conſil. 295. in princ. & num. 3. &* 4. † Extende; quia motus proprius excludit diligentiam alterius ha- 30
bentis ſimilem gratiam non motu proprio. Rom. *conſil. 327. nu. 13.* † Extende; quia excludit inhabilitatem ætatis imperrantis cura- 31
tum; quia ſufficit, quod ſit legitimæ ætatis tempore vacationis, licet non eſſet tempore datæ gratiæ. Rom. *d. conſil. 327. n. 14.* † Ex- 32
tende; quia conceſſio motu proprio capit pinguiorem præbendam, quando plures ſunt, cum tamen minor veniat in alia gratia ad inſtantiam partis. Rom. *d. conſil. 327. n. 15.* apoſt. in *ver. ſi pluribus.* & idem Rom. *conſil. 376. num. 8.* vbi plena apoſt. † Vide pleniſſ. per 33
Rebuff. *ſuper concor. in form. mand. apoſt. in ver. motu proprio.* vbi ponit 47. effectus motus proprii, & 16. caſus, in quibus nihil operatur, quos relatiue ſequitur apoſt. ad Lap. *alleg. 7. in fin. in ver. motus proprius*, & alia apoſtill. ad Rom. *d. conſil. 327. n. 9. in ver. alia.* vbi allegat Staphil. *de litter. gratiæ, & iuſtit. in 1 p. tit. de vi, & effectu clauſulæ.* † Extende; quia motus proprius tollit ſubreptionem, etiam ſi non 34
ſit facta mentio, quod Eccleſia ſit numerata, neque de iuramento; quia ſanatur ſubreptio per motum proprium. Anch. *conſil. 138. & conſil. 295. in princ.* † Extende; quod tollit ſubreptionem; quia non 35
ſunt expreſſa obtenta beneficia, neque qualitates, quæ ad impetrationem ſupplicantis deberent exprimi. Anch. *d. conſil. 138. in princ.* † Extende; quia etiam ſi valor non exprimitur in gratia mo- 36
tu proprio, valet. Anchar. *conſil. 138. n. 2. & conſil. 295. per tot.* vbi late, maxime in princ. vbi reddit rationem; quia ignorare præſumitur valorem, & ignorantia excuſat. † Et maxime in gratia motu pro- 37
prio facta Cardinali. Anch. *d. conſil. 295. per tot.* maxime *num. 8. ver. quarto reperio.* vbi, quod ſtylus Cancellariæ ita ſeruat. † Reſtringe; 38
quia motus proprius non tollit ſubreptionem, vel obreptionem, quæ oritur ex falſa expreſſione, puta beneficium curatum fuit expreſſum, quod eſt ſimplex; item valor 200. fuit expreſſus 20. certe motus proprius iſta non ſanat. Anchar. *d. conſil. 138. num. 2. & ſeq.* & idem plenius confirmat Alex. *conſil. 215. num. 2. & ſeq. ver. item clauſula, motus proprii, lib. 7.* vbi, quod non operatur quoad expreſſa, vt aliter debeant intelligi, quam ſit expreſſum, vbi, ſi Papa vniuit motu proprio capellam vt beneficium, & titulum beneficii, quæ non erat beneficium, non valet. † Declara reſtrictio- 39
nem, niſi conſtet de mente concedentis, vel niſi falſitas ſit modica, puta in ſexta parte. Anchar. *d. conſil. 138. num. 3.* † Imo, quod 40
falſa expreſſio eius, quod omiſſum non vitiaret, neque vitiat; quia ſi omiſſio totalis non vitiat; multo minus inepta, vel falſa expreſſio; quia error non vitiat. Anchar. *conſil. 295. num. 15. & ſeq. ver. non obſtat.* † Ratio, quare motus proprius ampliet gratiam, & tollat 41
ſubreptionem, eſt; quia vbi motus proprius, ibi mera liberalitas; ergo latiſſima interpretatio eſt facienda. Anchar. *d. conſil. 295. in princ.* † Limita; quia non inducit diſpenſationem, nec tollit de- 42
fectum perſonæ, vt ſupra, *in princip. ver. motus proprius.* Lap. *alleg. 7. num. 7. circa fin. ver. eo quia.* Geminian. *conſil. 104. in princip.* vbi dicit communem *, quod non tollit defectum perſonæ, pro qua *
ſcribitur, neque remouet inhabilitates. Zabarell. *conſil. 117. num. 2.*

ver. nec

ver. nec prodeſt. Ferret. *conſil.32.num.53.* apoſtill. ad Rom. *conſil.* 327.
* *num.9. in ver. non recte.* vbi plurimos citat, & communem * dicit.
43 † Extende; quia non tollit qualitates intrinſecas, extrinſecas vero
44 tollit. Zabarell. *conſil.117. num.2. ver. nec prodeſt.* † Contrarium
quod imo tollat inhabilitatem perſonæ prouenientem ex iure
poſitiuo, tenet Rom. *conſil.327. num.9.* reprobando gloſſ. in *clemen.*
ſi Romanus, de præben. ſed apoſtill. ibi ad Rom. dicit eum reprobari
45 communiter. † Declara; quia clauſula, *motu proprio*, idem ope-
ratur, quod clauſula, *non obſtante*; & ideo ſi Papa, vel Princeps con-
cedit mulieri iuriſdictionem, vel feudum motu proprio, habili-
tat perſonam mulieris; quia ſcit de iure eſſe inhabilem. Alexand.
conſil.24. Ponderatis, num.13. lib.5. vbi apoſtill. citat plurimos con-
46 cord. ſicque habilitat circa inhabilitatem de iure poſitiuo. † In-
telligas, quod operatur prædicta quoad expreſſa, ſecus quoad
non expreſſa. Alexand. *conſil.215. in princ. lib.7.* vbi, quod non tol-
47 lit impedimentum iuris quoad non expreſſa. † Limita; quia licet
non poſſit dari de ſubreptione motus proprii; tamen poteſt dari
de defectu intentionis. Lap. *d. alleg.7. in fin.* & ideo, quod non eſt
magna vis in motu proprio circa hoc, Abbas *conſil.101. In quæſtio-*
ne, num.7. ver. ergo neceſſario, lib.1. plene Alexand. *conſil.215. Non ob-*
☞ *ſtat, in princip. lib.7.* vbi apoſtill. in *ver. intentionis*, dat concord. plu-
48 res. Vide, *Intentionis defectus attendi. Concluſ.271.* † Limita; quia
non operatur in præiudicium tertii, nec ſupplet defectum inten-
tionis, nec tollit ea, quæ conſiſtunt in facto ignorato. Ferret. *con-*
* *ſil.32. num.52. & ſeq.* vbi dicit * communem, & repetit *conſil.38. n.4.*
plene Alexand. *d. conſil.215. in princ. lib.7.* vbi apoſtill. in *ver. intentio-*
49 *nis*, dat concord. † Limita; quia clauſula, *motus proprii*, non eſt po-
tens tollere ius alterius, etiam ſi illud ius ſit ad rem ex beneficio
legis indiſtincte loquentis. Gemin. *conſil.104. in princip. & num.3.*
50 *& 4. ver. in contrarium*, maxime *num.5. ver. & ratio fauorabilis.* † In
contrarium videtur Alexand. *conſil.24. num.13. lib.5.* vbi, quod imo
habet effectum clauſulæ derogationis, *non obſtante*, & clauſulæ, *ex*
51 *certa ſcientia*, vbi apoſtill. dat concord. † Limita; quia licet motus
proprius tollat ſubreptionem eius, quod reſpicit partem circa
narrata, vel omiſſa; tamen non tollit, quin cauſa expreſſa debeat
verificari, quando gratia alias de iure communi ſine cauſa expreſ-
52 ſa non valeret. Cardin. Zabarell. *conſil.96. in princ.* † Extende ma-
xime in materia odioſa, prout in vnione; quia narrata per modum
cauſæ, ſuper quibus Papa ſe fundat, debent verificari, alias gratia
eſt nulla, quando cauſæ ſunt tales, quibus ceſſantibus gratia eſſet
53 nulla. Card. *d. conſil.96. in princip.* † Limita; quia motus proprius
non firmat gratiam contra intentionem ſcribentis, nec tertio
cenſetur præiudicare velle. Abb. *conſil.101. In quæſtione, quæ vertitur,*
54 *num.7. lib.1.* Ferrett. *conſil.32. num.52.* † Limita; quia motus pro-
prius non tollit ius alterius, neque priuilegium, vel gratiam al-
teri factam, non facta mentione de illa, etiam ſi adſit clauſula, *ex*
☞ *certa ſcientia.* Zabarell. *conſil.136. col. fin. num.13.* Vide, *Derogatio le-*
55 *gibus, & aliis. Concluſ.216.* † Extende; quia imo, neque tollit prio-
rem gratiam factam ex cauſa publicæ vtilitatis, licet de ea faciat
mentionem, & illi derogat, quod nõ obſtet etiam ex certa ſcien-
tia, ſi non facit mentionem, quod prima gratia eſſet ex cauſa pu-
blicæ vtilitatis. Zabarell. *conſil.142. num.3. ver. quoad ſecundum, vſque*
56 *in fin.* vbi eſt caſus. † Extende; quia licet motus proprius tollat
ſubreptionem; non tamen tollit alias obſtantias. Zabarell. *con-*
57 *ſil.116. in fin.* † Limita; quia licet motus proprius tollat ſubreptio-
nem; non tamen ampliat gratiam ad tollendam inhabilitatem &
ad tollendum ius alienum. Zabar. *conſil.142. num.5.* vbi loquitur,
etiam ſi adſit clauſula, *ex certa ſcientia*, & *conſil.117. num.2. ver. nec*
58 *prodeſt.* Bero. *conſil.146. num.38. ver. præterea. lib.3.* † Extende; quia
59 non tollit ius patronatus. Zabar. *d. conſil.142. num.5.* † Extende;
quia non operatur, quod in gratia, & collatione beneficii inclu-
datur Hoſpitale, quod non eſt beneficium, Zabarell. *d. conſil.117.*
60 *num.2. ver. nec prodeſt.* † Limita; quia motus proprius cum dero-
gatione præcedentis gratiæ ex cauſa publicæ vtilitatis conceſſæ
non tollit primam gratiam, ſi non eſt facta mentio publicæ vtili-
tatis, etiam ſi derogatio contineat, quod habeatur pro expreſſa
gratia ex certa ſcientia; quia clauſula licet reſpiciat motum pro-
prium ex certa ſcientia; non tamen inducit ſcientiam tenoris pri-
mæ gratiæ, quia licet gratia prima ſit facti proprii Papæ; non ta-
men tenor eſt facti proprii Papæ. Zabar. *d. conſil.142. per tot.* maxi-
61 me *num.5. vſque in fin.* † Limita; quia motus proprius non opera-
tur, quod gratia odioſa fiat fauorabilis, ita Gaſpar. de Peruſ. *in*
tract. reſeruatio in 3. quæſtio. incip. *quis ſit effectus. num.5.* vbi, quod li-
cet tollat ſubreptionem; non tamen tollit odium, quod ineſt ſe-
cundum naturam materiæ, ſequitur Æneas de Falco. *de reſeruatio.*
62 *in 2. prælud. num.4.* † Contrarium videtur velle Anchar. *conſil.295.*
in princip. vbi, quod motus proprius inducit liberalitatem, & fa-
cit gratiam late intelligendam. † Limita; quia motus proprius
non extendit gratiam. Bero. *conſil.146. num.37. lib.3.* † Extende;
quia licet tollat qualitates extrinſecas; non tamen tollit intrinſe-
cas. Bero. *d. conſil.146. num.39. lib.3.* † Limita; quia licet tollat vi-
tium ſubreptionis; non tamen tollit vitium expreſſionis falſæ
cauſæ, vel falſæ qualitatis, ſuper qua Papa ſe fundaret. Bero. *d. con-*
ſil.146. num.40. & ſeq. lib.3. & num.49. † Limita; quia motus pro-
prius non tollit impedimenta iuris communis; ideo ſi quis motu
proprio obtinet gratiam de beneficio curato, non facta mentio-
ne, quod ſit curatum, gratia eſt nulla, non obſtante motu pro-
prio. Rot. *in nou. deciſ.111. Licet motus proprius*, alias *6. de præbend.* quem
citat, & ſequitur Alex. plene *conſil.215. Non obſtat, in princip. lib.7.*
vbi apoſtill. in *ver. intentionis.* dat plures concord. † Extende; quia
non operatur, quod expreſſa vno modo intelligantur alio modo,
neque quod non expreſſa, quæ debuerunt exprimi, prout cura,
& ſimilia, cenſeantur ſanata. Alexand. *d. conſil.215. in princip. lib.7. &*
per tot. vbi, quod vnio facta motu proprio de capella tanquam eſ-
ſet titulus beneficii, & non erat beneficium, & non valet; quia
obſtat falſa expreſſio, & omiſſio eius, quod debuerit exprimi, &
Papa ignorauit, non ſuppletur. Vide plenius per Anton. Gabriel.
lib.6. tit. de clauſulis. Concluſ.2. Clauſula, motu proprio, *quid operetur.*

Motus proprius Papæ non præſumitur. Concluſ. 406.

MOTVS † proprius Papæ non præſumitur, ſed præſumitur
in dubio ſuggeſtum à parte, & ad inſtantiam partis. Oldrad.
conſil.258. num.2. ver. quod vt melius. Alexand. *conſil.161. Viſis narratis,*
num.6. lib.7. & conſil.112. num.3. eod. lib.7. † Amplia in tantum,
quod ſi in literis Papæ non fit mentio de motu proprio, non ſuf-
ficit probatio per teſtes, quod Papa fecerit motu proprio; quia
forte Papa ante fuerat rogatus. Lap. *alleg.90. In Dei nomine, num.5.*
ver. & bene facit. Alexand. *d. conſil.112. Viſa copia, num.3. lib.7.* † Imo;
apoſtil. ad Alexand. *d. conſil.112. num.3. in ver. inſerta. lib.7.* dicit, quod
etiam ſi adſit clauſula, *motu proprio*, raro præſumitur motus pro-
prius. † Declara; quia gratia in dubio præſumitur obtenta ad po-
ſtulationem partis, non autem motu proprio, niſi in gratia ſint il-
la verba, *motu proprio*, & hoc ad effectum, vt poſſit dari de ſub-
reptione, vel non. Alexand. *d. conſil.161. Viſis narratis, in fin. num.6.*
& conſil.112. Viſa copia, num.3. lib.7. † Amplia, ſeu extende; quia in
dubio gratia præſumitur ad poſtulationem partis. Alexand. *con-*
ſil.95. Requiſitus, num.8. ver. non obſtant. lib.7. † Extende; quia narrata
per Papam, vel Principem in gratia, cenſentur narrata à parte,
niſi contrarium appareat. Alexand. *d. conſil.112. Viſa copia, num.5. nec*
accedit, lib.7. Vide, *Narratiua gratia debet probari. Concluſ.1.*

Motus proprius apponitur in gratiis, non autem in contractibus. Concluſ. 407.

MOTVS † proprius apponi conſueuit ſolum in gratiis, & pri-
uilegiis, non autem in contractibus, qui conſenſu partium
perficiuntur, & non indigent motu proprio. Caſtr. *conſil.415. In*
facto præſenti, num.4. in fin. ver. non obſtat. lib.1.

Mulcta quid ſit, & appellatione mulctæ quid veniat. Concluſ. 408.

MVLCTA † eſt proprie, quæ imponitur à iudice contra inobe-
dientem, & dicitur improprie pœna, vt dicit text. in *l. ſigna*
pœna. ff. de verb. ſignif. vbi ponuntur plures differentiæ inter pœ-
nam, & mulctam, vbi Bart. *num.7.* dicit, quod mulcta ſemper pe-
cuniaria eſt, & quod eſt cuiuſdam delicti ſpecialis pœna, quam ex
proprio iudicis motu procedat. *l. aliud. §. inter. ff. eod. tit.* † Plenius
Rebuff. in *l. aliud. la ſeconda. §. inter mulctam. ff. de verb. ſignif.* vbi, quod
mulcta à mulgendo; quia mulget crumenas, dicitur. † Ponitur
autem improprie pro pœna vt per gloſſ. fin. *in d. l. ſi qua pœna. ff. de*
verb. ſignific. in ver. dicat. † Et pariter ponitur improprie pro pœna
conuentionali, gloſſ. *in auth. de iudic. in §. quia vero, in ver. dat mul-*
ctam. † Declara tamen; quia licet ſtatutum det arbitrium iudici
ſuper certis delictis pronunciandi, & declarandi, erit ſemper pœ-
na; & non mulcta, licet ſi iudex indiſcrete eſſet arbitratus, detur
appellatio, & iudex appellationis reformabit, prout etiam refor-
mat mulctam, ſed non erit mulcta. Bart. *in d. l. ſi qua pœna. num.7.*
ver. quæro ſtatutum. ff. de verb. ſignif. † Vide omnino Rebuff. *d. tit. &*
liud, la ſeconda. §. inter mulctam. ff. de verb. ſignif. vbi multa pulchra
verba cumulat, nempe, quod mulcta, & pœna differunt in mul-
tis, & in quibus, quod pluries vnum accipitur pro alio, quod mul-
cta of

ecta est ad correctionem & emendationem eius, qui mulctatur; pœna est ad puniendum, non ad corrigendum, & vt sit ad metum aliorum; item dicit, quod licet mulcta sit de pecuniaria tantum pœna; tamen verbum mulctare importat quandoque confiscationem tertiæ, vel dimidiæ partis bonorum, & sic verbum mulctare latiorem significatum habet, quam mulcta, vbi dicit, quod non potest quis mulctare in anno, nisi ter; item, quod Ecclesiastici non possunt mulctari, & si mulctantur, debet erogari mulcta in vsus pios, finaliter, qui possint mulctare, & qui non.

Mulcta à quibus possit imponi, & quomodo. Concluſ. 409.

1 MVLCTARE † potest iudex ordinarius. *l.2.§.fin.in fin.ff.de iudic.*
2 Angel. *consil.8. Regulares introitus, per totum.* † Extende; quia etiam Potestas castri, & municipii habentis merum, & mixtum imperium, potest mulctare; quia omnibus iudicibus censetur concessum, cum distinctione tamen, vt minores iudices minores mulctas imponant; maiores vero possint imponi à iudicibus ciuitatum ordinariis. Alexand. *consil.35. Viso themate, num.5. ver. aut*
3 *volumus, lib.2.* † Declara; quia minores mulctæ, quæ possunt imponi à iudicibus ordinariis municipiorum, & dicuntur leues secundum iuris dispositionem, ascendere possunt ad duas vncias auri, quæ important scuta 12. quia duodecim vnciæ auri constituentes vnam libram faciunt scuta 72. auri, & sic circumscripta consuetudine à duodecim scutis infra potest indici mulcta à iudicibus ordinariis inferioribus. Alexand. *d.consil.35. Viso themate, n.5. ver. aut volumus, lib.2.* vbi tollit contraria, *d.l.3.§.si quis ad pedaneum. fine quis eum, qui in ius vocat. vi eximat.* qui loquitur quoad pœnam
4 illius edicti, non quoad mulctam. † Amplia; quia iudices supremi possunt mulctare etiam in confiscationem bonorum. *l.1. C. ne fine iussa princip.* vbi Cyn. Angel. Fulgos. & alii, plene Capic. *dec.210. num.40. & seq.* vbi, quod Vice Rex Neapolis potest imponere pœnam confiscationis, & exemplificat in Rege, Duce, & Su-
5 periore, qui non habet superiorem. † Secus est in aliis iudicibus etiam habentibus iurisdictionem ordinariam, ac merum, & mixtum imperium; quia non possunt imponere pœnam confiscationis bonorum sine iussu superioris, vt Cyn. & alii in *d. l.1. ne fine*
6 *iussu princip. C.* Vide, *Mulcta an possit continere. Concluſ.411.* † Limita in iudice delegato; quia regulariter non potest mulctam imponere. Angel. de Perus. *consil.8. Regulares introitus, nu.1. ver. primo quia.* quod est Angeli, & Roselli de Aretio. Alexand. *consil.35. Viso the-*
7 *mate, num.5. ver. aut volumus. lib.2.* † Extende, vt procedat etiam in eo, qui alias est iudex ordinarius, & delegatus; quia si procedit vt delegatus, non potest mulctare. Angel. *d.consil 8. per totum. num.2.*
8 *ver. nec obstat.* † Restringe in delegato ad vniuersitatem causarum.
9 *l.fin. C. de sportul.* Angel. *d.consil.8. n.1. & num.2.* † Restringe, quando iudex delegatus non potest tueri suam iurisdictionem sine mulcta. Angel. *d.consil.8. nu.2. ver. regula est.* & idem tenet Alexand.
consil.35. colum. fin. in princip. lib.2. dummodo pœna non sit magna.
10 † Restringe, quando mulctaret executorem inobedientem. Angel. *d.consil.8. num.2.* † Restringe in Curia Romana de stylo; quia
11 est permissum à Principe. Angel. *d. consil.8. num.1.* † Restringe, quando delegato est mandatum, vel concessum, quod mulctare possit. *l.2.§.fin.in fin.ff.de iudic.* quod intellige, dummodo in specie, & specifice sit mandatum. Angel. *d.consil.8. num.2. ver. nec obst.*
12 † Limita; quia mulcta etiam à maioribus iudicibus non potest esse corporalis; & ideo non posset fieri mulcta, quæ contineret, quod posset mulctatus post certum tempus impune offendi, & non valeret. Bart. *in 1. quæstio. Lucanæ Ciuitatis in solutio. num.15. ver. numquid si iudex.* Vide Socin. *regul.10. Delegatus mulctam inferre non*
pos. limitat quinque modis.

Mulcta qualiter possit imponi, & contra quos. Concluſ. 410.

1 MVLCTA † ad hoc vt possit imponi, requiritur præfixio termini, & causæ cognitio, alias non tenet. Bald. *consil.124. Archi-*
2 *presbyter habens, circa fin. ver. præterea. lib.1.* † Amplia; quia ad hoc, vt mulcta possit imponi, requiritur contumacia mulctandi, alias nõ posset imponi. Bald. *d.consil.124. in fin. lib.1.* Angel. de Perus. *con-*
3 *sil.8. Regulares introitus, num.2. ver. tertio quia.* † Extende; quia etiam ficus contumax non potest mulctari, nisi constet, quod sciuerit se citatum; ideo citatus ad domum, vel in Ecclesia non potest dici verus contumax, & consequenter non potest mulctari. Angel.
d.consil.8. num.3. ver. quarto quia, quod est Angel. & Roselli de Aretio. Vide Incertum Authorem post reg. Socin. *regul.12. Contuma-*
cia vera requiritur, vt quis possit mulctari, nec sufficit ficta, vbi limitat duobus modis.

Mulcta an possit continere confiscationem bonorum. Concluſ. 411.

POTEST † continere mulcta, & præceptum pœnam confisca- 1
tionis bonorum. Crauett. *consil.373.* † Contrarium tenet Iul. 2
Clar. qui alios allegat in §. *fin. quæst.31. num.6.* vbi dicit communem*, & quod opinio Bald. contraria *in cap.1. de testib. cogen.* com- *
muniter* damnatur. Vide, *Mulcta à quibus possit imponi. Concluſ.109.* *

Mulcta & pœna expressa in præcepto contempto potest exigi, & quando secus. Concluſ. 412.

POENA, † & mulcta, quando est expressa in præcepto, quod 1
contemnitur, etiam si excedat terminos *l.fin. C. de mod. mulctar.* potest secuta condemnatione exigi; quia ille text. non habet locum in criminibus grauibus, nec quando præceptum continet pœnam certam. Oldrad. *consil.15. Circa processum.* vbi in fine dicit ita seruari de consuetudine generali. Iul. Clar. *in §. fin. q.31. num.6. ver. item quæro*, ita etiam Socin. *in reg.1. Magistratus mulctam taxatam.* in 1. fallentia. † Amplia; quia licet soleat dici, quod spernens iussum Regis debeat pœna capitali puniri; tamen non indistincte est 2
verum, quia si in præcepto Regis est expressa pœna certa, illa sola debet exigi contra spernentem; secus si nulla pœna sit expressa; quia tunc erit arbitraria secundum qualitatem facti, & præcepti spreti. Bald. *consil 363. Venerabilis in Christo, num.4. ver. adde, vtrum, lib.3.* Vide, *Præcepto superioris. Concluſ. 478.* † Declara; quia potest 3
exigi mulcta, quando præceptum spernitur, nisi præceptatus appellet à præcepto, vel nisi pareat. Gandin. *in tit. quid sit agendum reo absente, & contumace.* † Declara; quia regulariter à præceptis non 4
est inchoandum. Vide plenius, *Præceptum à iudice. Concluſ. 482.* Limita; quia regulare est, quod multa non potest excedere summam expressam in *l. eos. C. de modo mulctar.* & excedens reddit duplum, & soluit fisco de eo, & illum text. pro regula allegat Socin. *d.reg.1. Magistratus mulctam taxatam.* † Extende limitationem; 5
quia sententia excedens mulctæ permissæ quantitatem in totum est nulla. Angel. de Perus. *consil.8. num.3. ver. fuerunt etiam dictæ mulctæ.* † Limita; quia præceptum non potest continere pœnam 6
confiscationis bonorum. Iul. Clar. *d.§. fin. quæst.31. num.6.* vbi dicit* communem, citat plurimos, reprobato Bald. *in c.2. in princip.* * *de testib. cogen.* allegat Natt. *consil.214. num.2.* & Roland. à Vall. *consil.47. num.46. lib.2.* † Contrarium tenet Bald. *d.c.2. in summario,* 7
de testib. cogend vbi dicit notatu dignum. † Declarat Bosi. *tit. de mulctis, num.10. & seq.* quod in casibus, & delictis maximis, & irregularibus potest mulcta continere confiscationem. 8

Mulcta qualiter euitari possit, & quando. Concluſ. 413.

MVLCTA † imposita non potest exigi, nisi mulctandus per- 1
seueret in contumacia. Bald. *consil.124. Archipresbyter habens, lib.1.* † Amplia, vt maxime hoc procedat in criminibus extra- 2
ordinariis, in quibus habet locum pœnitentia re integra, Bald. *d.consil.124. in fin. lib.1.*

Mulcta quando remittenda, vel non. Concluſ. 414.

MVLCTA † remitti potest, quando mulctatus comparet re 1
integra pariturus, & ius fisci non est effectum deterius, maxime, si est pauper. Clar. *q.95. ver. hæc autem omnia.*

Mulier non est capax multorum. Concluſ. 415.

MVLIER, † & fœmina regulariter non est capax iurisdictionis; 1
ideo non succedit in feudo secundum naturam feudi. Vide, *Fœminæ sunt in multis, &c. Concluſ.94.* † Restringe; quia quando 2
succedit in dignitate habente iurisdictionalia; tunc est capax, vt etiam per se exerceat iurisdictionalia. Felin. *in c. dilecta, in princ. de maior. & obed.* qui dicit vidisse Reginam Ioannam sedentem in solio, & per seipsam proferre sententiam contra illos de Balso. † Et 3
de Comitissa Matthilda meminit gl. *in l. fin. C. de arbitr.* † Amplia; 4
quia ea, quæ sunt ordinis, non cadunt in mulierem; ideo non potest mulier excommunicare; quia excommunicatio saltem requirit or-

rit ordines minores. Felin. *d. cap. dilecta, num. 3. ver. nota bene, de maior.*
5 *& obed.* † Extende, etiam si consuetudo esset in contrarium; quia
non valet, neque præscriptio, Felin. *d. c. dilecta, num. 3. de maior. &*
6 *obed. ver. Amplia, & num. 4.* † Amplia; quia mulier non potest & se
7 capax curæ animarum. † Restringe; quia licet moniales, quia mu-
lieres, non possint curam animarum exercere per se; possunt ta-
men per alium; ideo potest monasterium, & Abbatissa habere cu-
ram animarum non per se exercendam, sed per alium etiam amo-
uibilem. Rota Bisignet. *decis. 21. de præben.* quam sequitur Felin. *in*
☞ *d. c. dilecta, in princ. de maior. & obed.* Vide, *Abbatissa monialium quid,*
8 *& c. Concluſ. 28.* † Amplia; quia mulier laborat contra propria
commoda; quia non ita capax est consilii. Abb. *consil. 63. Videtur*
primo, in fin. ver. item istud fuit. lib. 1. & consil. 91. Quoad primum, col. 4.
☞ *circa med. ver. posset etiam, lib. 1.* vbi idem in minore. Vide, *Fœminæ de-*
terioris conditionis. Concluſ. 94. Vide Concluſ. prox. seq.

Mulier habet multa priuilegia de iure communi. Concluſ. 416.

1 DE † iure communi mulier pro debito ciuili non potest carce-
rari. *C. de custod. reorum, auth. nouo iure.* Marsil. *singul. 258. Conditio*
☞ *mulierum, auth. sed hodie. C. de off. diuer. iud.* Vide, *Carcerari nemo po-*
2 *test, & c. Concluſ. 80.* † Extende, etiam si non adsint bona, in quibus
3 possit fieri executio. Guid. Pap. *decis. 256.* † Extende; quia non ces-
sat priuilegium, etiam si extat statutum, quod ex causa releuatio-
nis indemnitatis quilibet capiatur personaliter. Bald. *consil. 187.*
4 *Punctus, duo sunt statuta, lib. 5.* † Extende, quia imo punitur pœna
mortis iudex, qui pro debito ciuili fecit ex domo sua capere ma-
tremfamilias, & ducere ad carceres. Clar. in § *fin. quæst. 68. num. 12.*
5 allegat ad hoc *l. 1. C. de offic. diuer. iudic.* † Extende maxime in mu-
liere matrefamilias; quæ neque potest capi, vt ducatur ad iudi-
cium, Vide plene Socin. *Reg. 12. Materfamilias.* vbi limitat, seu re-
6 stringit septem modis, quos videas. † Restringe, nisi ex causa ad-
ministrationis tutelæ; quia potest, si non fecit inuentarium,
neque librum rationum, carcerari. Rom. *consil. 118. Quoad primum,*
7 *circa fin.* vbi apostill. in *ver. matri & auiæ*, citat plurimos. † Restrin-
ge in muliere inhonesta, & sic in meretrice. Iason *in l. plerique, ad*
8 *fin ff. de in ius voc.* † Amplia in casibus, in quibus mulier potest car-
cerari; quia debet poni in carcere de per se, non autem vbi sunt
9 masculi. Marsil. in *praxi, in ver. attingam, num. 62.* † Et cognoscens
mulierem carceratam carnaliter, etiam si sit meretrix, punitur, ac
si cognouisset honestam mulierem propter reuerentiam carce-
10 rum. Marsil. *singul. 150. Accessus.* † Imo custos carcerũ cognoscens
carnaliter mulierem carceratam punitur pœna capitis. Ioan.
11 Fabri. *Instit. de public. iudic. §. item lex.* † Amplia; quia in pœnis im-
ponendis propter imbecillitatem sexus mitior pœna imponitur
mulieri, quam masculis hominibus, gloss. per illum text. *in l. sacri-*
legii pœnam, ff. ad leg. Iul. pecul. & in l. si adulterium, ff. de adulter. & in l.
quisquis, §. ad filias. C. ad l. Iul. maiestat. cap. indignantur, 32. q. 6. Bald. *in*
12 *l. quicunque, num. 17. C. de seru. fugit.* † Amplia; quia honesta mulier
de iure communi, etiam pro delicto non debet carcerari, sed po-
ni in monasterio, vel saltem iudex debet esse circumspectus, vt in
loco tuto, & cum custodia honesta ponat nobiles; & licet non
seruetur hoc priuilegium, quando delictum est capitale, & quan-
do sunt mulieres leuis conditionis; tamen iudex debet esse cau-
13 tus. Clar. § *fin. q. 28. num. 3. ver. quæro igitur.* † Amplia; quia igno-
☞ rantia iuris excusat de facili mulierem, & rusticum. Vide, *Error*
quicunque excusat, & c. Concluſ. 327. Vide Concluſ. prox. præced.

Mulier prægnans non potest puniri, & quomodo. Concluſ. 417.

1 MVLIER † condemnata vltimo supplicio, si est prægnans, non
potest puniri, sed expectatur partus. Alexand. *consil. 55. In*
2 *causa inquisitionis, num. 5. ver. & per prædicta etiam, lib. 7.* † Extende;
quia neque potest puniri in pœna mutilationis membri, donec
est prægnans. Alexand. *d. consil. 55. lib. 7.* vbi, quod in hoc æquipa-
ratur pœnæ mortis.

Mulier quando non obligetur ex renunciatione successionis sibi debitæ. Concluſ. 418.

1 IN † minori ætate renuncians mulier cum iuramento succes-
sioni hæreditatis paternæ, & maternæ non obligatur, neque si-
bi præiudicat, si non fuit certiorata de importantia iuris sibi de-
biti, & non dicitur certioratio probata ex verbis Notarii in in-
strumento, quod ipse certiorauerit. Feder. de Sen. *consil. 199. Quæ-*
ritur, an Domina Margarita, per tot. vbi est casus, vbi mouetur etiam,
quod non valeat propter falsam suggestionem, & in fine dicit,
quod consanguinei consueuerunt circumuenire fœminas com-
muniter in huiusmodi renunciationibus.

Mulierum genus auarissimum. Concluſ. 419.

EST † auarissimum genus mulierum, *l. sed si ego, in fin.* vbi not.
Doctor. *ff. ad Velleian.* Castrens. *consil. 343. Considerandum, num. 3.*
lib. 1. † Extende maxime in maritum, cui donatio est prohibita,
Bart. *consil. 124. Punctus quæstionis, col. 2. num. 2. in fin. lib. 1.* † Amplia;
quia mulierum genus auarissimum est; ideo non præsumitur do-
nare. Alexand. plene *consil. 144. num. 10. lib. 5.* Bald. *consil. 366. num. 2.*
lib. 2. & alii, sup. *Concluſ. 97. ver. quartus casus*, qui hoc dicunt, quod
vxor non præsumitur donasse fructus rerum extradotalium, &
inter alias rationes; quia est genus auarissimum. Bart. in sua q. 7.
Mulier habens, in pr. num. 2. ver. quinto probo. † Extende; quia eadem
ratione non præsumitur filio donasse; quia auara est mulier, &
maxime, si filius non indiget. Bald. *in l. 2. C. de iur. dot. in prima lectur.*
& in *cap. literas, num. 13. ver. quæro vtrum, de præsumpt.* Ias. *in l. si fu-*
dum per fideicommissum, ff. de leg. 1. Capic. *decis. 180.* † Extende; quia
eadem ratione, scientia, & patientia mulieris, quod maritus bo-
na sua administret, & fruatur illis, non censetur consentire, quod
sint dotalia, quando non tenetur; quia mulierum genus est au-
rissimum. Bart. *d. q. 7. Mulier habens, num. 2. in princip. ver. quinto proba.*

Mulier quando possit renunciare hypothecæ, vel non. Concluſ. 420.

POTEST † mulier renunciare iuri hypothecæ suæ quoad quæ-
dam bona mariti, vel creditorum illius, quando superfunt a-
lia bona, quæ sufficiant pro satisfactione dotis in patrimonio
mariti. Bald. *consil. 65. Præmittendum est, lib. 3. & consil. 164. Casus, se-*
per quo, lib. 3. vbi simpliciter loquitur, quod valet renunciatio hy-
pothecæ dotalis facta per mulierem. Castr. *consil. 41. Visis, & consi-*
deratis, lib. 1. Fulgos. *consil. 206. Pro eius, de quo quæritur.* Rom. *con-*
sil. 187. In re præsenti, vbi apostill. 1. dat concord. quod si non ad-
sunt alia bona mariti, non sibi præiudicat, & idem tenet Afflict.
decis. 311. extat consuetudo. & idem dicit Abb. *consil. 8. Tria, lib. 2. pr.*
tor. Vide, *Cessio iurium debet fieri, & c. Concluſ. 211.* Vide, *Cessionarius*
vtitur eodem, & c. Concluſ. 213. Vide, *Dos an posit per maritum, &c.*
Concluſ. 794. Vide, *Vxor vendens fundum, & c. Concluſ. 391.* † De-
clara tamen; quia si adest statutum dans aliquam solemnitatem
tempore dictæ renunciationis; illa seruari debet, alias sibi non
præiudicat mulier. Bald. *consil. 52. Obligatio prima, ver. si tamen, lib. 3.*
vbi dicit secus esse, si statutum est posterius; quia non compre-
henderet antecedentes consensus. † Imo Castr. in statuto Pist-
riensi dicit, quod facit valere renunciationem, etiam si alia bona
mariti non extarent; quia alias nihil operaretur; quia de iure com-
muni mulier potest renunciare, *consil. 41. ver. nec obstat, lib. 1.* fol. 6.
lud est; quia si statutum dicit expresse, alias nihil operaretur, q
ipse dicit ibi; quia si statutum dicit, quod non possit renuncia
sine certa solemnitate; ergo si renunciauit cum solemnitate, tu
non adsint alia bona, sibi præiudicat; quia si intelligeretur stat
tum secundum ius commune, quod valeat, si extant alia bona
marti, prout est de iure communi, statutum esset superfluum.
† Extende; quia quando hypotheca est expressa ex instrumento
dotali, de quo mulier habet notitiam, valet talis renuncia hy-
pothecæ, licet non fuerit certiorata; quia satis dicitur certa, q
quo sciebat se habere instrumentum; secus, si esset hypothe
cita, & legalis. Bald. *consil. 165. Vtrum sit necesse, lib. 3.* Vide, *Mu*
nuncians beneficio. Concluſ. 246. † Extende; quia imo renuncia
mulieris facta suis hypothecis anterioribus præiudicat mulier
stante statuto, prout Pistorii, quod possit renunciare, seruata so
lemnitate. Castrens. *d. consil. 41. ver. nec obstat.* & concord. Bald. *con*
sil. 52. vbi loquitur in habente iura dotalia, & sic in successore ma
lieris; quia sibi præiudicat renunciando, *lib. 3.* † Declara tamen
quia si vxor cum marito vendat, & renunciet iuribus suis sine ju
ramento, non sibi præiudicat, nisi quatenus constet pretium u
vtilitatem mulieris fuisse versum. Signorol. Homod. *consil. 21. c*
missa narratione, per totum. & consil. 42. & ita etiam dicit Afflict. *d*
cis. 311. in fin. Abb. *consil. 8. Tria, in princip. lib. 2.* † Amplia in casu co
trario, quando mulier alienauit bona mariti, & etiam de eadem
ne se obligauit cum consensu mariti; quia censetur tacite in
bonis alienatis renunciasse iuri suæ hypothecæ; ideo repellet
tur agens exceptione; quia quem de iure tenet actio, eumdem
repellit exceptio. Rom. *consil. 140. Hæc venditio, per tot.* † Amplia
qua

quia mulier, quæ renunciauit hypothecæ dotali in alienatione facta per maritum, non potest agere ad dotem, nisi cedat iura sua. Fed. de Sen. *cons.* 241. *Domino Ioanni, per tot.* Bald. *cons.* 189. *Dominus Lanfranchus, nu.* 4. *ver. secundum pactum, lib.* 4. Vide, *Exceptio cedendarum num. &c. Concl.* 386. †Contrarium vide plene in *ver. Cessio iurium debet fieri ex necessitate, &c. Concl.* 211. †Amplia; quia bene valet renunciatio mulieris cum marito, qñ ambo obtulerunt omnia bona sua Hospitali reseruato vsufructu; quia mulier non est læsa, neque potest reuocare oblationem. Cast. *cons.* 41. *per tot.* maxime *circa fin. lib.* 2. †Amplia; quia nedum potest mulier consentire viro alienanti bona vxori hypothecata pro dote, sed etiam potest expresse de se renunciare iuri hypothecę in illa re, *l. iubemus, C. ad Velleian.* Abb. *cons.* 8. *in princ. lib.* 2. Vide, *Renunciare iuri in fauorem, &c. Concl.* 171. † Extende; quia sibi præiudicat consentiendo viro alienanti certam rem hypothecatam, vel renunciando hypothecæ respectu certorum bonorum, vt non possit pro dote postea agere contra illa bona, neq; contra illum tertium possessorem, quando maritus habet alia bona, super quibus est consultum vxori, *auth. siue à me. C. ad Velleian.* Bald. *cons.* 307. *Quilibet iustus possessor, lib.* 1. Roman. *cons.* 140. *Hæc venditio rerum*, vbi dicit secus, si alia bona mariti non superessent. Doctor. in *l. Mœuia, §. fundus. ff. solut. matrim.* Paris. *cons.* 75. *nu.* 3. *lib.* 3. †Etan requiratur, quod habeat alia bona tempore restitutionis, vel sufficiat tempore renunciationis. vide infra *n.* 37. *ver. Limita, quia renunciatio.* †Extende; quia sibi præiudicat mulier renunciando hypothecis suis quoad illa bona, etiam si non adsint alia bona mariti, quando mulier habet fideiussorē pro dote cum marito obligatum; quia non dicitur maritus non soluendo propter defectum propriæ substantiæ, si sunt facultates alterius correi adidē obligatæ. *l. si plures, §. præterea si quæramus, ff. de fideiussor.* & tali casu non habet locum *d. authen. siue à me. C. ad Velleia.* vt dicit Afflict. *decis.* 312. †Declara tamen; quia non præiudicat mulieri confessio, quod adsint alia bona mariti pro eius securitate; quia eadem facilitate, &c. ideo non obstante tali confessione poterit agere contra bona alienata, si non extant alia. Doctor. in *authent. si qua mulier. C. ad Velleia.* Paris. *d. cons.* 75. *nu.* 16. & 17. *lib.* 3. vbi dicit, quod ita iudicatum fuit per sacrum Consilium. † Amplia; quia mulier sibi præiudicat renunciando hypothecæ, etiam sine iuramento, licet non extent alia bona mariti, quando pecunia rei peruenit ad mulierem etiam constante matrimonio, si tamen restitutio sit facta dictæ dotis in pecunia in casu permisso constante matrimonio, & quando possit restitui, plene Alex. in *l. 2. in princ. ff. solut. matrimon. & in l. mutuo, §. manente, ff. de iur. dot.* ideo si pecunia est restituta vxori in casu permisso, non habebit regressum, etiam si non adsint alia bona. Bartol. in *l. iubemus. C. ad Velleian.* †Restringe, quādo restitutio dotis nō esset permissa constante matrimonio; quia si non extant alia bona mariti, sibi non præiudicat. *d. auth. siue à me, C. ad Velleia.* & ita Afflict. *decis.* 313. *in fin.* † Declara restrictionem, nisi probaretur, quod vxor esset facta locupletior; quia tunc etiā si non erat locus restitutioni dotis constante matrimonio, non conuenit, quod iterum petat, si est locupletior, *l. si pro rata*, §. 1. *ff. de religio. & sumpt. funer. l. fi. ff. de iur. dot.* Afflict. *decis.* 311. † Restringe, nisi mulier probaret, quod reuera pecunia peruenit ad virum, licet instrumentum dicat, quod ad mulierem; quia veritas debet attendi. † Amplia; quia mulier, quæ renunciauit hypothecæ bonorum per virum alienatorū, sicuti non potest agere contra bona alienata, ita nec contra alia bona in alium alienata, quando ille tertius posset venire contra emptorem bonorum, cui renunciauit. Vide, *Molestiam non dare, &c. Concl.* 307. † Amplia; quia mulier sibi præiudicat renunciando hypothecæ, qñ extat consuetudo, prout Neapolis, quod mulier potest renunciare; quia si extant alia bona, valet renunciatio. Affl. *d. decis.* 311. *per tot.* †Extende multo magis, quando iurauit non contrauenire; quia etiam, ꝙ non extent alia bona, sibi præiudicat. Afflict. *d. decis.* 311. *nu.* 4. † Restringe, quando non extaret consuetudo; quia si non iurauit, & non extant alia bona, sibi non præiudicat. Afflict. *d. decis.* 311. *nu.* 4. *& seq. ver. sed pone casum.* †Amplia; quia mulier sibi præiudicat renunciando sine iuramento, etiam si non adsint alia bona mariti, qñ habet correum, contra quem mulieri est succursum. Afflict. *decis.* 312. *per tot.* †Limita; quia non valet renunciatio mulieris facta marito vendenti propria bona dotalia vxoris. Castrens. *d. cons.* 41. *n.* 3. *ver. si vero dos, lib.* 1. †Limita; quia non valet talis renunciatio vxoris facta iuribus suæ hypothecæ, quando maritus non habet alia bona, nisi ea, quæ venduntur; ideo sibi non præiudicat talis renunciatio. Fulgos. *cons.* 206. *Pro eius, de quo quæritur. per tot.* vbi recitat opiniones, & dicit hanc* veriorem; quia alias induceretur donatio; quæ non valet, & idem dicit Rom. *cons.* 140. *Hæc venditio rerum*, vbi apostill. in *verſic. iuri hypothecæ*, & clarius idem Roman. *cons.* 187. *In re præsenti*, vbi apostill. in *versic. sufficiant*, dat concord. Negus. *de pignor. in 3. membr. 6. partis princ. ante nu.* 15. Abb. *consil.* 8. *in princip. lib.* 2. plures citat ad hoc Alexand. *cons.* 83. *Viso processu, nu.* 5. *versic. & prædicta maxime. lib.* 6. † Extende, etiam si cum iuramento 27
sit renunciatum; quia si non adsunt alia bona, non obligatur, & potest contrauenire mulier. Paris. *cons.* 5. *lib.* 3. † Extende maxime 28
in Ciuitate Florentiæ, vbi est facta constitutio, quod valeat renunciatio, & sibi præiudicet mulier, dummodo non rumpatur ius solidi, videlicet dūmodo integre mulier possit satisfieri in aliis bonis. Fulgos. *d. cons.* 206. *col.* 3. *in princ.* vbi interpretatur dictam constitutionem. †Declara extensionem d. constitutionis; quia si 29
mulier habet fideiussores obligatos, nihilominus non valet renunciatio, quasi ius solidi habeat contra fideiussores; quia constitutio intelligi debet in bonis mariti, ex quo præiudicaret nimis fideiussoribus. Fulgos. *d. cons.* 206. *col. penult. & fin.* vbi latissime. † 30
Imo; quod etiam si adessent alia bona tempore renunciationis, non sufficiat, si tempore, quo agit mulier, nulla adsunt bona mariti; poterit enim habere regressum contra bona, quibus renunciauit, Imol. in *cap. peruenit, de empcio.* quem citat, & sequitur apost. ad Rom. *d. cons.* 187. *in versic. sufficiunt*, quæ dicit hanc æquiorem esse, prout etiam dicit Afflict. *decis.* 313. *in fin.* † Imo quatenus mu- 31
lier consequatur à fideiussore, poterit fideiussor obtenta cessione, vel sine, contra bona sola mariti, pro quibus mulier consensit, agere. Fulgos. *d. cons.* 206. *in fin.* Vide, *Fideiussor sibi præiudicat. Conclus.* 303. † Restringe, & declara tamen; quia an adsint alia bona, vel 32
non, incumbit onus probandi mulieri, quod non adsint alia bona. Castrens. *cons.* 71. *Super primo dubio. lib.* 1. vbi dicit, quod alias mulier succumberet, si hoc non probaret; & est ratio; quia habens consensum mulieris habet intentionem fundatam, & quod dicit mulier, est replicatio; ideo sibi incumbit onus probandi; quia sicut exceptio se habet ad actionem, vt probet; ita replicatio ad exceptionem. †Contrarium, quod eo ipso, quod non constat extare, vel extitisse alia bona, sit probata intentio mulieris. Castrens. 33
consil. 8. *num.* 2. *versic. & hoc videtur probari, lib.* 2. allegat Bart. in *l. si constante, in 1. quæst. princ. ff. sol. matrim.* & hanc partem tuetur Affl. *d. decis.* 313. *Retem is terminis*, vbi, quod sufficit, quod non extent bona alia tempore dotis restituendæ. † Restringe, nisi interuenisset 34
iuramentum in renunciatione; quia licet non adsint alia bona mariti, mulier sibi præiudicat, ne possit agere cōtra bona liberata. Canon. in *cap. peruenit, de empt. & vendit.* per *cap. cum contingat, & cap. si vero de iureiur. capit. licet mulieres, eod. tit. lib.* 6. quicquid dixerit in contrarium gloss. in *l. si qua mulier. C. ad Velleian.* quæ communiter *reprobatur, vt dicunt Alex. & alii in *l. Mœuia, §. fin. ff. solut. matrim.* * Bald. in *l. etiam. C. ad Velleian.* Cyn. & Bald. in *authen. siue à me. C. eod.* Castrens. *d. consil.* 8. *nu.* 2. *versic. quarto renunciauit, lib.* 2. Afflict. *decis.* 311. *n.* 4. vbi late, Alexand. *consil.* 83. *Viso processu, n.* 6. *vers. nec ad hoc, lib.* 6. †Contrarium tenet Alciat. in *d. ca. cum contingat, n.* 9. & 10. *de iureiuran.* quia quando alia bona non supersunt, non sibi præiudicat mulier, & dicit menti tenendum. Paris. *cons.* 75. *per tot. lib.* 3. † 36
Declara; quia si tempore alienationis, vel renunciationis non aderant alia bona, non valeat alienatio, cui mulier cōsensit, nisi pretium fuerit inuestitum, neq; renunciatio valeat de iure communi, vel etiam stante statuto dante formam, & solemnitatem, si non fuit seruata, & hoc, quando mulier non iurauit; si vero mulier iurauit, & promisit non contrauenire, tunc obligatur, & non potest contrauenire; sed tamen potest, & debet mulier absolui à iuramento, vel pars, cui iuratum fuit, compellitur relaxare iuramentum, tanquam iniustum ex læsione, ita Abb. *cons.* 8. *Tria, per tot. lib.* 2. †Limita; quia renunciatio non iurata non præiudicat mulieri 37
renuncianti, quando maritus tempore restitutionis non habet alia bona; quia omnia alienauit, etiam si tempore alienationis alia habebat, contra quæ mulier posset agere contra tertios possessores; quia poterit nihilominus agere contra bona per eam liberata per renunciationem. Io. de Imol. in *c. peruenit, in glos. in 4. col. de emptio. & vendit.* & ista est æquior opinio, quam sequitur Afflict. *decis.* 313. & ista est* communis opinio. Abb. in *d. c. peruenit, in pr. de empt. & vendit.* & ibi Anton. de Butr. & hanc partem tanquam* comunem sequitur Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 17. incip. *Vnum circa istas donationes, num.* 21. *versic. in hac igitur renunciatione.* & hanc vti æquam tenet apostill. ad Rom. *cons.* 187. *in versic. sufficiunt*, & communem* dicit Abb. *d. cons.* 8. *Tria, in princ. lib.* 2. vbi *nu.* 2. reddit rationem, quia alias induceretur donatio inter virum & vxorem, quæ non valet, sed loquitur, quando tempore alienationis non erant alia bona. †Contrarium tenet Castrens. quod imo sibi 38
præiudicat renunciatio, ex quo si aderant alia bona, licet sint alienata; potest tamen contra ea agere, *in dict. l. Mœuia, §. fin. ff. solut. matrim.* vbi, quod habuit casum in facto, & in *l. iubemus. C. ad Velleian.*

& ita etiam tenet Castr. *cons.* 71. *Super primo dubio, lib.* 1. Vide, *Renunciare iuri in fauorem. Concl.* 171. † Limita; quia non valet renunciatio mulieris etiam iurata, quando metus interuenisset, quod intelligit Alex. quando minæ, vel verbera intercessissent, alias autem sola reuerentia non sufficeret, vt metu dicatur renunciasse. Alex. *d. cons.* 83. *n.* 5. *ver. facit etiam, iuncto n.* 7. *vers. nec etiam ad hoc obstat, lib.* 6. vbi apostill. in *vers. c. minæ*, citat Bertrand. *cons.* 222. *Nemini dubium, lib.* 2. Ias. *cons.* 3. *col. pen. lib.* 1. & dicit videndum Cravet. *consil.* 49. Vide, *Dotem relinquere, & c. Concl.* 791.

Mulier iuuatur beneficio Velleiani, & quando non, Concl. 421.

MVLIER †iuuatur beneficio Senatusconsulti Velleiani in obligationibus, quas facit pro alio, ideo si expresse beneficio nõ renunciauit certiorata, non obligatur. Alex. *cons.* 1. *Viso processu, nu.* 13. *ver. ad prædicta facit. lib.* 3. † Extende, vt procedat indistincte nulla habita consideratione personæ, pro qua se obligat; ideo mater pro filio, filia pro patre, vel matre se obligans iuuatur beneficio Velleiani. Bald. *cons.* 162. *Casus est talis, in pr. lib.* 3. † Declara; quia distinguitur; aut mulier obligat se alicui creditori pro alio, & ista est fideiussio, & indistincte gaudet beneficio Velleiani, quicunque sit ille; aut mulier obligat se debitori alterius de conseruando indemne, & quod releuabit, & isto casu non gaudet beneficio Velleiani. † Amplia in tantum, vt non sufficiat generalis renunciatio scripta à Notario per hęc verba; *renunciantes, & c.* quia sub illa clausula, *& c.* non potest extendi certioratio, & renunciatio Velleiani. Bald. *cons.* 305. *Passus diffidatis, in fin. lib.* 3. † Extende; quia imo etiam si expresse extraiudicialiter renunciauit Velleiano, non obligatur; quia eadem facilitate mouetur ad renunciandum, qua mouetur ad se obligandum, *l. doli, §. diuersam, ff. de nouatio.* Doct. in *l. fin. C. ad Velleia.* Alex. *d. cons.* 1. *n.* 13. *ver. ad prædicta, lib.* 3. † Amplia; quia non valet obligatio mulieris facta pro marito, *auth. si qua mulier. Cod. ad Velleian.* imo obligatio est ipso iure nulla ponderando dictionem ibi, *nullatenus*, gl. & Bart. in *l. generaliter, n.* 2. *C. eod.* Castr. *cons.* 8. *in pr. lib.* 2. † Extende; quia *d. authen.* non potest renunciari etiam specialiter, vt ibidem Bal. *n.* 4. ex * communi sententia. Bart. in *l. antiquæ, n.* 2. *C. ad Velleian.* Castrens. *d. cons.* 8. *n.* 1. *lib.* 2. Abb. *cons.* 44. *In præsenti quæstione. n.* 2. *lib.* 1. † Extende; quia exceptio hæc nullitatis obligationis sicuti potest opponi per ipsam mulierem, & ita etiam per eius hæredem, *l. hæres.* & ibi Bartol. & Bald. *C. ad Velleia.* † Extende; quia mulier se obligans simul cum viro non obligatur; quia præsumitur accersita, & adhibita in fideiussorem; ideo nisi probetur pretium versum in vtilitatem mulieris, non obligatur, etiam si intercedat renunciatio beneficii *auth. si qua mulier, Cod. ad Velleian.* ita Abb. *d. cons.* 44. *In præsenti quæstione, lib.* 1. † Imo, quod non obligetur, neq; valeat renunciatio mulieris, etiam si sententia fieret, qñ potest esse suspicio, q. fideiusserit pro marito Abb. *d. cons.* 44. *nu.* 2. *lib.* 1. † Restringe; quia vxor se obligans pro marito excarcerando cum iuramento non iuuatur beneficio Velleiani, sed efficaciter obligatur. Bald. *cons.* 5. *lib.* 3. † Restringe; quia si renunciat *d. auth. si qua mulier. C. ad Velleian.* cum iuramento, valet renunciatio. Castr. *cons.* 8. *n.* 3. *lib.* 2. † Contrarium, quod mulier etiam cum iuramento non possit fideiubere pro marito, neq; renunciare *d. auth. si qua. C. ad Velleia.* tenet gl. in *d. authent.* † Declara, quia gl. illa in *d. auth. si qua mulier. C. ad Velleian.* loquitur de iure ciuili; quia qñ contractus est nullus de iure ciuili, non conualidatur iuramento; secus de iure Canonico; & si non conualidatur de iure Canonico, saltem tenetur ad obseruantiã, & potest compelli officio iudicis ecclesiastici nobili, & officio iudicis secularis ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Castr. *d. cons.* 8. *nu.* 2. & 3. *ver. sed, lib.* 2. † Amplia in casu notabili, mater conduxit quædã bona nomine filiorum suorum, non potest ipsa cõueniri, siue sit sequuta ratificatio filiorum, siue non; quia si est sequuta, ipsa dicitur intercessisse; si non est sequuta, non obligatur; quia contemplatione filiorum fuit facta locatio. Bald. *d. cons.* 162. *Casus est talis, lib.* 3. *per tot* vbi est casus. † Limita; quia mulier non iuuatur beneficio Velleiani, quando non patitur damnum, *l.* 2. *C. ad Velleia.* plene Alex. *cons.* 59. *Circa primum, nu.* 4. & 5. *ver. nec ad hoc obstat. lib.* 2. † Extende; quia mulier debitrix Titio in centum non iuuatur Velleiano, si pro Titio fideiubeat pro ipsis centum; quia in rem suam fideiubet, & non potest pati damnum. Alex. *d. cons.* 159. *nu.* 4. & 5. *lib.* 2. † Limita igitur; quia si mulier per mendacium decipiat; perdit beneficium Velleiani. Io. de Imo. *cons.* 78. *n.* 9. Vide, *Mendax punitur, & c. Concl.* 188. † Extende; quia si mater inducat filiam viduam ad nubendum, & relinquendam tutelam filiorum, vt ipsa auia per mendacium habeat tutelam, perdit tutelam auia, ex quo promisit non se ingerere in ea ad deciendam filiam. Ioan. de Imol. *cons.* 78. *per tot.* vbi, quod inducens alium, vt decipiat, perdit beneficium. † Extende multis casibus, de quibus plene Crau. *cons.* 192. *n.* 13. & *seq.* vbi ponit multa exempla inducentium alium, vt decipiant; quia perdunt beneficium. † Limita; quia bene obligatur mulier, si renunciat beneficio Velleiani certiorata. & cum iuramento in omni fideiussione pro alio. Abb. Imo. & Fel. *in cap. ex rescripto, de iureiur.* vbi Fel. *n.* 13. dicit * communem, & quoad certiorationem statur assertioni Notarii. Imol. in *cap. cũm contingat, col. fin. de iureiur.* Felin. *in cap. si diligenti, nu.* 19. *de for. compet.* Castr. *cons.* 8. *n.* 2. & *seq. lib.* 2. Vide, *Certioratio. Concl.* 198. † Extende; quia imo mulier pro alio intercedens, vel fideiubens cum iuramento obligatur; quia iuramentum confirmat contractum fideiussionis mulieris. Alexand. *cons.* 146. *Viso themate, per tot. lib.* 7. vbi apost. in *ver. valuisse*, dat concord. † Extende maxime, quando in genere cum iuramento renunciauit omni beneficio iuris; quia licet non renunciauerit Velleiano, exclusa est, & obligatur efficaciter, & obligatio transit ad hæredes, Alex. plene dixit. *cons.* 146. *n.* 3. *ver. confirmo superius, vsque in fin. lib.* 7. † Contrarium tenet apost. ad Alex. *d. cons.* 146. *num.* 3. *in ver. omnique, lib.* 7. vbi, quod clausula generalis in personis subiectis captioni non nocet. † Extende; quia imo sola obligatio mulieris cum iuramento etiam non certiorata, etiam si non renunciauit in genere, censetur exclusa à beneficio Velleiani; quia iuramentum confirmat contractum, & quia idem est in † minore se obligante cum iuramento; ad quia censetur renunciare restitutioni in integrum, secundũ magis * communem, de qua Alex. *d. cons.* 146. *in pr. & nu.* 2. *vers. hoc idem probatur, lib.* 7. † Limita, quando mulier se obligaret in causa dotis; quia non iuuatur Velleiano; ideo non requiritur renunciatio, neque certioratio, quando est vera dos soluta; secus si donatio. Bald. *d. cons.* 305. *lib.* 3. † Extende, etiam si se obligaret cum marito ad dotem communis filiæ; quia efficaciter obligatur, etiam si maritus non esset soluendo. Bald. *cons.* 106. *Punctus, lib.* 5. competit tamen exceptio contra nepotes ex filia, ne teneatur vltra, quam facere possit. † Limita; quia non iuuatur mulier Velleiano in causis, de quibus in *l. fin. C. ad Velleian.* qui sunt sex casus, de quibus gl. ibi ponit hos versus: *Casibus in senis mulier spondendo tenetur, Pro libertate, pro dote, renunciet, & si decipiat, pretium capiat, caueatq; secundo.* Item septimus, si in rem suam, octauus, si succedat ei, pro quo nonus, si fideiussit recepta quantitate, pro qua fideiussit. Bald. *cons.* 162. *in pr. lib.* 3. † Extende; quia vbicunque commodum, & vtilitas mulieris versatur, siue principaliter, siue secundario, dicitur in rem suam, & non iuuatur Velleiano. Bald. *d. cons.* 162. *nu.* 3. *vers. secundo principaliter. lib.* 3. † Idem, quando mulier conduxit pro se aliqua prædia; quia obligatur, secus si pro alio conduxit, puta pro filiis; quia iuuatur Velleiano. Bald. *d. cons.* 162. *num.* 3. *ver. tertio præmittenda, lib.* 3. Vide *Vxor non potest obligari, & c. Concl.* 390.

Mulier Velleiano renunciare non potest, & quando secus.

VIDE †Soci. *Reg.* 27. *Mulier Velleiano*, vbi limitat quatuor modis nisi in iudicio: item iuris authoritate: item ex interuallo: item cum iuramento.

Mulier in omnibus ligatur, & seruat ius commune, & quando non. Concl. 422.

MVLIER †regulariter in omnibus stat iuri communi, excepta causa Velleiani, *l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* Bal. *cons.* 5. *Quæritur, vtrum vidua, in princ. lib.* 1. quod duplicatur, *lib.* 5. *cons.* 400. † Etiam potest excepta fideiussione celebrare omnes contractus, & etiam donare, prout potest masculus quilibet, nisi iure municipali prohibita. Ange. *cons.* 353. *Florentiæ Ciuitatis, in princ.* † Amplia; quia ista est regula, q. mulier vtitur iure communi quoad omnia, nisi quoad ea, in quibus est specialiter prouisum. Alex. *cons.* 75. *Videtur. n.* 10. *ver. facit in simili, lib.* 5. vbi apost. in *ver. mulier*, dat concord. Vide, *Rusticus. Concl.* 371. † Extende; quia non succurritur mulieri, neque rustico, nisi in casibus à iure expressis, sed ignorantia illis non prodest, nisi, prout masculis. Alex. *cons.* 165. *Dubitatur. n.* 8. *vers. præterea, lib.* 6. vbi apost. † Amplia; quia potest donare. Alex. *cons.* 42. *n.* 18. *lib.* 1. † Amplia; quia mulier, tam in dotalibus, quam extradotalibus potest mortuo marito disponere de iure communi, si modo sit alias in ætate, & habilis, prout quilibet potest. Castr. *cons.* 198. *Notandum primo, nu.* 3. *lib.* 1. vbi, quod mortuo marito dos non remanet dos. † Amplia; quia mater, quæ vult admitti ad tutelam filiorum, tenetur renunciare omni legum auxilio, & obligare bona sua omnia; ideo obligat etiam dotem, quam repetere non potest, de-

reſt, donec reddiderit rationem adminiſtrationis tutelæ, imo filii poſſint retinere pro pignore, plene Soc. *conſ.126. Diligenter puncti narratione, in prin. lib.1.* †Extende; quia imo etiam bona mariti ſunt obligata, ſiantequam reddiderit rationem filiis de adminiſtratione tutelæ, tranſiuit ad ſecunda vota, *l.2. C. quando mulier. tutel. offi* ita Socin. *d. conſ.126. n.3. lib.1.* †Amplia; quia mulier diu verſata in loco præſumitur habere ſcientiam ſtatutorum loci, etiam ſi ſit forenſis, & non reſtituitur prætextu ignorantiæ, & quod habitaret ruri. Alexand. *conſ.165. Dubitatur, in princ. lib.6.* vbi *nu.4. & ſeq.* quod neque vt mulier ex ſexu reſtituitur, & maxime, quando facit ſtatutum de muliere. Vide, *Ignorantia iuris. Concluſ.13.* † Declara quoad nullitatem actus celebrati contra ſtatutum; ſecus quoad alias pœnas. Alex. *d. conſ.165. Dubitatur, nu.4. lib.6.* vbi apoſt. citat Corn. *conſ.64. lib.3.* † Extende; quia mulier etiam ruſtica, quæ non denunciauit, neque regiſtrauit contractum ſecundum formam ſtatuti, non excuſatur à nullitate contractus. & non reſtituitur. Alex. *d. conſ.165. Dubitatur, per tot.* vbi eſt caſus, *lib.6.* † Extende idem in muliere, & ruſtico, qui iuxta formam ſtatuti non produxit concordiam in termino; quia error non excuſat. Alex. *d. conſ.165. nu.6. ver. pro hoc etiam, lib.6.* vbi apoſt. in *ver. ruſtico*, dat concord. maxime, ſi potuit conſulere peritiores. † Declara; quia error facti non excuſat, & ignorantia ſtatuti eſt facti, in quo mulier, & ruſticus non ſunt priuilegiati. Alexand. *d. conſ.165. n.11. & ſeq. ver. quinimo, lib.6.* †Extende; quia in iis, quæ pertinent ad rigorem, & formam iudiciorum, ſexus, & ruſticitas non excuſant. Alex. *d. conſ.165. n.6. verſic. & quia in iis, lib.6.* vbi *num.7.* ponit plura exempla. † Sic in inuentario omiſſo mulier, & ruſticus adeuntes obligantur, ſicut alii, quãdo potuerunt conſulere peritiores. Alex. *d. conſ.165. num.6. ver. ad idem expreſſius, lib.6.* vbi apoſt. in *verſ. conſulere*, citat Tiraq. *de retract. conuentio. §.4. gl.7. n.16. cum ſeq.* † Sic non admittuntur poſt didicita teſtificata, vt poſſint teſtes examinare ſuper eiſdem; quia inducta ad rigorem iuris conſeruandum obligant eos. Alex. *d. conſ.165. nu.7. ver. item per id. quod, lib.6.* † Sic probatio erroris iuris non releuat mulieres, & ruſticos; quando potuerunt conſulere peritiores. Alex. *d. conſ.165. lib.6. n.8. verſ. nec etiam fœminis.* † Extendit Alex. *d. conſ.165. n.7. in fin. ver. etiam ſi de damno, lib.6.* vt procedant prædicta, etiam ſi mulier, & ruſticus tractent de damno vitando. † Declarat Alex. *d. conſ.165. n.10. ver. nec propter talem errorem, lib.6. cum ſeq.* vbi, quod mulier & ruſticus propter muliebrem ſexum, & ruſticitatem nunquam reſtituuntur, niſi alia cauſa reſtituendi concurrat, ſi potuerunt conſulere peritiores, quando agunt de lucro captando, ſed ſi agunt de damno vitando, tunc iura ſubueniunt ſine reſtitutione. †Limita; quia mulier, ſicut minor debet certiorari de remediis iuris, vt illis dicatur renunciaſſe; ideo ſciens valorem rei non renunciat *l.2. C. de reſcind. vendit.* niſi ſit certiorata. Alex. *conſil. 42. n.5. lib.1.* vbi allegat Bald. *in d. l.2. C. de reſcind. vend. in 4 q.* † Contrarium, vt quod non reperitur expreſſum eſſe priuilegium mulieris, debeat regulari, prout maſculus. Alex. *d. conſ.42. n.18. lib.1* † Limita in ſolutione indebiti; quia mulier repetit, & minor, & ruſticus; quia præſumitur ignoraſſe indebitum. Alex. *d. conſ.42. nu.18. ver. pro hoc etiam allegat, lib.1.*

Mulier vſque ad quot annos poſſit concipere. Concl. 423.

1 MVLIER †ſecundum communem curſum naturæ non concipit in quinquageſimo anno. Bald. *conſ.430. Titius habebat Seium, in princ. & n.9. ver. videtur diſtinguendum, lib.5.* quod duplicatur 2 *conſ.74. lib.1.* † Natura mulieres produxit, vt partus ederent, & in hoc illis maxima viduitas eſt conſtituta. Caſtr. *conſil.184. Ex facto proponitur, circa princ. verſ. nec eſt opus, lib.2.* allegat *l.2. C. de indict. viduit. tollen.* † Limitatur in multis caſibus ſingularibus, quorum vnum 3 ponit Bald. *d. conſ.430. n.9. lib.5.* quod in ciuitate Peruſii concepit D. Albertum de Guidaloctis, cum iam compleuiſſet annum 50. † 4 Declara, vt per Soc. Iun. *conſ.35. nu.27. lib.2.* vbi, quod rariſſimum * eſt, quod mulier quinquagenaria pariat; tamen ſi parit, talis partus regulatur ſecundum *communes regulas iuris.

Mulier habet bona triplicis generis, & quæ. Concluſ. 424.

1 2 MVLIER †habet bona triplicis generis, dotalia, paraphernalia, & hæreditaria, ſeu propria. † Dotalia bona dicuntur, quæ mulier dedit in dotem. Cuman. *conſ.105. Quæritur, nunquid, in fin. n.4.* vbi, quod mulier habet bona triplicis generis. Vide, *Maritus an* 3 *lucretur, & c. Concluſ.97.* † Et iſta bona dotalia ſunt in dominio mariti, & in adminiſtratione ipſius; ideo maritus lucratur fructus, etiam non conſumptos. Bald. *conſ.464. Quædam ſunt res, in pr. lib.5. l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro oneribus. C. eod. tit.* Vide, *Maritus eſt dominus dotis, & c. Concluſ.92.* † Extende; quia in tantum vir lucratur 4 fructus bonorum dotalium, vt nec valeat pactum contrarium. Bald. *d. conſ.464. in pr. lib.5.* alleg. text. *in l. ſi conuenerit. ff. de pact. dotali.* †Reſtringe in ſponſo per verba de futuro ſine dubio, Canon. in 5 *c.1. de deſponſ. impub. lib.6.* †In ſponſo vero per verba de præſenti eſt 6 opinio controuerſa, & alta quæſtio, de qua Bart. & alii in *l. ſi ante, ff. ſolut. matrim. & in l. dotis fructus, poſt gloſſ. ff. de iur. dot.* †Paraphernalia bona dicuntur bona, quæ ſecum vxor ducit præter dotem à 7 *παρὰ*, quod eſt iuxta, & *φερνὴ*, quod eſt dos. gl. in *rubr. C. de pact. conuent.* & iſta paraphernalia Græci appellant parapherna, Galli vero appellant peculium, vt dicit Caſtillio. *conſ.11. Super caſu, in pr.* alleg. tex. de hoc in *l. ſi ego, §. dotis, ff. de iur. dot.* Vide, *Bona paraphernalia quæ, & c. Concl.110.* †Et bona paraphernalia ſunt in dominio vxoris, li- 8 cet maritus habeat illorum adminiſtrationem; quia periculo mariti eſt iſta adminiſtratio, ex quo omnia bona mariti ſunt obligata, & iſtorum bonorum maritus lucratur fructus conſumptos in communem vſum, vel cõmunem familiam. Bald. *d. conſ.464. in pr. lib.5.* † Adde; quia Bononiæ extat ſtatutum, quod maritus abſo- 9 lute lucratur fructus bonorum paraphernalium, nec hæres mariti poteſt ſuper eis moleſtari. Petr. de Anch. *conſ.94. in pr.* †Extendi- 10 tur hoc ſtatutum etiam ad bona dotalia ex maioritate rationis, etiam ſi corrigatur ius commune mandans maritum lucrari pro rata temporis; quia extenſio fit propter ſtatutum, & maiorem rationem. Petr. Anch. *d. conſ.94. n.3. vſq; in fin.* †Declara; quia maritus 11 lucratur fructus bonorum paraphernaliũ, quando mulier eidem marito commiſit adminiſtrationem tacite, vel expreſſe, ſi vero curam pro ſe retinuit, tunc maritus non lucratur iſtos fructus, vt habetur in *l. fin. C. de pact. conuent.* Bart. & Doct. in *l. pen. ff. ad l. Falcid.* Bald. *conſ.478. lib.5.* Guido Pap. *deciſ.468.* † Vide tamen Afflict. *de-* 12 *ciſ.44.* qui ponit, an, & quando legatum factum per maritum vxori cenſeatur animo compenſandi iſtos fructus paraphernalium bonorum, ad quorum reſtitutionem teneretur maritus. † Et iſta 13 bona paraphernalia ſunt illa bona, quæ ex conſuetudine regionis conſueuerunt dari à patre mulieribus, & non dantur dotis cauſa, ſed extra dotem, & talia bona non habent priuilegium dotis, neque veniunt appellatione bonorum dotalium. Alex. *conſ.36. Viſo themate, n.5. & ſeq. verſ. confirma prædicta, lib.6.* vbi dicit * communem. * †Amplia; quia paraphernalia bona dicuntur etiam bona obuenta 14 mulieri ex hæreditate, poſtquã dotata fuit, ſi paſſa eſt mulier maritum per multos annos percipere fructus; quia ex tali patientia præſumitur conſenſus. Cuma. *conſ.105. Quæritur, nunquid, in princ.* quod eſt ſubſcriptum à Cuma. Proſdocimo de Comitibus, Ioan. Franc. de Capitibus Liſtæ, & Paulo de Dotis Paduanis, Io. de Im. ſubſcribit dicens hoc procedere, ſi maritus per longum tempus tenuit illa. Caſtrenſ. quoque ſubſcribit, & Florianus de S. Petro, & alius Doctor, in fin. qui omnes * concludunt, quod ſi mulier talia * bona marito comiſit, & maritus adminiſtrauit de conſenſu vxoris, ſunt effecta paraphernalia, & quod non ſufficiat modicũ tempus, idem Ioan. de Imol. *conſ.82. in fin.* vbi, quod agitur de modico præiudicio mulieris, licet paraphernalia fiant. †Extende; quia et- 15 iam lucratur maritus fructus paraphernalium conſentiente vxore expreſſe, gl. in *l. maritus, in pr. ff. ad l. Falcid. & in l. fin. C. de pact. conuen.* Iaſ. & alii in *l. maritus, C. de procur.* pulchre Areti. *conſ.160. Longa eſt. circa princ.* †Et quod bona extradotalia neceſſario dicantur pa- 16 raphernalia, ſi vxor dimiſit illorum adminiſtrationẽ marito. Petr. de Anch. *conſ.94. Iſta Domina Ioanna, n.2.* † Et quando maritus te- 17 neatur reſtituere fructus bonorum paraphernalium. Bart. & alii. *ff. ad l. Falcid. l. pen.* Guido Pap. *deciſ.468.* vbi late Afflict. *deciſ.44.* †Et 18 dotis appellatione non veniunt bona paraphernalia. Alex. *conſil. 36. n.5. lib.6.* vbi atteſtatur de * communi. Deci. *conſ.521. n.3.* poſt gl. * ſingul. in *l. ſi ego, §. dotis autem*, per illum tex. *ff. de iur. dot.* gloſſ. in *d. l. fin. C. de pact. conu. & in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.* Vide plene per Maſc. *Concluſ.211.* vbi, quod potius bona præſumuntur paraphernalia, quam dotalia, quando non apparet de contrario, & quid poſſit maritus in paraphernalibus. †Bona etiam habet mulier, quæ vo- 19 cantur aredium, & quandoque ſunt mulieris; quia ſecum illa portauit, quandoque viri; quia illa vxori parauit, & appellatione aredii veniunt perlæ, bottoncelli, monilia, & alia, que vulgus ſub iſto vocabulo concludit, Bald. *conſ.271. Factum tale eſt, lib.4.* vbi dicit aredium eſſe theſaurum nuptiarum. †Correda alii appellant, & ſi 20 dantur inæſtimata, remanent abſolute in dominio vxoris, & pereunt, & accreſcunt commodo, & incommodo vxoris. Socin. *conſ. 289. Difficultas non parua, in princip. & colum.2. circa med. libr.2.* ſi vero data ſunt æſtimata, maritus tenetur reddere æſtimationem. Pariſ. *conſil.64. numer.17. & ſequent. lib.4.* Vide plenius in *verſ. Dos.*

21 *Concl.*758.†Et si extent,siue sint æstimata,siue non, mulier in eis præfertur omnibus creditoribus,etiam anterioribus,*l.in rebus*,C. *de iur.dot.*& potest illa retinere,& in eis insistere.Bald.in *l.penult.*C.
22 *de pignor.actio.* † Si vero non extant, etiam quod clare non constet de æstimatione,si modo constat,quod fuerunt portata in domum viri,potest iudex arbitrio suo illa æstimare.Bart.in *l.si quod ex Pamphila,ff.de leg.*2.Vide,*Dos,& bona dotalia data.Concl.*758.†Ista corre-
23 da dicuntur supplementū dotis,aut eius pars, aut saltem appendices dotis.Io.de An.*cons.*36.*Vtrum essa*, vbi infert, quod dispositio loquens de dote, trahi debet etiam ad huiusmodi bona corredia,sequitur Curt.iun.*cons.*129.*in fin.*facit Deci.*in c. quanto, in 2.*
24 *not.ab.de iudic.* † Et propterea si pater promisit dotem filiæ,puta mille,& correda conuenientia,quod mortuo patre si fratres soluerunt dotem , & pro dote maiorem summam mille,censentur soluisse illud plus pro corredis; & ideo si molestantur pro corredis,debent absolui;quia correda sunt accessoria ad dotem , & soluendo pro dote,intelligitur etiam pro accessoriis corredis ; *l. iam*
25 *hoc iure,ff.de vulg.& pupill.*& hoc,ne inducatur donatio. Vide, *Dos. Concl.*786.† Bona vero sunt nec paraphernalia, nec dotalia,quæ vxor penes se retinuit,neque illa commisit marito.Cuman. *consil.*
26 105.*in fin.ver.quoad dubium,n.*4.& habetur in *l.maritus,C.de procura-tor.*†Et ista bona sunt in dominio,& administratione vxoris; quia ipsa locat,& administrat,& percipit fructus. Bald. *cons.* 464. *ante*
27 *med.versi.quadam sunt res , lib.* 5. vbi,quando repetat hos fructus, vel non.†Si vero etiam istorum bonorum committeret administrationem marito per longum tempus, efficerentur paraphernalia.Vide supra *n.*14.*ver. Amplia.*† Maritus tamen habet mandatum
28 etiam in istis bonis,quamuis mulier possit mandatum reuocare,
29 & maritum prohibere.Cuman.*d.cons.*105.*circa fin.* † Declara tamen,quia ad hoc,vt mulier constante matrimonio habeat bona patrimonialia, oportet , quod clare constet per veras probationes,alias in dubio ad euitandum turpem quæstum, & sinistram suspicionem præsumuntur eidem peruenisse ex bonis viri sui; & ideo acquiruntur,& sunt viri,non mulieris, *l. Quintus, ff.de donat. inter vir.& vxor.l.etiam. C. eod.* si tamen mulier probaret habuisse ab amasio ex turpi quæstu;tunc essent mulieris, *l. denique,* §. *si quid*
30 *meretrici,ff.de condit.ob turp.caus.l.*2.*& l.mercatum. Cod. eod. tit.* Vide, *Vxor præsumitur acquisiuisse.Concl.*394.†Restitutio paraphernalium debet fieri à marito;quia tenetur actione depositi, vel mandati, ex quo censetur illa recepisse in custodiam.Castillio. *cons.* 11. *in pr.*
31 †Declara tamen;quia si mulier administrauit bona mariti defuncti,& constat,quod bona habuit,non datur exequutio, sed fit cōpensatio.Castil.*d.cons.*11.*n.*2.*& seq.ver.caterum.* † Et vestes quotidianæ,& annulus,& reticella,& alia vsui mulieris quotidiano deputata sunt in restitutione mortuo marito,si modo ꝓbatur , quod
32 sint penes hæredes mariti.Roman.*cons.*254. *In facto proposito, in pr. & per tot.* vbi, quod res, quas portat vxor in domum mariti,por-
33 tantur,vt detur repetitio. † Et idem, si vxori ista quotidiana sint per maritum empta,& tradita; secus si sunt vestes pretiosæ , & ad
34 ornatum factæ.apostill.ad *d.cons.*254.*in versic.Ex animo.*† Extende; quia datur repetitio,& mariti hæres tenetur ad restitutionem,etiam si aliquæ ex eis in funere , & sepultura sint mulieri dimissæ; quia debet restitui æstimatio , ex quo spectat impensa funeris ad maritum.Rom.*d.cons.*254.*per tot.* maxime in fine.

Multiplicatio eiusdem actus non facit recedere à primo actu,& quando. Concl. 425.

1 GERENS†eundem actum non contrarium non censetur recedere à primo,& ideo is,qui post appellationem primo interpositam iterum appellat , non censetur à prima recedere. Cald.
2 *cons.*53.*n.*2.*ver.sicut secundo appellare*,alias 7.*de elect.* † Excommunicans secundo iam excommunicatum,non propterea censetur absoluere à prima excommunicatione,*c.ita quorundam, de Iudæis.*Calder.*d.cons.*53.*in princ.n.*2.alias 7.*de electio.*

Multitudo variata ægrotis inimica est. Concl. 426.

1 MVLTITVDO, † varietas,& vagatio circa plura remedia ægrotis non expedit.Oldrad.*cons.*84.vbi pulchre loquitur , & distinguit.

Multitudo personarum ex quo numero verificetur,vel fiat. Concl. 427.

1 PERSONARVM † multitudo non constituitur ex numero quatuor personarum ad effectum adunantiæ , & conspirationis prohibitæ , maxime , quando constat de intentione ad aliud finem,quam tendat adunantia. Bald.*cons.*319.*Decreto Domini cauetur, per tot.*maxime *in fin.lib.*2.

Multitudini parcendum, & multitudo habet multa specialia. Concl. 428.

MVLTITVDO † delinquens, prout Vniuersitas,& Ciuitas propter multitudinem digna est venia,sed tamen principales seuerius sunt puniendi,quia quod parcitur ob multitudinem,seueriori pœna punitur in principales delinquentes multitudinis. Bald.*cons.*363.*Venerabilis in Christo,n.*3.*ver.& scriptum est,lib.*3.plene Clar.§.*fin.q.*60.*n.*30.*ver.allegatur etiam,in fin.*† Contrarium,quod, imo multitudini solum parcatur , quando scandalum ex rigore pœnæ futurum dubitatur,alias si cessat timor scandali,non parcitur multitudini delinquentium.Clar.*d.*§.*fin.q.*60.*nu.*30.*in pr.* vbi dicit*communem,licet alias ipse teneat. † Vide Felin.in *cap.*2.*de*
præscriptio.in 9.*&* 20.*speciali*,sed plenior glos.in *c. comessationes*,44. *dist.*quæ declarat,nisi multitudo delictū velit excusare. † Amplia, quia si plures committant homicidium,licet constet, quod omnes commiserint,ex quo tamen non constat,quis intulerit vulnus lethale,omnes puniuntur pœna extraordinaria, sed non tenentur omnes de homicidio.Dyn.*cons.*41.*Quæstio talis est,continetur,n.*2.*&*
*seq.*vbi,quod incertitudo hoc operatur.Vide,*Homicidium. Concl.*
149.†Amplia;quia vbi totus populus ciuitatis est hæreticus,inquisitor debet supersedere,& consulere Papam.Felin.in *c.*2.*n.*3.*in fin.ver.*9.*de præscript.*† Amplia;quia pœna remittitur,quando multitudo peccauit,vel deliquit,glos.in *c.*1.51.*distinct.in ver. remittando*,ita Felin.in *c.*2.*de præscript.n.*4.*ver.*28.& videtur quasi de iure diuino,vt in Psal.97.in fin.ibi : *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate*,licet in Psal.95.in fin.*Iudicabit orbem terra in æquitate,& populos in veritate sua* , quod videtur arguere contrarium. † Declara multis modis;quia aliquādo multitudini parcitur,quandoque tota punitur,quandoque aliquid dimittitur, & quandoq; principales soli puniuntur,late Felin. in *cap. dilecta. de except.per tot.* maxime *n.*7.vbi de pœna afflictiua corporis,& in glos.in *c.comissationes,in vers.cum multitudine*,44.*dist.* † Et ob populum multum, & scelus quandoque manet inultum,*l.pen.in fin.ff.ad l. Cornel.de sicar.* Ægid.Bella.*cons.*20.*n.*5.

Muranum Oppidum, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 429.

MVRANVM †est oppidum in diœcesi Torcellarum.Bald.*cons.*
191.*Casus lib.*1.† Abbas,seu Prior Sancti Cypriani de Murano est exemptus, habet Ecclesiam S.Ioannis Baptistæ in loco detto la Costa, Arien. diœcesis, fundatam ab ipso Abbate,in qua præscripsit iura Episcopalia,præterquam respectu solutionis candelæ,quæ fit Episcopo Arien.Bald.*cons.*191.*per tot.lib.*1.†Prior Murani in concessione sibi facta de Ecclesia S. Matthiæ tenetur exhibere Episcopo Torcellarum duas ampullas vini puri per octo dies ante festum S.Matthiæ singulo anno.Fulg.*cons.*231.*In quadam instrumento*,vbi,quod tenetur ad vinum, non ad ampullas cum vino,nisi obseruantia esset in contrarium.

Muri terrarum cuius sint. Concluſ. 430.

MVRI† Castrorum particularium sunt dominorum; ideo possunt vendi,prout aliæ res;quia non sunt sancti,& nō veniunt sub iurisdictione,& concessione iurisdictionis.Fulgos.*consil.* 221.
*per tot.*vbi loquitur in muris castri S.Ioan.ad cissum Senarum.† Et
fossata castri sunt pars castri,vel fundi, *l. prædia,* §. *pen.ff.de fund.instruct.*ita Guidop.*sing.*448.*in fin.ver.verum fossata.*†Et communitates tenentur ad constructionem , & manutentionem murorum
ciuitatum,*l.omnes, C. de oper. public. la seconda*,vbi,quod tenentur, tam ad nouos muros conficiendos,quam etiam ad veteres reparandos.† Et nullus quantumcunq; priuilegiatus excusatur,quin teneatur concurrere,*l.ad portus, C.de oper.public.*† Declara tamen; quia si muri Ciuitatis fabricantur in solo particulari,& inseruant propterea vsui particularium personarum , tenentur particulares prædicti reparare suis sumptibus,*l.turres, C,de oper.public.*† Limita, quia muri Ciuitatum,vel Castrorum non possunt capi pro exequutione etiam decimarum , vel cuiuscunque alterius creditoris.Bellen.*tract.de charit.subsid.q.* 88.*n.*2.alleg.
Bald.in *l.etiam, C.de exequut.rei*
iudic.

Mun

Muri Ciuitatum ſancti,& qualiter procedat. Concluſ. 431.

1 MVRI † Ciuitatis Romæ Sancti dicuntur, & ideo in nullius bonis ſunt. Fulg. *conſ.221. Quatuor nobiles, in pr. Inſt. de rer. diuiſ.* §.
2 *ſancta.* † Extende in aliis muris aliarum Ciuitatum; quia idem eſt.
3 Fulg. *d. conſ.221. in pr.* † Extende forte in muris caſtrorum, qui ſunt
4 communitatum, & municipiorum. Fulg. *d. conſ.221. in pr.* † Reſtringe in muris caſtrorum nobilium, & particularium perſonarum; quia non ſunt ſancti, neq; ſacri, & ſunt in bonis dominorũ. Fulg.
5 *d. conſ.221. in pr.* † Muros Ciuitatis perforans tenetur pœna mortis, *l. 1. & 2. ff. ne quid in loco ſacro.* Guido Pap. *deciſ.232. in fin.* Decian.
6 *tract. crim. lib. 7. c. 36. n. 10.* † Reſtringe, niſi fieret ad beneficium publicum, ornatum meliorando, gloſ. & text. in *dd. l. 1. & 2. ff. ne quid*
7 *in loco ſac.* Ialin *l. ex hoc iure, num. 13. ff. de iuſtit. & iur.* † Reſtringe in muris caſtrorum; quia eſt pœna arbitraria. Rol. à Val. *conſ. 84. nu.*
8 *25. & ſeq. lib. 2.* † Contra reſtrictiones eſt text. in *l. ſacra loca,* § *. muros,*
9 *ff. de rer. diuiſ.* † Declara; quia priuatus non poteſt, vniuerſitas poteſt meliorare, ita Decian. *lib. 7. p. 2. c. 36. n. 10.*

Murus communis quando dicatur, vel non. Concluſ. 432.

1 REGVLARITER † murus communis dicitur, quando eſt diuiſorius. Bart. in *l. damni infecti. 43.* § *. cum parietem, & in l. inter quos. ff.*
2 *de damn. infect. l. parietem. ff. de ſeruit. vrban. prædio.* Caſtr. *conſ.334. Incipiendo, in pr. lib. 2.* † Quandoq; tamen dicitur communis pro indiuiſo, veluti ſi quilibet habet in eo trabes perforantes totum murum, pro diuiſo vero dicitur, quando quilibet immittit trabes ſolum vſq; ad medium. Cæpoll. *de ſeruit. vrban. prædio. tit. de muro communi. c. 40.* & Soc. *conſ. 44. lib. 4.* Bar. in *d. l. inter quos. ff. de damn. infect.*
Caſtr. *d. conſ. 334. in pr. lib. 2.* Ædificare quando poſſit habens parem. & communionem, ſuper muro communi, vel non. Vide, *Edi-*
3 *ficare. Concl. 37.* † Declara; quia quando murus eſt communis, ſed adinuentus ad aliquam ſeruitutem, pura, vt ſubſtineat tecta, vel vt diuidat, ſocius non poteſt ſine alio ſocio ædificare ſuper dicto mu-
4 ro communi. Caſt. *d. conſ. 334. per tot. li. 2.* † Limita; quia murus proprius dicitur illius, qui ſolus habet vſum muri, vt quia in eo ſolus habet trabes tecti; quia vſus eſt loco traditionis, & ex traditione
5 acquiritur dominium. Caſtr. *d. conſ. 334. Incipiendo, in prin. lib. 2.* † Extende, quando vnus ſolus habet feneſtras perforantes totum mu-
6 rum ad lumen accipiendum. Caſtr. *d. conſ. 334. in princ. lib. 2.* † Extende, etiam ſi alius vicinus ex parte ſua fecerit in eo aliquas feneſtras paruas vſq; ad dimidium; quia potuit facere clandeſtine, & quia non deſtinatur murus ad hoc, & hoc quando conſtat, quod alter habet vſum tecti ſolus ſuper muro, & habet feneſtras penetrantes. Caſtr. *d. conſ. 334. circa med. verſ. nec obſtat, lib. 2.* licet non firmet pro abſoluto.

Muſca quid ſit. Concl. 433.

1 MVSCA † eſt animal viliſſimum ad nihil omnino vtile; ideo inoleuit prouerbium, hæc res, hic ſermo, hoc argumentum non valet vnam muſcam. Signor. *conſ. 155. n. 18.*

Mutatio voluntatis præſumitur, & quando ſecus. Concluſ. 434.

1 PRATER † exhæredans fratrem, & inſtituens vxorem hæredem
2 calore iracundiæ; vt quia tempore teſtamenti fratres erant in diſcordia, ſi pacificati fuerint, præſumitur ex obliuione non reuo-
3 caſſe teſtamentum; ideo mutatio præſumitur de iis, quæ per iracundiam fiunt. Anch. *conſ. 356. Ex ſerie, in fi.* Vide, *Voluntas præſumi-*
4 *tur, &c. Concl. 286.* † Amplia; quia teſtator, qui fecit teſtamentum tempore, quo habebat vxorem ſterilem, ſi moritur vxor ſterilis, & ſuſcipiat aliam vxorem, quæ filios procreauit, præſumitur mutatio voluntatis. Bologn. apoſt. ad *conſ. 10. de Anan. 28. n. 14. ver. ſecun-*
5 *da coniectura.* † Amplia; quia ſi teſtator in originali teſtamenti ſui rogato, quem penes ſe retinebat, fecit apoſtillas, & correxit, etiam quod apoſtillæ non ſint rogatæ, neq; in præſentia alicuius, ſi reſpiciunt hæredis inſtitutionem, cenſetur reuocatum teſtamentum, & mutata voluntas, & hoc ſufficit. Io. de Ana. *conſ. 28. Viſis, & ponde-*
6 *ratis, in pr.* vbi Bologn. in apoſt. plene. † Limita; quia mutatio voluntatis non præſumitur in iis, quæ de ſe ſunt bona, *c. maiores, de ba-*
7 *ptiſmo.* Rom. *conſ. 295. Donatio, in 7. in fi. cum ſeq.* Alex. *conſ. 81. Reuocatur in dubium, n. 4.* vbi apoſt. in *ver. voluntatis,* dat concord. *lib. 5.* † Extende; quia imo regulariter mutatio voluntatis non præſumitur, ſed continuatio, & qui dicit mutationem factam, debet iſtam probare. Rom. *d. conſ. 295. n. 8.* vbi apoſt. magna in *ver. mutatio,* dat plu-
8 ra concord. & extendit. † Et ideo, qui ſemel conſtituit N. procu- 6
ratorem ſuum abſentem, præſumitur perſeuerare in eadem vo-
luntate, niſi conſtet de contrario. Alex. *conſ. 81. n. 4. lib. 5.* † Et qui 7
promiſit dotare velle de ſuo filiam amici, vel conſanguinei propter patrem filiæ, ſi poſtea dotauit, præſumitur contemplatione
patris, prout dixerat; quia non præſumitur voluntas mutata. Alex.
conſ. 43. Ex iis, per tot. maxime *num. 5. & 6. ver. nec etiam prædictis, lib. 7.*
Vide, *Animus. Concl. 335.* Vide, *Beneplacitum alicuius. Concl. 89.* Vide, *Corrigere ſeipſum incontinenti. Concl. 1046.* Vide, *Voluntas præſumitur durare. Concl. 286.* † Limita; quia non præſumitur reuocatio pro- 8
curatoris, niſi conſtet; quia mutatio voluntatis non præſumitur,
& dato, quod eſſet facta quoad ignorantes, qui ſoluerunt, liberantur. Anchar. *conſ. 63. Motiua, num. 4. ver. circa quartum.* Alex. *conſil.*
162. n. 2. verſ. confirmantur, lib. 5.

Mutare conſilium in melius quando liceat. Concluſ. 435.

LICITA † eſt mutatio conſilii in melius, *authent. de nupt.* §. 1. Bald. 1
conſ. 463. Recolo me, alias *in fi. lib. 5.* Vide, *Facti ſeries, iuris, &c. Con-*
cluſ. 13. † Et potius debet quilibet ſeipſum poſſibili honeſtate cor- 2
rigere, quam expectare, vt ex querela partis læſæ ab alio corrigatur, ita Fulgoſ. *conſ. 162. Viſis, col. 2. in princ.* qui loquitur in iudice. † 3
Et Doctor, qui conſuluit pro vna parte, poteſt ex nouiter deductis in facto conſulere, & iudicare contrarium, vt fecit Bald. *conſil.*
161. lib. 3. vbi conſuluit pro Terdonenſibus contra Papienſes, poſtea iudex factus inter partes pronunciauit ad fauorem Papienſiũ,
contra quos conſuluerat, vt per Bald. *conſ. 251. Sententia, quam tuli-*
mus, lib. 5. vbi oſtendit, quod factum aliter ſe habebat, quam ſibi
fuerit dictum, qñ conſuluit pro Terdonenſibus. † Idem Anchar. 4
conſ. 317. conſuluit, quod contra tertium poſſeſſorem potuit agi non excuſſo fiſco, qui ſucceſſit debitori, quia dicitur potius tertius poſſeſſor, quam hæres, contrarium conſuluit *conſ. 322.* vbi, quod
in eum tranſeunt omnes actiones etiam perſonales, ideo debet fieri excuſſio, & quod mutat conſ. † Et idem Bald. *conſ. 180. lib. 1.* 5
conſuluit ſtatutum Mediolani de præſcriptione 10. annorum non habere locum contra hypothecam, ſed ſolum in bonis ſtabilibus,
contrarium vero conſuluit *conſ. 463. Recolo me alias, lib. 5.* vbi dicit,
quod conuenit mutare opinionem in melius, & quod primum conſilium fecit, dum eſſet iuuenis; ſecundum vero dum eſt ſenex,
& maturius deliberat, & huic ſecundo conſilio ſubſcripſere Chriſtoph. Caſtillio. Ioann. Caſtill. Vicarius Epiſcopi, & Gualterius de
Zaziis. † Et iudex ordinarius, qui tulit ſententiam nullam, poteſt 6
illam reuocare, & ſe ipſum corrigere, & in melius reformare. Pet.
Anch. *conſ. 67. in pr.* Eccleſia quoq; mutat ſententiam ſuam in me-
lius, *c. fraternitatis, de frigid.* Ancha. *d. conſ. 67. in prin.* † Sancti Doc- 7
tores, prout Beatus Auguſtinus ſe ipſum corrigit in melius, *ca. certe,*
12. q. 1. Anch. *d. conſ. 67. in prin.* † Imperator ſe ipſum corrigit in me- 8
lius, *auth. de nupt.* §. 1. Anchar. *d. conſ. 67. n. 2.* † Magnæ ſapientiæ eſt 9
reuocare male geſta, *c. magna, 22. q. 3.* Abb. *conſ. 41. Videndum, col. 1.*
in fin. vbi, quod Papa poteſt reuocare confirmationem alienationis bonorum Eccleſiæ; quia adminiſtrator eſt, & non poteſt tollere bona Eccleſiæ ſine cauſa, niſi cum peccato mortali, *c. non liceat*
Papæ. 12. q. 2.

Mutatio, & alteratio ſtatus rei quid operetur. Concluſ. 436.

ALTERATIO † & mutatio ſtatus rei non præiudicat illis, qui- 1
bus res eſt ſuppoſita, neque perſonis in re alterata exiſtentibus, & ideo ſi Papa mutat ſtatum monaſterii apponendo alios religioſos, intelligitur ſine præiudicio religioſorum præſentium, &
in dicto monaſterio degentium, quibus non præiudicatur, donec
vixerint, quin ſint de illo monaſterio alterato. Petr. de Anch. *conſ.*
352. Monaſterium S. Michaelis, in princ. quod duplicatur *conſ. 424. Pro*
clariori. † Extende; quia ſi Parochialis vnita fuit monaſterio, & 2
propterea inſtitutus fuit Vicarius perpetuus, reuocata vnione nõ
reuocatur Vicaria; quia mutatio ſtatus rei non præiudicat habenti ius in re mutata. Anch. *conſ. 404. Tria dubia, n. 15. & ſeq.* vbi ponit
plura exempla. † Extende; quia ſi in monaſterio vnius religionis 3
ex cauſa Papa mutet ſtatum ponendo monachos alterius religionis, prout factum fuit in monaſterio S. Michaelis in Boſco Bononiæ, antiqui fratres retinent ius ſuum, vt acquirant monaſterio, &
alimentari debeant; quia mutatio ſtatus non præiudicat. Anchar.

d.cons.352.*Monasterium,in prin.*quod est subscriptum ab Anto.Butr.
4 & duplicatur *cons.*424.†Extende;quia mutatio status rei, vel personæ non præiudicat habentibus ius quæsitum,siue iure communi,siue iure speciali.Anch.*d cons.*404.*n.*15. *& seq.* vbi reddit rationem;quia res transit cum onere suo.† Extende; quia inhabilitas
5 superueniens circa actum consummatum,& perfectum non præiudicat;quia multa facta tenent,quæ fieri prohibentur.Ancha.*d.*
6 *cons.*404.*n.*17.†Limita:quia mutatio,& alteratio status rei inducit mutationem dispositionis circa rem mutatam; ideo bona emphyteutica si mutantur,& fiant libera,perdunt naturam emphy-
7 teuticariam.Anch.*cons.*143.*Casus est talis,n.4.ver.ex isto indulto.*† Extende,vt idem sit,quando fit alteratio,vt emphyteusis transeat ad omnes hæredes, prout de ecclesiastica concessum est Ferrariæ; quia attenditur status nouæ alterationis, non autem status antiquus.Anch.*cons.*171.*Casus est talis,*& imo stipulatio facta vno modo regulatur secundum mutationem à Principe factam.Anchar.
8 *cons.*393.*Visa diligenter,in princ.* † Extende in omnibus rebus, in quibus mutatur status,& substantia rei,etiam iura disponentia de
9 eis sunt extincta.Anch.*d.cons.*143.*nu.*5. vbi ponit plura exempla.† Limita;quia pacta intelligi debent , rebus sic stantibus,non au-
10 tem mutato statu.Anch.*cons.*204.*in fin.n.*15.† Limita; quia variato statu rei, & personæ variantur conuentiones,pacta,priuilegia, & omnes dispositiones. Anch. *consil.* 204. *Pactum vnius,num.*12.*&*
11 *consil.*171.*in princ.& 393.in princ.*† Extende; quia noua res nouum consilium capit,& quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.Anch.*cons.*204.*n.*12.Vide,*Dispositio omnis intelligitur. Concl.*502.
☞ Vide,*Emergens nouum,nouo,&c.Concl.*145. Vide, *Facta multa tenent, quæ fieri. Concl.*12.

Mutatio nominis quando licita,vel non. Concl. 437.

1 MVTATIO† nominis, si fiat in fraudem ad decipiendum,est prohibita,& mutans punitur pœna falsi. Bart.in *l.falsi nomi-*
2 *nis*,per illum tex.*ff.de falsi*.gl.in *l.*1.*C.de mutatio.nomi. in ver. fraude.* † Amplia; quia assumens sibi nomen magistratus tenetur nedum pœna falsi,sed etiam pœna l.Iuliæ maiestatis,*l.*1.*& l.*3.*in fin. ff. ad l. Iul.maiest.*vbi Ang.Bar.in *l.*1.*num.* 64. *C. de dignit.lib.*10.Guid.Pap.
*decis.*423.*in princ.*Tiraq.*tract.de nobilit.c.*13.Gig.*de crimin. læsæ maiest.*
3 *lib.*1.*q.*12.*n.*15.*& seq.*Capic.*decis.*130.*n.*21.Tholos.*decis.*401.†Contrarium,quod imo requiratur,quod turbandi animo iurisdictionem Principis fecerit per illa verba,*dolo malo*,ita Decian.*tit. de crimin.læsæ maiest.c.*9.*lib.*7.*n.*5.vbi etiam dicit procedere illum tex.in *l.*3.*ad l.Iul.maiest. in fin.* vt sit ibi pœna mortis in assumente magistratum circa grauiora,vt quia occiderit, vel occidi mandauerit; secus si leuiora exercuerit ; quia punitur pœna extraordinaria. Andr.de Isern.in *constit.reg.tit.de homicid.punien.in ver.occidisse.* Caccialup.in *l.omnes populi,n.*32.*vers.oct auo,& vltimo.ff.de iust.& iur.* Gig.
4 *de crimin.læsæ maiest.lib.*2.*q.*55.*n.*3.Menoch.*de arbitr.cas.*120.*nu.*2.† Declara;quia non sufficit assumere nomen magistratus, nisi etiam factum sequutum fuerit sub illo nomine falso assumpto,vt si assumat nomen ex publico concedi solitum, vel à principe, sufficit, quod gesserit ea,quæ competunt ex publico;quia ex quo deliquit in Principem,dolo malo gessisse dicitur,& pœna mortis punitur. Bald.in *l.data opera,n.*50.*C.qui accus.non poss.* vbi dat exemplum de Comite Palatino,qui legitimauit,de Notario,qui rogauit instrumenta,cum non essent tales,& alia exempla supra in *ver.Maiestatis*
☞ *læsa.Concl.*7.& ita etiam declarat Alexand. in *addit. ad Bart. in l.eos,* §.*qui se pro milite, ff. de falsi.* vbi vult,quod sola assumptio nominis non habet dolum malum,quod requiritur in crimine falsi, sed ita demum,si facit actum spectans falso nomine assumpto. Felin. in *proœm.decret.n.*37.*& seq.*& plenius Bon.de Curtil.*tract. de nobilit.*
5 *in*3.*part.n.*166.† Declara; quia dolus malus non importat necessario,vt requiratur animus vsurpandi iurisdictionem à Principe; quia sufficit dolus malus in assumendo nomine officialis , & ad sui commodum aliquid gerendo,vt talis; quia text. in *d. l.*3. *in fin.* hoc non dicit,vt per allegatam præcedentem declarationem, &
* in ampliatione , & exemplum allegatum de Bart. communiter* approbato in *l.omnes populi,ff.de iustit.& iur.in prim.a quæst. princ.in* 8. *quæst.*super quo Decia.se fundat,non facit ad propositum;quia ibi statuentes non fecerant statutum vt magistratus,sed simpliciter; ideo non mirum,quod sit necesse, quod animo vsurpandi iurisdictionem;quia non constat ibi, quo animo , sed si assumpsissent personam fictam magistratus,& fecissent legem,vel statutum, illud requisitum euanescet sine dubio;quia dolo malo fecissent,
6 quod sufficit.†Declara tertio,vt per Capic.*decis.*130.*n.*21.*& seq.* & maxime *n.*25. vbi distinguit,quod assumens magistratum,& gerens officium magistratus punitur pœna mortis naturalis,&confiscationis bonorum,si vero aliud officium gerat, non magistratus,prout exactoris,non est pœna capitalis mortis naturalis,sed simpliciter capitalis,vel extraordinaria,per *l.fin. C. de diuer.offic.lib.* 12.*circa fin.& in l.probatorias,eod.tit.* † Amplia;quia falso sibi assumens nomen nobilis,vel Doctoris,aut iudicis , seu Comitis, vel Notarii incidit in crimen falsi.Bon.de Curtil.in *d.tract. nobilit.nu.* 7 *parte.n.*165.*& seq.*sequitur Chassan.in *consuetud.Burgund.fol.*214.*n.* 9.*vers. & ideo,* & idem Bon.ponit etiam exemplum in clerico,& milite,vbi declarat,quando cum assumptione nominis fecit actus, vt ipse dicit,qui non est lupus,non debet sibi assumere pellem lupi,vt videatur talis,allegat Bald.in *l.fucandæ.C.quæres ven.non.*†Extende; quia si cum mutatione præd. concurrit dignitatis honor, etiam pœna sacrilegii punitur.Bon.de Curt. *d. tract. de nobilit.nu.*2. *part.n.*166.† Amplia,vt idem sit,si quis assumat nomen,vel officium 9 alterius in dedecus,& opprobrium;quia tenetur pœna falsi,& si est dignitatis,& honoris,tenetur pœna sacrilegii.Bon. de Curtil. *d.tract.at.de nobilit.part.*3.*n.*169.†Extende, vt etiam ad instar crimi- 10 nis læsæ maiestatis puniantur,qui reseruata ad honorem,& vsum principis,& familiæ assumit,*l.temperet.C.de vestib.&ornam.lib.*11.quem citat etiam Bald.in *d.l.fucandæ,C.quæres vendi non poss.* pro illo Prouerbio,qui non est lupus,nō sibi assumat pellem lupi, pœna mortis naturalis.† Amplia;quia in dubio mutatio nominis, & patriæ 11 præsumitur facta in fraudem,*l.qui testamen.ff.de probat.*Rom.*consil.* 216.*n.*2.*ver.cæterum*,vbi plura adducit, & dato, quod quis exprel- serit se ciuem certi loci ad obtinendum officium, & sit etiam ciuis alterius loci,per quam ciuilitatem non potest assumi , attenditur qualitas nociua,quam tacuit.† Limita; quia si miles,vel Doctor 12 falsus postea efficiatur miles,vel Doctor,tunc falsa insignia, quæ gestabat,poterit licite gestare.Roman.*sing.*729. *Quidam vrtur.* †13 Limita;quia regulariter mutatio nominis sine fraude est licita.l.1. *C.de mutatio.nomin.*

Mutatio substantiæ actus potius admittitur, quam repugnantia.Concl. 438.

MVTATIO† status, & substantiæ actus facilius admittitur, 1 quam quod actus repugnans compatiatur. Oldr. *consil.*171. *ver.quod ergo,num.*5.vbi multa similia ponit.Vide,*Repugnantia.Concluſ.*203.

Mutinæ Ciuitas,statuta,consuetudines, & priuilegia. Concl.439.

CIVITAS† est Imperii.ciuitas Mutinæ; ideo in ea seruatur in 1 ciuile in concernentibus successionem,& temporalia, non aurem ius Canonicum.Ang.de Perus.*cons.*29.*Titius existens,inst. de per tot.*† Insignem ciuitatem esse dicit Alexa.*cons.*74. *Viso testamen-* 2 *to,num.*9.*lib.*1. & quod in ea est copia Notariorum magna.† Etiam 3 Lombardia,sicut est etiam Mantua, sed sub diuersis principibus, & ideo ciuitates Lombardiæ reputantur singulæ,vt prouinciæ,qui sunt sub diuersis principibus. Alex.*cons.*57.*Ponderatis.n.*5.*ver.& videtur,quod,lib.*3.†Superiorem recognoscit, & ideo illius Priores, 4 & regimen non possunt prorogare instantiam compromissi sine consensu compromittentium. Alex.*cons.*82.*Ponderatis.n.*4.*& seq. lib.*5.†Mutinam allegat gl.in *cap.*1.§.*naturales,in ver.legitimi,tit.de feud.defunct.contentiosit* , vbi ait fuisse determinatum,quod legitimati succedant in feudo,quando in specie ad feudum per Principem fuit facta legitimatio,& sequitur Calder.*cons.*308.alias *Concamed.ver.& idem dico,de feud.* † Bellum fuit alias pro territorio 6 Mutinæ,vt refert Cald.*cons.*366.alias 37.*detestam.*† Mutauit statu,† & effecta subdita Ecclesiæ,& missus est Legatus , & pro pacifico statu factæ sunt multæ prouisiones de anno 1474.vt in *cons.fi.dub. lib.*1 quod est Ludou.Bologn.†Ecclesia Cathedralis Mutinæ habet exiguos redditus propter bella , & occupationes, vt ingrata prouisionis dictæ Ecclesiæ narratur.Angel. *cons.*274. *Bonifacius Episcopus.* † Planursium fuit ab Imperatore concessum Comiti de Montecuculo,sed postea fuit direptum,adeo quod amisit iura,& iurisdictionem.Alex.*cons.*43. *De celerrima,lib.*1.† Guerram habuit cum calamitate Mutina tempore Petri de Anch. ideo consilium esse locum restauro promisso tempore guerræ,etiā durante treuga;quia prope fuerunt deprædantes etiam durante treuga, *consil.* 88.*Præmissa facti serie per tot.*†Episcopalis constitutio Mutinæ con- tra vsurarios,seu prouincialis,super qua consuluit Anch.*cons.*435. *Viso,& diligenter*,operatur,quod testamentum est nullum factum ab vsurario manifesto,si non est seruata forma constitutionis,quæ potest addere pœnam,& solemnitatem maiorem iuri Canonico, & requirit citationem eorum, qui sunt certi, item, quod detur idoneus fideiussor pro quantitate declaranda per Vicarium, & nulla

12 multa alia. † Monasterium S. Antonii Mutinæ fuit granatum à Bonifacio VIII. soluere perpetuo pensionem annuam librarum 1500. Monasterio Montis Maioris, super qua Rom. *cons.369. Circa primum*, dicit esse nullam, quia excessiua, & quia Papa non fecit de potestate absoluta, sed de ordinaria, quia nulliter citauit, & nō obstat solutio facta, quia metu excommunicationis, & in 3. *dub.* dicit hoc monasterium esse immediate subiectum Sedi Apostolicæ, & habet priuilegium, ꝙ non possit se obligare, nisi de consensu Ca-
13 pituli generalis, & valet, & ligat ignorantes. † Spilamberti castrū est in districtu Mutinæ, de quo sunt inuestiti Nobiles de Rangonibus masculi, cū clausula, quod si vnus eorū delinqueret, etiam in persona domini, feudum nō redeat ad dominum, sed ad descendentes, vt per Alex. *consil.103. Videtur, lib.1.n.17. ver. quinimo*, vbi de
14 hac clausula. † Habuerunt inter se discordias isti nobiles, & propterea dicit Alex. *d cons.103. in pr. ver.6. lib.1.* ꝙ Dux Mutinæ propter discordias præcepit, quod omnia feuda familiæ ponerentur in manib⁹ Comitis Guidonis, & hoc sub pœna indignationis: interim dum castrū Spilamberti spectaret ad Comitē Vgucionem,
15 Vincislaum, & Nicol. ipse Comes Nicolaus cū 300. equitibus, & totidem peditibus armatis ingressus in arcem Spilamberti eiecit alios socios condominos, & concludit Alex. ꝙ tenetur tanquam caporalis ad quadrupli restitutionem eorum, quæ fuerunt perdi-
16 ta, & per violentiam asportata. † Dux Mutinæ non potest ex inobedientia vasalli sui reputare illum rebellem proprie, & taliter, quod possit offendi impune, quod non habet locum in inferiori-
17 bus principibus. Alex. *cons.103. Videtur, in fi. ver. nō obstat, lib.1.* † Cōmunitas Mutinæ cum habeat superiorem, nō potest alienare sine licentia superioris, prout adultus sine curatore. Ang. Aret. *cōs.94.*
18 *in casu conting n.12. & seq. ver. cum dictū Commune.* † Statuere tamen potest etiā auferendo generaliter ius suum priuatis ob publicam vtilitatem. Alex. *cons.190. Mature digestis. per tot. lib.2.* † Molendina habentes tenentur facere, & restaurare vegetes canalis Communis Mutinæ stante statuto ita ordinante, & cōsuetudine introducta, etiam si esset iniusta; quia respicit publicam vtilitatem, & licet loquatur de constructione, habet locum in refectione ex identi-
19 tate rationis. Alex. *d. cons.190. per tot. lib.2.* vbi multa cōgerit, & tollit contraria. † Consuetudo prætenditur Mutinæ, quod fantolastris, quibus legatur dos, non debeatur, nisi seruiant in domo vsq; ad 20. annos, sed tamen Alex. *cons.20. Viso processu, n.7. ver.2. principaliter. lib.2.* ait non probari, & sufficere ætatem 16. annorum.
20 † Consuetudo est Mutinæ, quod Canonici Mutinenses possūt testari de fructibus præbendarū suarum percipiendis per annum, quæ valet, vt per Barb. in *c. fin. de pecul. cleric.* quē sequitur, & refert
21 Bello. *cons.3 Curatus Ecclesiæ. n.9. ver. quæ consuetudo.* † Tuscani sunt
22 Mutinenses. Abb. *cons.53. lib.2. in casu consilii.* † Consuetudo Mutinen. reprobatur *in c. fin. de spons duorum*, vbi, quod in ciuitate si quis contraxisset cum duabus, habebat vltimam, si primo cum ea con-
23 summasset matrimoniū, & dicitur damnata consuetudo. † Consuetudo non probatur, quod in instrumentis Mutinæ factis non debeat præponi nomē Imperatoris. Abb. *cons.53. Attingendo. per tot. lib.2* vbi in fi. dicit, quod ciuitas nō posset inducere hanc consuetudnem in iis, quæ respiciunt honorem Imperatoris, licet nō fir-
24 met. † Statutū Mutinæ de lucro doris antiquū, & nouum dispo-
nt, quod maritus lucretur dimidiam dotis; ideo mulier, quæ ex primo matrimonio reliquit filios, si instituit patrem hæredem, filiis reliquit certum quid iure institutionis, & maritus soluerit patri dimidiā, tanquam hæredi, debent filii agere contra auum maternum ad supplementum, nō autem contra hæredes vitrici, quia
25 actio non datur. Fulg. plene *cons.59. Domina Beata.* † Nata ex incolareputato ciue gaudet beneficio statuti, etiam si sit nupta forensi.
26 Alex. *cons.20. Viso processu, in fin. lib.2.* † Banniti secundum formam statuti Mutinæ possunt impune offendi, & sunt priuati omni actu legitimo, & consequenter nō succedunt, quia habentur pro mor-
27 tuis. Alex. *cons.75. Visis, lib.1.* † Statutū Mutinæ tria prohibet, cum Bononiensibus non posse obligari personaliter: item obligationem bonorum, & dationem in solutum, super quo Ant. de Butr. *cons.35.* dicit, quod nō habet locum in restitutione dotis; quia impediret matrimonium, & quod non tollit tacitam legalem hypothecam pro dote, & quod mulier pro dote potest accipere bona stabilia, & vendantur districtuali, vel restringi debet ad dationem
28 in solutum voluntariam non præcedente obligatione. † Statutum, quod bona non cadant in non suppositum, & non supposit. non succedant, quod non comprehendit religiosos, & Ecclesiasticos, alias esset contra libertatem Ecclesiasticam. Zabar. *consil.102.*
29 *circa fi. ver. de statuto autem.* † Statutum Mutinæ, seu decretum regiratum instatutis contra vsurarios, & pro eis continet, quod mutuantes Hebræi puniantur in 25. scutis, si non sint socii habentium priuilegium, si vero sunt socii, eis fiat ius executiuum, quod statutum quantum est pœnale, nō extenditur, si Hebræus non habens priuilegium suo nomine mutuet gratis, sed bene in quantum est
Iurarius, non habet ius executiuum. Io. de Im. *cons.85. In casu præmisso, per tot.* † Statutum Mutinæ super captura debitoris admittit, 30
quod possit capi in executione sententiæ, etiam quod tenuta esset capta, & sic facta executio realis. Ang. Aret. *cons.8.n.4. ver. venio ad secundum.* † Item statutum de sententiis, & laudis executioni man- 31
dandis, & statutum de vocatis in iure, & non venientibus, quæ videntur esse contraria, conciliantur; quia statutū de vocatis in iure, loquitur de pignore prætorio, aliud de pignore iudiciali, quæ sunt diuersa. Ang. Aret. *d. cons.8.n.11. & seq. per tot. ver. capio tertiam.* † Statutū Mutinæ circa solemnitatem in contractibus minorum 32
adhibendā, & alias non valeat contractus, non habet locū in casu iurato; quia tunc obligat iuramentū non seruata solemnitate. Alex. *cons.38. Visa petitione, per tot. lib.3.* vbi maxime *n.9. in fi. cum seq. ver. postremo*, dicit, quod etiam si faceret mentionem de iuramento, & illud tolleret, nō posset; quia spectat ad Ecclesiam, non ad seculares, & iterū *cons.29. Clarissime Doctor*, maxime *n.14. & seq. lib.7.* vbi, quod siue loquatur in rem, siue in personam, siue dirigat verba in creditorē, siue in debitorem, siue in ambos, non potest tollere iu-
ramentū. † Item statutum Mutinæ, quod qui venerit ad habitan- 33
dū in ciuitate nō possit conueniri, vel molestari ab aliquo forense ex quocunq; contractu, vel debito; quia nō habet locū in contractu iurato, quem habet forensis. Alex. *d. cons.38.n.11. lib.3.* † Cōpro- 34
missum non potest fieri in forensem, & factū non valet, & laudum est nullum secundū statutum Mutinæ. Alex. *cons.82. Ponderatis, in fi. ver. potest etiā dici. lib.5.* † Statutum Mutinæ, seu constitutio Prin- 35
cipis in statutis registrata, mandat, ꝙ instrumenta Notarii mortui possint demandari authenticari per hæredem alicui Notario matriculato, vel quod habens causam à Notario mortuo possit in authenticam formam releuare, dummodo auscultauerit, & concordare inuenerit cum originali, quæ omnia debent constare, plene Alex. *consil.198. Viso, n.5. & seq. ver. præterea ex forma prouisionis. lib.7.*
† Item, quod omnia instrumenta debeant describi in memoriali- 36
bus Communis Mutinæ per Notarium ad ipsum officium deputatum, alias sint nulla, & licet infirmitas excuset, non tamen creditur soli Notario de infirmitate, vel alio impedimento. Alex. *d. consil.198.n.8. ver. non inuenio. lib.7.* † Statutum criminale Mutinæ, 37
quod deponens falsum puniatur eadem pœna, qua puniri debuisset ille, contra quem deposuit, si veritatem deposuisset, super quo Alex. *consil.55. In causa inquisitionis*, vbi *circa fin. lib.7.* dicit, quod est conforme iuri communi, sed non habet locum in eo, qui falsum deposuit non directe contra aliquem, vt delinquentem; quia tunc pœna erit arbitraria. † Statutum Mutinæ circa lauda, quod non 38
possit appellari, neque dici de nullitate, sed mandat, quod executioni mandentur ipso facto, loquitur, & comprehendit appellationem omnem, & non friuolam tantum, ideo tollit etiam recursum, vno casu excepto, quando in reductione petita allegaretur, quod latum fuit ex dolo, & fraude, vel corruptela iudicis, seu partis, vel propter falsitatem commissam; quia istis casibus est locus reductioni; quia statutum non comprehendit casum doli, & fraudis, aut falsitatis, & si comprehenderet, non valeret. Alex. *cons.139. Viso puncto, per tot. lib.7.* † Declara tamen; quia antequam iudex re- 39
cursus incipiat procedere, debet prius summarie cognoscere de dolo, fraude, seu falsitate, & si constat sibi de eo, procedit plenarie in causa, si non constat, declarat non esse procedendum, si dubia est probatio, in dubio pro recursu; sicut pro appellatione. Alexand. *d. consil.139. in fin. num.8. ver. habet tamen inprimis, lib.7.*

Mutus sine loquela potest multa, & quæ non. Concluſ. 440.

MVTVS † potest contrahere matrimonium signo, vel nutu, 1
quamuis verba essent necessaria ad matrimonium. Lap. *alleg.57. in princ. n.2. ver. venio ad secundum, iuncto ver. in contrarium, n.10.*
† Amplia, vt idem sit in eo, qui non est mutus, sed non intelligit 2
linguam; quia sufficit, quod intelligat factum consensum, & nutum, quia potest contrahere, ac si mutus esset. Host. *in c. ex literis. el. primo, in ver. intellexerit.* † Amplia; quia licet testamentum nutu fa- 3
ctum non valeat, tamen factum à muto cum nutu, & scriptura sua valet. Ang. *consil.258. Testator fecit*, vbi dicit tale testamentum valere etiam si non habeat clausulam, *cassans, &c.* & quod per illud reuocatur testamentum factum ad piam causam per testatorem, antequam esset mutus. † Amplia; quia mutus potest donare, & a- 4
lios contractus facere; quia si potest testari, quod difficilius est, potest etiam alios contractus facere. Alex. *consil.12. Viso instrumento, num.3. lib.1.* Vide, *Necessitas non habet legem, &c. Concluſ.19.*

Mutuum quotuplex, & eius specialia. Conclus. 441.

1 MVTVVM † triplex est, videlicet reale, & naturale; item chirographarium, item confessionatum, & ciuile. Bald. *consil.256. Actum fuit, num.2. in fin. ver. & confirmantur prædicta, lib.1.* Bald. *consil.457. in princ. lib.4.* vbi, quod naturale, & ciuile sunt species separatæ in mutuo, & vna non continet aliam. Alex. *consil.35. Visa*
2 *scriptura, num.2 & seq. lib.1.* duplicatur *consil.179. lib.2.* † Alio modo nominat Bald. *consil.456. Sciendum est, in princ. lib.2.* vbi, quod aliud est naturale, quando interuenit sola numeratio sine stipulatione, aliud ciuile, cui natura operatur, quando interuenit confessio, & subsequitur numeratio, aliud ciuile simpliciter, quando sola confessio interuenit, & lapsa sunt tempora excipiendi de non numerata pecunia, vbi idem dicit in dote. Alex. *d.consil.35. Visa scriptura, in princip. lib.1. & per tot.* quod duplicatur *lib. 2. consil. 179.* maxime
3 *num. 4. & seq.* † Alio modo deducit Castr. *consil.186. In causa, quæ vertitur Pisis, in princ. lib.1.* quod quatuor sunt species mutui, videli-
4 cet. † Primum est naturale mere, quando fit de meo tuum, veluti si numero tibi ex causa mutui pecuniam; quia oritur actio mera ex numeratione, quæ est actus naturalis, nulla interueniente fictio-
5 ne iuris ciuilis, *l.2. §. appellata, ff. si cert. pet.* Castr. vbi supra. † Secundum est naturale, cui cooperatur ius ciuile, vt quando interuenit numeratio; non tamen fit de meo tuum vere, sed ficte, vt in casu
6 *l. rogasti, in princ. ff. si cert. pet.* Castr. vbi supra. † Tertium est ciuile, cui cooperatur natura, vt quando interuenit numeratio; non tamen agitur ex ea; quia interuenit stipulatio incontinenti ante, vel post, quo casu oritur actio ex stipulatu, stipulatio est de iure ciuili, ergo, & mutuum, & tunc numeratio non parit actionem, sed im-
7 plet stipulationem. Castr. vbi sup. † Quartum est mutuum mere ciuile, quando in chirographo fit confessio mutui, nec constat de numeratione; quia tunc lapso biennio datur actio. Castr. vbi supr.
8 † Alio modo Bart. *consil.21. Visa prima, in princ. lib.2.* vbi, quod quoddam est mutuum naturale, quod contrahitur numeratione, & ex eo agitur certi condictione ex mutuo, & tunc causa actionis est ipsa numeratio, *l. si quis pro eo, §. si nummos. ff. de fideiuss.* & de hoc loquitur totus tit. *ff. si cert. pet.* quoddam est mutuum ciuile, cui fauet quandoque naturale, vt si stipulor à te centum ex causa mutui, vel numeratio sequitur, vel præcedit. Aliud ciuile, cui naturale non fauet, quia neque præcedit, neque sequitur numeratio, & in vtroque ciuili agitur ex stipulatu, non ex numeratione, & istæ actiones sunt adeo diuersæ, vt fideiussor de iudicato soluendo ex vna causa non teneatur ex alia, vbi apostill. in *ver. in secunda petitio-*
9 *ne.* † Confessio igitur super mutuo facta non probat numerationem, sed obligationem mutui ciuilis, vt dicit Alex. *consil. 90. Viso*
10 *instrumento, num.7. ver. vel dato, lib.3.* † Et agens ex vno mutuo, videlicet naturali, & reali, & probans ex confessionato non obtinet. Bald. *d.consil.256. per tot. lib.1. & consil.457. Factum sic proponitur, lib.4. in princ. & per tot.* vbi limitat in reo conuento; quia si articulauit solutionem, & numerationem, probet confessionem, & libera-
11 tionem obtinebit. † Declara tamen; quia appellatio mutui simpliciter intelligitur de ciuili tantum, & de naturali tantum; quia si non apponitur alia qualitas, venit omne mutuum, etiam in materia statuti de Gabellis soluendis pro mutuo. Angel. *consil.49 Repe-*
12 *ritur inter, num.2.* † Extende; quia si quis articulat mutuasse Seio centum, & inducit testes, qui deponunt de confessione, non obtinebit; quia confessio applicatur mutuo ciuili tantū intra biennium. Alex. *consil.35. Visa scriptura, num.2. lib.1.* quod duplicatur *con-*
13 *sil.179. lib.2.* † Contrarium tenet Apostill. ad *consil. Alexand.179.*
14 *lib.2. num.7. in ver. confessione.* † Declara; quia si in libello est facta mentio de numeratione, & sic libellus necessario concludat naturale mutuum, non sufficiunt testes de confessione, si vero libellus continet solum simplex mutuum, probata confessione probatur mutuum ciuile. Alex. *d. consil.179. num.7. ver. & expresse,*
15 *lib.2.* quod duplicatur etiam, *lib.1. consil.35.* Vide, *Agens ex vna causa, &c. Conclus.244.* † Tertio modo mutuum est, quod concurrit cum numeratione, & stipulatione, & est conformis in duobus membris, & difformis in aliis duobus membris, conformis est, si quis mutuat nomine suo, & stipulatur nomine suo, vel si mutuat nomine alieno, & stipulatur nomine alieno, istis casibus valet stipulatio alteri facta. Bald. *consil.416. Præmittendum est, in princ. lib.2.* difformis vero; si mutuo nomine meo, & stipulor alieno nomine,
16 vel è contra, vt ibi per Bald. Vide, *Stipulari alteri per alterum, &c. Concl.703.* † Cognoscitur autem mutuum naturale à ciuili, quando fit mentio de numeratione; secus, si fiat mentio de mutuo simpliciter. Alex. *d.consil.179. n.7. ver. expresse, lib.2.* Castr. *consil.186.*
17 *In causa, quæ vertitur, col.2. ver. ex quibus, lib.1.* † Et quando verba scripturæ continentis mutuum necessario non includunt numerationem, in dubio intra biennium intelligitur mutuum confessionatum, & sic ciuile. Alex. *d.consil 179. num.4. ver. est ergo necesse, lib.2. cum seq.* quod duplicatur *consil.35. lib.1.* Castr. *d.consil.186. col.1. ver. quandoque est mutuum mere ciuile, lib.2.* † Extende; quia si Notarius scribat Titium mutuasse Seio centum in præsentia Notarii, & testium, & testes dicant non interuenisse numerationem; tunc non contradicunt Notario, neque instrumento; quia intelligitur de mutuo ciuili; si vero instrumentum diceret, quod mutuauit, & numerauit, vel alias faciat mentionem de numeratione, & testes dicerent non interuenisse pecuniam, bene contradicunt instrumento. Alex. *d.consil.179. num.6. & seq. ver. vnde faciunt, lib.2.* & duplicatur *consil.35. lib.1.* Castr. *d.consil.186. col.2. ver. ex quibus patet, lib.1.* † Contrarium dicit Castr. *d.consil.186. col.2. ver. hoc etiam patet, lib.1.* vbi, quod sicuti mutuum est ciuile, & naturale, ita etiam numeratio est ciuilis, & naturalis; ciuilis, quando fit per conuentionem vnius debiti in mutuum; naturalis, quando reuera interuenit numeratio: Ideo contradicit in eo, quod contraria non sunt, instrumentum faciens mentionem de numeratione, & testes, qui dicunt pecuniam non fuisse numeratam; quia de ficta potest loqui instrumentum. † Mutuum igitur factum per literas cambii, vt quia tibi mutuaui pecunias existens Romæ in ciuitate Perusii, tale mutuum dicitur naturale, cui cooperatur ius ciuile, ex quo meum non fit tuum; quia per tertiam personam perficitur, ita Castr. *d.consil.186. col.1. in fin. ver. nunc ad propositum, lib.1.*

Mutuum an præsumatur in dubio, vel non, & qualiter cognoscatur. Conclus. 442.

MVTVVM † est magis frequens, & vtile, quam depositum; ideo in dubio contractus potius præsumitur mutui, quam depositi. Bald. *consil.47. Ista quæstio, in fin. lib.4.* apostill. ad Alex. *consil.28. lib.7. in princ. in ver. mutui.* citat plures concord. † Et vbicunque magna quantitas pecuniæ alicui datur sine causa expressa, semper præsumitur ex causa mutui. Rom. *d.consil.238. Pro habenda, num.3. & seq.* vbi apostill. in *ver. mutui,* dat concord. † Contrarium, quod imo pecunia etiam numerata sine expressione causæ præsumatur potius ex causa depositi, quam ex causa mutui. Alex. *d. consil.28. Clarissime Domine, lib.7.* maxime *num.4.* allegat gloss. in *l. diesponsalium, §.1. ff. depos.* & apostill. ad Alex. in *ver. depositum,* & Alex. ibi extendit contrarium, siue pecunia sit in sacculo data, siue numerata, & iterum *consil.84. num.5. lib.7.* † Declara; quia ex coniecturis præsumitur depositata, vel mutuata, nam si quis mutuat pecuniam alienam, censetur deponere; quia in mutuo non potest accommodari, ex quo de meo non fit tuum, sic etiam mutuum præsumitur ex coniecturis, prout si ago ad mutuum, & probo per testes, quod numeraui pecuniam, talis numeratio probata per testes probat mutuum, ex quo ita expressit actor. Alex. *d. consil.28. num.2. & seq. lib.7.* & iterum *consil.184. Viso processu, num.5. lib.7.* † Declara, siue depositum ex coniecturis præsumatur, siue etiam mutuum inter Hebræos habentes licentiam mutuandi sub vsuris; non tamen præsumetur mutuum vsurarium, nisi probetur; quia vsura est odiosa. Alex. *d.consil.28. in fin. lib.7.* † Amplia; quia mutuum est, & in mutuo transit depositum, si post instrumentum depositi datur facultas ei, cui pecunia est depositata, vtendi ea. *l. certi cond. §. fin. ff. si cert. pet.* Bald. *d.consil.352. num.2. lib.3. ver. ad prædictus.* † Amplia, vt idem sit, si potestas vtendi sit data in actu depositi, si sibi depositario placuerit vti; quia postquam cœpit pecunia deposita, transit in mutuum. Bald. *d.consil.352. num.2. lib.3. d.l. certi cond. §. fin. ff. si cert. pet.* plenius Rom. *consil.520. in princ. & consil.238. num.3. & 4.* vbi apostill. in *ver. vtenda,* quæ dat concord. † Extende idem, si data sit in commodatum eo pacto, quod possit vti, & frui, & tantundem reddatur; quia non potest esse commodatum, sed mutuum etiam ad effectum, vt vsuræ solutæ compensentur in sortem. Rom. *d.consil.520. num.3. & 4.* & plenius *consil.238. num.3. & seq. per tot.* † Amplia; quia mutuum potius præsumitur in dubio, quam solutum occasione residui, nisi verba, vel qualitas contraria concurrant. Bald. *consil.339. Proponitur, quod, lib.5.* † Amplia; quia vbicunque interuenit verbum denotans mutuum, prout est verbum, *præstare,* semper est mutuum. Bald. *d.consil.339. in fin. lib.5.* Castren. *consil.22. num.2. lib.1.* vbi verbum vulgare, *præstare,* importat mutuum, † Extende, etiam si aliæ clausulæ diuersificantes sint appositæ; quia cum sint de vsura suspectæ, præsumuntur ad palliandum. Castren. *d.consil.22. num.2. lib.1.* † Amplia; quia in dubio mutuum præsumitur, & iudicatur, quando quis dedit pecunias alteri, nec apparet de causa. Dec. *consil.116. In causa Aloysii, num.3.* vbi apostill. dat concord. plures Ant. de Burr. *consil.65. per tot.* plene Rom. *consil.290. In casu proposita, num.6. ver. secundo principaliter.* † Extende; quia si quis locauit domum, & promit-

miſit refectionem; quia non poterat habitari, & conductor ſoluerit locatori, puta centum, antequam veniret tempus ſolutionis, ſi diſcordant, quia locator dicit ſe habuiſſe ad computum locationis, conductor dicit mutuaſſe, potius præſumitur ex cauſa mutui, quam anticipatæ ſolutionis, quæ haberet iactationem. Ant.de Butr.*conſil.65.per tot.* vbi apoſtill. citat Crauett. *conſil.* 106. *num.*11. qui ſequitur Ant.prout etiam ſequitur Dec.*conſil.*116.*nu.*3. *& inl.cum quid.num.*53.*ff.ſi cert.pet.* Rom.*conſil.*238. vbi apoſtill. citat
14 Ant. de Butr. & alios. † Extende, vt procedat etiam ad effectum inducendi vſuras illicitas; quia præſumitur mutuum, etiam ſi cauſa exprimeretur, quod eſſet in depoſitum, & poſſet eo vti, & frui; quia neceſſario reſoluitur in mutuum. Rom. *conſil.*520. *in princ.&*
15 *conſil.*238.*num.*3.*&* 4. vbi apoſtill. *in ver.vtenda.* † Limita, quando pecunia eſt depoſita, & obſignata, & non eſt data poteſtas vtendi, neque expreſſe, neque tacite, & proprie depoſitum eſt, & non poteſt depoſitarius vti, & ſi aliter faceret, committit furtum. Bald.
16 *d.conſil.*352.*num.*2.*&* 3. *ver.aut non eſt data, lib.*3. † Limita, quando concurrunt ſigna, & qualitates, quod potius in ſolutum in aliam cauſam, quam in cauſam mutui, veluti ſi miniſter eius, qui eſt debitor Titii, ſolueret Titio; quia in cauſam debitam præſumeretur, niſi conſtaret ex verbis, quod mutuauit. Bald. *conſil.*339. *lib.*5.
17 *per tot.* † Limita; quia pecunia ſimpliciter data mercatori in dubio
18 † Extende; quia data militi ſimpliciter cenſetur in dubio in cau-
19 ſam militiæ. Rom.*d.conſil.*520.*num.*2. † Et maxime hoc præſumitur, quando pecunia per recipientem fuit conuerſa in cauſam
20 mercantiæ, vel militarem. Rom.*d.conſil.*520.*num.*2. † Et quando exprimitur cauſa generica, dedit ad traficandum, cenſetur data in ſocietate, non ex cauſa mutui. Alex.*conſil.*191.*Viſa ſcriptura.num.*3. *& ſeq.ver.ſed confeſſio, lib.* 2. & maxime, quando aliquid ſoluitur ex pecunia; quia nunquam præſumitur mutuum, vt tollatur vſura.
21 † Limita, niſi actum eſſet expreſſe, quod ſit depoſitum, & non mutuum; quia ſeruabitur conuentio. Bald. *conſil.*352. *Quidam A.*
22 *depoſuit,in princ.lib.*3. per *l. Lucius,in fin.ff. depoſ.* † Limita; quia ex contractus præſumitur depoſitum, vel mutuum. Alex. *conſil.* 28. *per*
23 *tot.& conſil.*184.*num.*5 *lib.*7. † Limita, quando fuit factum depoſitum ea conditione, quod ſi depoſitarius voluerit vti pecunia depoſitata, poſſit, quia donec vtatur, erit depoſitum, *l. quod ſi ab initio.ff.ſi cert.petat* Bald.*d.conſil.*352.*in princip.lib.*3. † Limita, quando 24
pecunia eſt numerata, & non obſignata, ſed non eſt data poteſtas vtendi ea ipſi depoſitario expreſſe, ſed tacite tantum; quia tunc eſt depoſitum, licet excedat terminos depoſiti. Bald. *d. conſil.* 352. *num.*2.*ver.aut poteſtas vtendi, lib.*3.

Mutuum debet eſſe gratuitum. Concluſ. 443.

GRATVITVM † debet eſſe mutuum iuxta Euangelium: Mutuum date nihil inde ſperantes. *c. conſuluit, de vſuris.* Dec. *conſil.*116.*num.*3. † Extende idem in depoſito; quia nihil poteſt ex eo 2
deberi deponenti. Deci. *d.conſil.*116.*num.*3. † Amplia, vt procedat, 3
etiam ſi adſit mora, & conuentio taxata, veluti ſi mutuo centum cum hoc, quod in primis nundinis tenearis mihi reſtituere, alias tenearis ſoluere decem, vel quindecim pro intereſſe; quia non valet hæc conuentio tanquam vſura palliata. Dec. *d.conſil.*116.*n.*6. *ver.ad hoc bene facit, cum ſeq.* vbi plures allegat. † Extende etiam in 4
mercatore, & ſolito negociari; quia non debetur aliquid ex mutuo, quando certa quantitas taxatur in caſu moræ, vel poſt terminum, vt loquitur Deci.*d.conſil.*116.*per tot.*maxime *d.num.*6.*&* 7. *ver. ad hoc bene facit.* † Extende in ſcholari mutuante ſocio ſchola- 5
ri; quia poteſt exigere eaſdem vſuras, quas ipſe paſſus eſt ob mutuatam pecuniam. Alex.*conſil.*221.*in princip. lib.*2. Natt.*conſil.*490. *col.fin.* Rimin. Iun. *conſil.*67.*num.*12. † Extende; quia imo poteſt 6
dari pecunia mutuo ſub eiſdem vſuris, quas mutuans alteri ſoluit, & erit licitum intereſſe. Alex.*d.conſil.*221. *Super titulo quæſtionis, in princ. lib.*2. ſequitur Rimin. Iun. *d. conſil.* 67.*num.*11. † Limita; 7
quia bene poteſt ſolui ab eo, qui mutuo recepit ex mera, & pura ſua voluntate, & abſque conuentione, vel ſpe mutuantis. Dec. *d.conſil.*116.*in princ.& in fin.num.*8. † Limita; quia mutuans pecu- 8
niam pro certo termino, ſi poſt terminum compellitur ipſe ſoluere alteri vſuras, poteſt repetere à ſuo debitore, cui mutuauit, in omni caſu damni paſſi. Rimin. Iun. *d. conſil.* 67. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 1.

N.

NARRATIVA GRATIÆ DEBET probari ab impetrante, & quando ſecus. Concluſ. 1.

1 NARRATA † in gratia debent verificari ab eo, qui gratiam obtinuit, & ſe fundat ſuper ea, non autem ab impugnante; quia literæ habent conditionem, ſi narrata ſint vera, *cap.*2. *de reſcript.* Calder.*conſil.*165. alias 10. *de probatio.in princ.ver. & hoc dico.* Petr.de Anchar.*conſil.*34. *In hac cauſa, in princip.* qui loquitur in gratia Apoſtolica, plene Dec.*conſil.* 232. *Viſo tenore, num.* 3. plenius Crauett. *conſil.* 104. *num.*3. qui loquitur in eo, qui habet prouiſionem Papæ. Abb.*conſil.*70.*num.*2.*ver.ſed hic cadit, lib.*2. plene Corne.*conſil.*201. *Viſis non-*
2 *nullis.num.*6.*&* 7.*lib.*3. vbi, quod clauſula, *ſi preces, & c.* ineſt de iure Ciuili, & Canonico, & quod impetrans debet probare. † Et de natura narratiuæ eſt, vt probetur, non vt probet, commu-
3 niter dicit Ferret.*conſil.*353.*num.*14. † Ratio eſt; quia motus proprius non præſumitur, & narrata in gratia præſumuntur à parte narrata, licet videantur verba Principis narrantis; quia omnia præſumuntur per ſupplicationem, & inſtantiam partis. Alexand.
4 *conſil.*112. *Viſa copia.num.*5.*& per tot.lib.*7. † Contrarium, quod probatus, qui narrauit ſe eſſe in 18. anno, non teneatur probare narratam ætatem, ſed excipiens contra eum; quia exceptio, quando eſt fundamentum intentionis excipientis, debet probari. Caſtrenſ.
*conſil.*438. *In quæſtione, col.*2.*ver.item dico, & num.*2.*lib.*1. vbi, quod contenta in literis Principis præſumuntur vera, donec probetur contrarium, etiam in iis, quæ à facto Principis non pendent, &
5 quia impugnans intentionem alterius propter minorem ætatem debet probare, & loquitur in prouiſione Apoſtolica. † Declara; quia probare debet narrata gratiæ actor, non reus; ideo habens poſſeſſionem beneficii non tenetur iuſtificare gratiam ſuam, niſi poſtquam actor iuſtificauerit; quia ſufficit, quod excludat agen-
6 tem per non ius ſuum. Vide, *Actore non probante reus, & c. Concl.*117. † Declarat Gemin. *conſil.*38. *in princip. ver.nunquid autem*, vt procedat, quod impetrans debeat iuſtificare, quando per literas mandatur fieri inquiſitio, alias dicit eſſe opiniones, an reo impugnanti, vel impetranti incumbat probatio qualitatis, vt ſit impetrans rite ordinatus, vel non. Vide, & declara, vt per Maſc.*concl.*177. *An qui beneficium impetrat*; quia aut in collatione beneficii narrat impetrans, vel ſunt verba, *vt aſſeritur, beneficium eſſe iuris patronatus*, & probat impetrans, aut dicitur in collatione, *vt aſſeritur*; & probatis, qui impugnat. † Dic melius ſecundum Cald.*d.conſil.*10.*de proba.* quod 7
eſt in ordine 165. quia ſi agitur de narratiua; aut dicitur ſubreptitia; quia tacuit, quod eſt, & retraxiſſet concedentem, & is probat, qui dicit tacitum, niſi adſit iuris præſumptio pro eo, ſi vero dicitur propter dolum; quia falſo expreſſit, quod non eſt, & is probat, qui dicit, ſi vero propter narrationem, quæ negatur vera, & is probat, qui nititur narratis, niſi ſit præſumptio iuris pro narratis. † Aliter declarat Ferret.*conſil.*239.*in princ.* vt is, qui expreſſit, pro- 8
bet expreſſa; ſi vero omiſit is, qui dicit ſubreptitium; quia omiſit, probet veritatem omiſſi, & ſic conciliari ex mente omnium dicit opiniones. † Amplia; quia narrata in impetratione beneficii va- 9
cantis debet impetrans probare, & modum vacandi. Vide, *Vacatio beneficii narrata. Concl.*7. † Amplia, vt idem ſit in narratiua diſpen- 10
ſationis matrimonialis; quia debet obtinens narrata probare vera, alias non ſuffragatur diſpenſatio. Oldrad.*conſil.*256.*ver.ad ſecundum.num.*2. † Idem in narratiua diſpenſationis ſuper ætate; quia 11
debet probari ætas narrata à diſpenſato ad hoc, vt valeat diſpenſatio. Oldrad. *conſil.*325.*num.*5.*ver.quid plura.* † Idem in narratiua 12
diſpenſationis ad plura incompatibilia. Calder. *conſil.*165. alias 10. *de probatio. per totum.* † Extende, etiam ſi habens diſpenſationem 13
contra ius commune poſſideat; quia ipſe debet verificare gratiam, & narrata, nõ obſtante poſſeſſione, quæ eſt contra ius commune. Calderin.*conſil.*165. alias 10. *de probatio.circa princ.ver.in caſu noſtro, vſque in finem*, quod eſt Anton. de Butr. & Caſparis Calderini. † Declara tamen; quia narrans ſe velle renunciare tribus gra- 14
tiis, vt obtineat impetrationem, ſi vna ex tribus erat nulla, ſufficit verificare de facto, quod habebat tres gratias, niſi eſſet declarata nulla, & fraudulenter nullitatem tacuiſſet, quod conſtare debet. Calderin.*conſil.*34. *An impetrans*, alias 11. *de reſcript.* † Amplia; quia 15
idem eſt in expectante ad collationem Abbatis, & monaſterii, vel alterius, ad quem de iure communi non ſpectat; quia debet probare narrata in ſuo mandato. Calder. *conſil.* 236. *vltra med. ver. impetrans ergo*, alias 15. *de præbend.* † Amplia; quia narratiua gratiæ circa valorem expreſſum debet verificari, alias non obtinet impe- 16
trans. Cald. *d.conſil.*236. *circa fin.ver.item planum eſt*, alias 15. *de præb.*

& ideo